


37
38 B
24

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ LIBRI IX.

TOMUS NONUS

COMPLECTENS

JUS LAICORUM IN ECCLESIA.

Nove non nova. Vincentius Lirinensis in Comm.



VENETIIS MDCCXCIV.



TYPIS SIMONIS OCCHI:

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

JURISPRUDENTIÆ

ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBER NONUS.

DE JURE LAICORUM.

QU. I.

Quinam ſunt ii, qui Laicorum nomine appellantur?

§. I. IN Chriſtiana Republica *Laicorum* nomine appellantur ii omnes (*a*), qui Chriſto nomen quidem dederunt, ſed quibus nullum publicum Eccleſiaſticum munus aſſignatum eſt, nec ulla Præfectura delata. Nam qui aut ſacra Miniſteria obeunt, aut Eccleſiaſticum aliquem Magiſtratum gerunt, *Clericorum* nomine nuncupantur (*b*). Nec no-

(a) *De Marca Diſſ. de diſcrimine Cleric. & Laic. pag.* 110, *cap.* 1, *n.* 11, 12. Reliqua pars Eccleſiæ a Clericis diſtincta Laicorum nomine comprehenditur, ut dixi, honeſto quidem illo, non autem humili, & abjecto, ut blaterant hæretici, quo hac quoque in re de faſtu Clericorum conquerendi occaſionem captent. Laici dicuntur ἀπό Τ λαῦ. Porro hac dictione ſignificatur in ſcripturis ex verſione LXX populus Dei, quem ille ſibi peculiarem, & hæreditarium fecit, ſegregatum a colluvie gentium, ſynagogæ temporibus primum, ſed excellentius poſt Evangelium promulgatum.

Quare Clerici in Eccleſia pars quidem populi illius ſelecti, ſed præcipua, utpote quibus regendæ Eccleſiæ poſt Epiſcopos & Miniſtros inferiores cura concredita eſt. Laici vero conſtituent alteram populi Chriſtiani partem ſub nomine generali Τ λαῦ. Simile diſcrimen reperies in civitatibus Romanis, quæ duabus partibus conſtare dicuntur, ordine, & plebe. Ordo ſignificat Duumviros alioſque magiſtratus municipales, & Decuriones. Plebis autem nomine reliquus civitatis populus deſignatur. Quare eleganter iſtud loquendi genus e foro tranſtulit in Eccleſiam Tertullianus, qui uno in loco clerum, & laicos, altero ordinem, & plebem vocat. *Differentiam inter ordinem, & plebem conſtituit Eccleſiæ auctoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus.*

(b) S. Hieron. epiſt. 34 ad Nepotianum, al. 2, pag. 259, t. 4 Operum edit.

nova est, aut nupera hæc nomenclatio, sed primis Ecclesiæ sæculis usitata. *Qui hodie*, ajebat Tertullianus adversus sui temporis hæreticos, (*lib. de præscript.*) *Episcopus, cras alius, hodie Diaconus, qui cras Lector, hodie Presbyter, qui cras LAICUS. Nam & LAICIS Sacerdotalia munia injungunt*. Et Lib. *de Exhortat. Castitat.* Cap. VII. *Ubi tres ibi Ecclesia est, licet LAICI. Quamquam sciam*, inquit S. Cyprianus, (*Epist. 59, al. 15.*) *pro mutua dilectione, quam debemus, & exhibemus invicem nobis, florentissimo CLERO illic tecum præsidenti, & sanctissimæ, atque amplissimæ plebi legere te semper literas nostras, tamen nunc & admoneo, & peto . . . ut etiam petente me facias.* Et Ep. 62, al. 60. *Misimus autem sestertium centum millia nummum, quæ istbic in Ecclesia, cui de Domini indulgentia præsumus, CLERI, & PLEBIS apud nos consistentis collatione collecta sunt*. S. Cornelius Ep. ad Fabium Antiochenum (apud Eufeb. Lib. VI H. E. cap. 43.) de Episcopo quodam agens, qui imprudens Novatiano manus imposuerat, deinde facti pœnitens ad Ecclesiam redierat, hæc habet. *Cui & communicavimus, uti LAICO, deprecante pro ipso universo, qui erat præsens, populo . . . Intercedebat non solum omnis Clerus, sed etiam multi LAICORUM*.

§. II. Nicolaus Rigaltius (*c*), Clau-

Martian. „ Clericus, qui Christi servit „ Ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse, quod dicitur. Si enim κλῆρος græce, fors latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, idest pars Clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Dominum, & possideatur a Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest. Quod si quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus: verbi gratia si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus Dominus pars ejus fieri non dignabitur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis ejus, nec accipio partem inter cæteras tribus. Sed quasi Levita, & Sacerdos vivo de decimis, & altari iserviens, altaris oblatione sustentor, habens victum, & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar. "

(c) Nic. Rigaltius *in not. ad Cypriani epist. II, edit. an. 1666*, ubi universam Ecclesiam *Clerum* Christi esse affirmavit, quod nemo unquam negavit, si *Cleri* nomine eorum cœtus intelliganrur, qui cum in Christum servatorem credant, tum spe hæreditatis sempiterni regni ducuntur, sic statuit: „ Sed prava mortalium cæcitas, Christiana semplicitate neglecta, Pharisæorum superbiam teduxit, & obruit cœlestia terrenis . . . Credo discipulos, & mox Apostolos fuisse Christi magistri sui vocibus obsequentissimos, & multa cernimus ævo proxime sequenti primitivæ illius reverentiæ, fideique vestigia, sic tamen, ut necesse sit fateri, jam exinde nonnullos ovilibus Christianis adeo graves, & asperos incubuisse pastores, ut ab iis ad nos antiquissimæ origines fluxerint morum, & rituum ab illa primæva sinceritate alienissimorum. Pra-

Claudius Salmasius (*d*), Joannes Seldenus hisce testimoniis ad incitas redacti provocant ad Apostolica tempora, negantque distinctionem inter *Clericos*, & *Laicos* primo, & altero sæculo auditam fuisse, ac nonnisi tertio sæculo ab Tertulliano, Cypriano, Cornelio, aliisque Ecclesiasticis viris dominandi in Ecclesiam cupiditate incensis in Ecclesiam invectam fuisse contendunt.

Ast ego hanc *Clericorum* ac *Laicorum* distinctionem ab ipso Luca Evangelista, & Sancto Clemente Romano, qui fuit Apostolorum discipulus, & auditor, usurpatam invenio. Nam D. Lucas Act. I, 17 ait, Judam, qui proditor fuit, a Christo Domino in Apostolorum Collegium cooptatum fuisse, & in *Clericorum*, Sacrorumve Ministrorum numerum adscriptum, ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. Accipe vero ea, quæ Clemens habet in ea Epistola, quam ad Corinthios dedit n. XI, pag. 28. (Coll. Epist. Roman. Pontif. Edit. Coust. Tom. I.) *Summo Sacerdoti sua munera tributa, Sacerdotibus locus proprius assignatus est, & Levitis sua ministeria incumbunt. Laicus præceptis LAICIS constringitur*. Non igitur *Clericorum*, ac *Laicorum* distinctio sero excogitata, aut conficta fuit; sed jam inde ab Apostolicis temporibus in Christiana Republica semper viguit, valuitque.

§. III. Sed nosmet nostris ipsis telis obruere conatur Claudius Salmasius (Diss. de Episcop., & Presbyt. Cap. V, pag. 382, seqq.) ipsoque testimonio nos urget Clementis Romani, qui Hebræorum Hierarchiam describens meminit Sacerdotum, Levitarum; ac post hos nominat *Laicos*: ubi vero ad Christianæ Ecclesiæ descriptionem venit, Episcopos quidem, Presbyteros, ac Diaconos commemorat, *Clericorum* vero, ac *Laicorum* nullam mentionem facit. Fecisset autem, si, uti apud Hebræos, ita etiam apud Christianos *Clericorum*, ac *Laicorum* distinctio obtinuisset.

At

„ Præviderat Paulus venturos post discessum suum lupos insidiantes gregi, non „ parcentes ovibus. Et hic quidem in „ gentibus. At Petrus Pharisæos dominari suetos in Cleris ab synagoga vocans „ ad Christum, pastores ut fiant ovium „ Christi, depellit ab regno clerorum. „ Formam ovilis, quam Ecclesiæ Christianæ Apostoli, pastores a Domino „ formati tradiderunt, viri Apostolici servarent. Sed vix alterius sæculi discipli„ na fuit, cum ipsi Pastores nomen cle„ ri, quod erat ovium universitati com„ mune, sic proprium sibi fecerunt, ut „ jam nomen ipsum ovilis in populi, si„ ve plebis, & laicorum appellatione vi„ lesceret. Hinc exorta jam ævo Tertul„ liani, ac Cypriani inter clericos, & „ laicos differentia tanta, ut laici non „ intelligerentur appellatione cleri." Hactenus Rigaltius, qui Calvini partibus studebat.

(d) Claudius Salmasius *Differt. de Episcopis, & Presbyteris cap. V, pag.* 382, *seqq.* a Rigaltio dissentiens, non superbiæ indicium id esse nomen, sed proprium Sacerdotum, Levitarumque veteris Testamenti scribit. Iraque „ Presbyteros Chri„ stianorum, & Episcopos, cum nec Sa„ cerdotes essent, *nihil* Sacerdotalis mu„ neris gessisse, aut Sacerdotalis dignita„ tis habuisse, quod eos a laicis distin„ gue-

At quis non videt, hic Clementem Romanum monere Christianos *Laicos*, ut adversus *Clericos* reverentiam adhibeant, eosque ad id hortari exemplo *Laicorum* Hebræorum? Nullam autem vim hoc exemplum habuisset, si uti apud Hebræos, non etiam apud Christianos Clerici, ac Laici extitissent.

Quid quod hic Clementis locus ipsum Calvinianum Davidem Blondellum ita fregit, ut tandem manus dare coactus fuerit, nec potuit, quin exclamarit, *Clementem conceptis verbis LAICORUM veterum meminisse* Apolog. de Episcop. & Presbyt. Sect. II, pag. 12, Edit. Amstelodami an. 1641.

Vid. Guillelmum Beveregium Cod. can. Ecclesiæ primitivæ vindicat. & illustrat. Lib. II, Cap. X, num. 11, pag. 108, Tom. II Apostolic. PP. edit. an. 1724; Henricum Hammondum Diss. II, de Jurib. Episcop. cap. VI, §. 21, seqq. pag. 69, Edit. Londin. an. 1651, & Bingham. Orig. Eccles. Lib. I, Cap. V, §. 2 (e); atque ea, quæ a nobis superius dicta sunt Lib. VII, Qu. III.

QU. II.

„ gueret. " Nam Clementem Romanum, qui Hierarchiam describeret Hebræorum, meminisse Sacerdotum, & Levitarum, postque hos *Laicos* nominasse, ubi vero ad Christianæ Ecclesiæ descriptionem venit, appellasse Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos sæpe, Sacerdotes nunquam. Ac Sacerdotes quidem nobiles apud Judæos, Ethnicosque haberi consuesse, cæteros plebem, idque jam demonstravi auctoritate Josephi *in Vita sua*. Apud Christianos vero ejusdem omnes rationis fuisse: At si eorum, qui ab Apostolis instituti sunt, testimonio constiterit, apud nos item & Altare, & Sacerdotium esse, fateatur necesse est Salmasius, Clericos appellari jure posse, qui altari ministrant, reliquos vero plebem, & populum. Ignatius in Epistolis genuinis, quibus epistolis ne Lutherani quidem, & Calviniani plerique detrahunt auctoritatem, inquit *Epist. ad Ephesios num. V, pag. 13, tom. II Apostolicor. PP. edit. an.* 1724. Nemo erret, nisi qui *intra Altare sit, privatur pane Dei. Epist. ad Philadelphenos num. IV, pag. 31. Una est caro Domini Jesu Christi, & unus Calix in unitatem sanguinis ipsius, UNUM ALTARE, sicut unus Episcopus cum Presbyterio, & Diaconis conservis meis*. Ubi autem est altare, quis neget, Sacrificium, & Sacerdotes esse oportere? De Diaconis autem sic habet idem Ignatius *Epist. ad Magnesianos num. IV, pag. 19. Diaconis mihi suavissimis quibus commissum est ministerium Jesu Christi. Et Epistola ad Trallianos num. II, pag. 22.* Oportet autem *& ministros existentes mysteriorum Jesu Christi*, omni modo omnibus placere. *Non enim ciborum, & potuum sunt Diaconi, sed Ecclesiæ Dei ministri*.

(e) *Bingham. Tom. I, pag.* 42. Usitatissimum nomen erat illud *Laicorum*, quod ubique in *Origenis*, *Cypriani* & *Tertulliani* aliorumque, qui sæculo tertio vixerunt, Scriptis occurrit. Id quod adeo manifestum est, & evidens, ut *Nicolaus Rigaltius*, *Claudius Salmasius*, & *Joannes Seldenus* maximi hujus distinctionis inimici, hoc ipsum in controversiam, aut disceptationem vocare non sustineant; sed tantum dicant, fuisse ab initio ejusmodi distinctionem in ecclesia inauditam, & novam plane esse, atque ab ambitione clericorum sæculi tertii, in quo *Cyprianus*, & *Tertullianus* vixere, profectam.

§. II.

§. II.

Vetustas hujus distinctionis adversus Rigaltium, Salmasium, *&* Seldenum demonstrata.

Hæc incusatio potissimum ad Cyprianum, & alios ejus ævi Sanctos martyres spectat; qui tantum ab ambitione, cujus insimulantur, abfuerunt, quantum quidem accusationis istius auctores a veritate. Neque enim profecto hæc distinctio ab ipsis excogitata, sed ab ecclesia judaica derivata, & ab ipsis apostolis in christianam adsumpta est. *Clemens Alexandrinus* loquens de Joanne Apostolo dicit, *eum, quum post tyranni* (Domitiani) *obitum a Patmo insula Ephesum rediisset, vicinas quoque gentes rogatum visisse, partim quidem ut Episcopos constitueret, partim ut integras ecclesias disponeret, ac formaret, partim etiam, ut unumquemque eorum, quos Spiritus designaret, in Clerum cooptaret*. Unde patet, nomen κλῆρος *clerus*, peculiarem semper fuisse titulum eorum, qui ad ministerium & cultum Dei fuerunt separati. Hanc distinctionem ab ecclesia judaica originem suam ducere manifestum est ex iis, quæ de œconomia judaica tradit *Clemens Romanus*: *Summo Sacerdoti*, inquiens, *sua munera tributa sunt, Sacerdotibus locus proprius adsignatus est, & levitis sua ministeria incumbunt. Laicus præceptis laicis constringitur*.

Quod exemplum satis evidenter demonstrat, a jactis primæ Ecclesiæ Christianæ fundamentis distinctionem inter nomina *clericorum*, & *laicorum* semper fuisse observatam.

§. III.

Ad objectionem e I Petr. V, 3, respondetur.

Contra hoc ipsum una tantum alicujus momenti objectio e verbis S. *Petri* apostoli formata adfertur; ubi ille presbyteros monet, ut ne dominentur cleris, μηδ' ὡς κατακυριεύοντες κλήρων; quæ verba, (observantibus quibusdam doctis criticis) tam bona ecclesiæ, quam ipsum populum significare possunt. Sed fac populum intelligi; nihil tamen dicunt amplius, quam quod de populo Israelitico legimus, qui vocabatur Dei κλῆρος, & λαὸς ἔγκληρος, *Dei hæreditas & populus possessionis*. Deut. IX, 29, XV, 20. Sicut & Judæi & Christiani erant in oppositione gentilium: hoc non obstante Deus peculiarem in populo suo habebat κλῆρον, qui ipsius sors erant & hæreditas, & hoc nomine distincti a laicis h. e. reliqua multitudine. Quemadmodum supra de appellatione πιστῶν seu fidelium monuimus, omnes & singuli intra ecclesiæ pomæria constituti vocabantur fideles in oppositione infidelium, & paganorum; quando vero ordinem hominum in ecclesia alium ab alio volebant distinguere, nomen fidelium iis dabatur, qui baptismi honore dignati fuerant, reliqui appellabantur catechumeni. Ita quoque heic, universus populus christianus est Dei κλῆρος, sors ejus, hæreditas seu clerus ejus: quum autem ipsius ministri a reliquo populo ecclesiæ distinguerentur, proprio nomine clerici, reliqui vero laici dicebantur.

QU. II.



QU. II.

Quaenam onera imponis Christianis Laicis?

§. I. QUI Christianae Religioni nomen suum dant, postquam Daemonis, Mundi, ac Corporis illecebris obsequium omne ejurarunt, promittunt, sancteque recipiunt, se fidem suam Christo obstricturos, illiusque doctrinam amplexuros, osculaturosque, ejusque legem observaturos, ac custodituros, uti declarant rituales Romanae Ecclesiae Libri. Nam Candidati interrogati a Sacerdote, num Deo Patri, ejusque Filio Jesu Christo, & Spiritui Sancto, Sanctaeque Ecclesiae Catholicae credant, musta affirmatione se credere respondent, (*a*) inque eam rem suam omnem interponunt fidem. Cum vero accensam facem e Sacerdotis manibus accipiunt, tunc spondent se Divinis mandatis parituros, atque, Ecclesiae dicto audientes fore. (*b*).

§. II. Nec recentiores sunt hae Christianorum initiandorum formulae, sed jam inde a primis usque Ecclesiae incunabulis usurpari solitae. Nam in ea Liturgia, (*c*) quam ab Apostolorum ore sibi traditam prisci

---

(a) *Ritual. Roman. de Sacram. Bapt.* Credis in Deum Patrem, omnipotentem, Creatorem caeli, & terrae? ℟. Credo. Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, & passum? ℟. Credo. Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam aeternam? ℟. Credo.

(b) *Ritual. Roman.* loco cit. Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, una cum omnibus Sanctis in aula caelesti, habeasque vitam aeternam, & vivas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

(c) *Asseman. in Praefat. ad Liturg. pag.* 1. Quartam denique Sectionem ex Codicibus Vaticanis publicamus. Ordo in ea exhibetur Baptismi a Christo Domino traditus Apostolis. Videtur fuisse Ecclesiae Hierosolymitanae, qui cum in sola Graeca Lingua superstitisset, VII Ecclesiae Saeculo a Jacobo Edesseno celeberrimo Monophysita Doctore (quem ceu Sanctum Jacobitae venerantur, immo & nonnulli Maronitae ignorantes Ortodoxum illum opinantur) in Syriacum Sermonem conversus fuit, in quo, ni conjectura me fallit, primitus conscriptus fuerat, vel traditus. Ab Hierosolymitana namque Liturgia Orientales omnes, & Occidentales originem traxere. Gregorius Barebraeus insignis inter suos Gregales Saeculo XIII Doctor, & Maphrianus, eumdem ordinem approbavit, & forte ipse fuit, qui vel Rubricas descripsit, vel eas in Arabicum Sermonem transtulit, quae exstant ibidem.

Idem pag. 240. Virtute Sanctae Trinitatis incipimus scribere Librum Sancti Baptismi,

fci Patres in fcriptis nobis reliquerent, finguli Candidati ita loquentes

ptifmi, quem Dominus noster Jefus Chriftus tradidit Apoftolis fuis, & per eos probatis Doctoribus.

Eum vero tranftulit e lingua Græca in Syriacam religiofus Dominus meus Jacobus Epifcopus Edeffenus.

Hunc autem Ordinem approbavit & Sanctus Dominus meus Gregorius Barebræus felicis memoriæ. Primus Sacerdos orat, & dicit:

Gloria Patri &c.

Diaconus. *Pro pace*.

Sacerdos ponit incenfum dicens.

Dignos effice nos Domine Deus omnipotens, ut cum puritate, & fanctitate accedamus ad gloriofa fancta divinaque myfteria incorruptibilis filiorum adoptionis, & digni fimus lætitia indiffolubili, & voluptate, quæ tecum eft, Pater & Fili, & Spiritus Sancte in fæcula.

Ad Miferere. Tono.

Protegite nos.

Miferere mei. *Stupor perculit me apud Jordanem, & vidi prodigium, quum apparuit gloriofus, ut convivium Sponfæ faceret, eamque fanctificaret.*

Amplius. *Vidi eum, fratres, prodigiis plenum, & turbas coram eo adftantes, & Sponfum Chriftum, quum revelatus acceffit ad filium fterilium, ut ab eo baptizaretur.*

Tibi foli. *Sponfa ornata eft, nec novit, quis fit Sponfus, quem expectat. Paranymbi congregati funt, defertum plenum eft, & Dominus nofter inter ipfos latet.*

Tum vero. *Tunc fponfus patefecit feipfum, & ad Joannem ad fluvium acceffit. Timuit præco, atque ad fponfam: Hic eft, in quem confidere te juffi.*

Satiâ me. *Nate Patris, cur te baptizabo, quum fis in Patre tuo, & Pater tuus in te? Cum Sancta Pontificibus tu largiaris, cur aquas fimplices poftulas?*

Cor mundum. *Filii Adæ me expectant, ut per me novi filii evadant. O filii fterilium* (Joannes) *baptiza me: ad hoc enim in mundum ingreffus fum.*

Sed redde. *Pontifices a te Sanctificantur, Sacerdotes per te propitiationem confequuntur: Chriftos Regefque tu facis: Quid igitur tibi Baptifmus proderit?*

Libera me. *Sponfa, quam defponfavi, me expectat, ut defcendens baptizer, eamque Sanctificem. Amice Sponfi, a praparato lavacro noli refugere.*

Benigne fac. *Quum vilis fim, nequeo flammam manibus meis apprehendere. En legiones tuæ igne ardent. Jube ergo a quopiam Vigilum te baptizari.*

Virgo Maria

ORATIO.

Domine Deus fanctarum virtutum, benedic famulis tuis, qui catechizantur, & da eis verborum catenam, ut fciant, quam ob rem catechizantur. Scribe timorem tuum in cordibus eorum, ut agnofcant mundi hujus vanitatem: ut deponentes ab fe omnem impietatem & fæcularia defideria digni fiant fuperna regeneratione per aquam, & fpiritum: ad hoc ut fint oves veri Paftoris obfignatæ fignaculo Spiritus tui Sancti, & honorabilia membra in corpore Sanctæ tuæ Ecclefiæ, ut fpe beata digni fiant, ortuque magni Dei, ac Salvatoris noftri Jefu Chrifti, quicum tibi congruit gloria, honor, & poteftas cum Spiritu tuo Sancto, & bono.

Cyclion.

Afferte Domino filios arietum, Alleluja, afferte Domino gloriam, & honorem.

Afferte Domino gloriam nomini ejus, Alleluja. Adorate Dominum in atrio fanctitatis ejus.

Vox Domini fuper aquas, Alleluja. Deus gloriofus intonuit.

Dominus fuper aquas multas, Alleluja. Vox domini in virtute, vox Domini in Gloria.

DIA-

tes inducunt. *Credo in te Christe Deus, ego qui baptizor, & omnibus doctri-*

DIACONUS.

Stemus recte in oratione, & deprecatione coram Deo Deorum, & coram Domino Dominorum, & coram Rege Regum, & coram Sancto Baptismate. Thura ponuntur, per miserationes tuas Domine oramus.

PROŒMIUM.

Gloria. Uni naturæ æternæ: uni voluntati æquali: uni virtuti infinitæ: uni potestati forti: uni operationi divinæ: cui convenit gloria.

ORDO.

Lux nata, & fons vitæ verbum Deus, qui de lumine ingenito exortus es, habens tecum lumen procedens, & consubstantiale tibi Spiritum Sanctum: qui lumina cælestia ad tuum ministerium constituisti, & lucem materialem creasti, qua & tenebras super faciem abyssi effusas dissipasti: qui imaginem luminis tui hominem ex pulvere, & aqua fecisti, quumque ipse sibi tenebras per concupiscentiam obduxisset, miserationibus in ipsum commotus, in Jordane eum fluvio illuminasti. Te igitur Christe Deus noster deprecamur, ut cunctos nos dignos efficias, qui pro tua gratia illuminemur; & quemadmodum in Baptismo nos sanctificas, sic puros, & immaculatos coram te ostende, & memento, quod tamquam reus pro nobis baptizatus es, & justificasti nos. Memento, quod alter Adam fuisti, nosque tuos fratres effecisti. Memento, quod Primitiæ nobis factus es, & in filiorum adoptione descripsisti nos. Trahe ad nos beneplacitum Patris tui: & sub alis Spiritus tui, qui in specie Columbæ super te illapsus est, protege nos. Reple nos profusis illius muneribus, quæ per tuum Baptismum nobis collata sunt: vosque perfectam lucidæ perfectæque regenerationis sobolem ostende. Tu enim es Agnus Dei, qui tollit peccatum Mundi, & lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum: tibique gloriam, & confessionem.

EXULTATE JUSTI.

Vocem Joannis audivi dicentis ad Jordanem: Purga te ipsum, & ablue sordes, quæ in te sunt; quoniam Dominus cæli, & terræ accessit, ut baptizaretur. Alleluja. Et sanctificaret omnia.

Apprehendit Ecclesia Joannem in Jordane fluvio, dixitque ei: Quis est Sponsus? cui ille: Post me veniet, & prior me est, viamque coram ipso paro. Alleluja, & ipse salvabit te.

Agnus Dei, qui ad Joannem venisti, tuoque aquas Baptismate sanctificasti; fac ut pax, & tranquillitas tua in quatuor mundi partibus inhabitet: & custodi Ecclesiam tuam ejusque filios, Alleluja, a noxis.

Tria Sacra Mysteria posuit Dominus noster in Ecclesia, quam Cruce sua redemit; Baptisma, & Oblationem, purumque Sacerdotem, qui gregi suo veniam implorat. Alleluja. Et misericordiam postulat.

INCENSUM.

Multitudini miserationum tuarum, Domine Deus, offerimus hunc aromatum suffitum pro servis tuis istis, qui ad sanctum Baptismum præparati sunt, ut in te obsignentur ad vitam, & generentur ad spiritualitatem, & scribantur in familiaritate promissorum tuorum: longeque discedant a vita eorum omnia Adversarii nocumenta: & signaculum tuum mundet & custodiat eos, & per omnia bona renovetur juventus eorum, & vincant mala, & divinis præceptis tuis adhæreant, tibique gloriam, & gratiarum actionem attollant, & Patri tuo, ac Spiritui sancto, nunc.

DIA-

doctrinis tuis quas inspirasti per Prophetas, & Apostolos, & Doctores. Hisce

DIACONUS.

Oves tuæ Jesu.

Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt: & abyssi turbatæ sunt; & nubes aquas stillaverunt.

Oves tuæ, Jesu, clamant ad te cum dolore, & lacrymis. Libera eas propter misericordiam tuam ab angustiis, quæ eas circumdant.

APOSTOLUS

Ex Epistola ad Romanos.

Fratres: Quid igitur dicemus? manebimus in peccato, ut superabundet gratia? Absit. Qui enim mortui sumus peccato &c. usque. *Si igitur cum Christo mortui sumus, credamus, quod & cum Christo vivemus.*

VERSUS.

Quid est tibi mare, quod fugisti: & Jordanis, quod conversus es retrorsum? Alleluja.

EVANGELIUM

Ex Joanne Apostolo.

Erat autem homo quidam ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum. Hic venit ad eum nocte, & dixit ei: Rabbi &c. usque *Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.*

Sacerdos dicit hanc secretam pro se ipso.

Domine Deus omnipotens; qui mentes hominum nosti, & corda, ac renes scrutaris: qui me indignum ad hoc ministerium vocasti: ne tædeat te mei, neque avertas faciem tuam a me, sed dele omnia delicta mea, & ablue maculas corporis mei, & sordes animæ meæ, ac plene sanctifica me, ne quum orem, ut aliis remissio peccatorum concedatur, ipse reprobus peccati servus fiam. Ne, Domine, inops, confusus revertatur, sed emitte super me Spiritum tuum Sanctum, & adjuva me ad ministerium hujus magni, ac cœlestis Sacramenti, quod coram positum est.

EXCLAMATIO.

Ne extendas manus tuas usque ad secundum Officium.

Ut is, qui simul plantatus fuit in similitudinem mortis Christi tui per sanctum Baptisma, particeps & resurrectionis ejus fiat. Et *custodiens donum Spiritus tui Sancti, augensque depositum gratiæ, recipiat coronam victoriæ supernæ vocationis, & connumeretur cum primogenitis illis, qui scripti sunt in cœlo, per Christum Jesum Dominum nostrum, cum quo tibi convenit gloria, & honor, atque potestas cum Spiritu tuo Sancto. Nunc.*

Hic ponit thus, & dicit secreto.

Largitor lucis, & animarum corporumque illuminator, qui e tenebris lumen oriri fecisti: exorire in cordibus nostris. Qui beatam emundationem in aquis salutaribus dedisti, & divinam sanctificationem in sancta unctione, & unionem cum Domino nostro Jesu Christo, per participationem sacri Corporis, & Sanguinis ipsius; qui etiam nunc servos hosce tuos sancta vocatione e tenebris erroris ad agnitionem veritatis tuæ vocasti: connumera eos cum iis, qui te reverentur. Imprimatur in eis lumen vultus tui, & insculpatur Crux Christi tui in cordibus, & cogitationibus eorum: ut mundi vanitatem fugiant, & omnem Adversa-

rii nequitiam, ac in mandatis tuis ambulent.

Diaconus utraque manu caput Pueri apprehendit dicens.

Benedic Domine.

Sacerdos signat baptizandum in fronte tribos crucibus absque oleo dicens.

Signatur talis ✠ in nomine Patris.

Populus. *Amen.*

Et ✠ Filii.

Populus. *Amen.*

Et Spiritus ✠ Vivi, & Sancti in vitam saeculi saeculorum.

Populus. *Amen.*

Diaconi exuunt baptizandum vestimentis suis, & monilibus, & inauribus, & reliquis omnibus, & statuunt eum in ordine suo, conversa ad Orieotem facie.

Sacerdos orat secreto.

Te invoco, Domine omnipotens, per Unigenitum Filium tuum, Dominum autem, ac Deum nostrum Jesum Christum, ad expellendum omnem spiritum nequam, & ad ejiciendam omnem adversam, & latentem operationem: ut inhabitationem Spiritus tui Sancti pure recipiant animae istae, quae ipsi offeruntur. Revelare, Domine, & corrobora verbum fidei nostrae, quod eloquimur in nomine Christi tui, ut non inanibus, & vacuis labiis loquamur, sed per gratiam tuam, & per virtutem illam, quae mundum a malo liberat.

Sacerdos coovertit faciem suam ad Occidentem, quum facies baptizandi respiciat Orieorem: & dicit super eum istas Adjurationes; in singu'is Adjurationibus signans crucem onam ipse Sacerdos contra faciem baptizandi.

Te invocamus, Domine Deus noster &c. pag. 234.

Et convertit baptizandus faciem suam ad occidentem, & Sacerdos ad Orientem; qui & facit eum Satanae abrenunciare tribus vicibus. Sponsor vero sinistra manu manum sinistram Pueri tenens, & sic pro eo dicit.

Abrenuncio Satanae ego N. qui baptizor, & omnibus militiis ejus, & omnibus operibus ejus, & omnibus gestis ejus, & omni virtuti ejus, & omni errori ejus mundano, & omnibus, qui eum, turpemque ejus sententiam sectantur.

Et convertit baptizaodus faciem suam ad orieotem, & Sacerdos ad occidentem: & Sponsor dextera manu manum dexteram Pueri apprehendens, dicit pro eo hanc fidei professiooem tribus vicibus inquiens.

Credo in te, Christe Deus, ego N. qui baptizor, & omnibus divinis doctrinis tuis, quas inspirasti per Prophetas, & Apostolos, & Doctores Orthodoxos. Confiteor, & credo, & baptizor in te, & in Patre tuo, & in Spiritu tuo vivo, & sancto.

Sacerdos dicit, illis post ipsum prosequentibus.

Abrenunciavimus Satanae, & credidimus in Christum Deum nostrum.

Sacerdos cooversa facie ad orientem, facit pro Puero hanc orationem Gratiarum actionis.

Gratias agimus &c. p. 238.

Explicit Officium primum Catechomenorum juxta ordinem Domini Jacobi Edesseni, cujus oratio nobiscum sit. Amen.

Item ejusdem.

Deinde postquam Satanam ejecerint accedunt ad Baptisterium, & dicunt.

Credimus in unum Deum.

Totum.

Sacerdos autem staos coram Baptisterio, aperit Craterem vitae: & effundit ipse Sacerdos aquam in Craterem, hyeme quidem calidam, aestate vero frigidam. Sive autem calida sit, sive frigida, perinde se habet: sed Pueri causa id observatur, ne dolore afficiatur. Non enim repraesentat sanguinem, & aquam, quae effluxit de latere Domini nostri Jesu Christi, ut blaterant Armeoi. Sed quum Sacerdos aquam oimis esse calidam viderit senseritque, adeo ut amburat, frigida eam temperet. Item

si frigidam nimis viderit, calefaciat. Deus parcat Gabrieli, qui scripsit.

Postquam vero absolverint *Credimus*, incipit Sacerdos Officium secundum dicens.

Gloria &c.

Oratio super aquas, quum eas miscet.

Misce, Domine, in aquis istis per supplicationem tenuitatis nostræ virtutem, & operationem Spiritus tui Sancti: ut sint spiritualis uterus, & caminus fundens incorruptibilitatem: & servo tuo huic, qui in ipsis baptizatur, concede, ut sint ei vestimentum incorruptibilitatis, & solutio a vinculis peccati per beneplacitum tuum, & per amorem erga homines Unigeniti Filii tui, & per operationem Spiritus tui Sancti, nunc.

Sacerdos tegit aquam velo albo ex velis Ecclesiæ, & ponit Crucem, & accendunt duas candelas hinc, & inde. Et dicit Sacerdos.

Pax vobis omnibus.
Populus. *Amen.*

INCLINATIO.

Pater Sancte, usque p. 239. *& centesimum. A te enim est, o Pater luminum omne donum bonum, & omne munus perfectum.*

Elevat vocem suam, & extendit manus suas.

Et effinge, & forma Christum &c. pag. 230.

Et intingit Sacerdos digitum suum oleo unctionis, & signat baptizandum in fronte tribus crucibus dicens.

Signatur N. oleo lætitiæ, ut eo muniatur adversus omnem operationem Sathanæ, & ut inferatur in bonam olivam in Ecclesia Sancta Catholica Apostolica ✠ in nomine Patris.

Populus. *Amen.*
Et ✠ Filii.
Diaconus. *Amen.*
Et Spiritus ✠ Vivi, & Sancti in vitam seculi seculorum.
Diaconus. *Amen.*
Diaconus dicit. *Stemus recte; Kyrie eleyson.*

PROŒMIUM.

Gloria Trinitati gloriosæ, quæ supra mentes creaturarum est. Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Patri quidem, qui est causa vitæ omnium. Filio vero, a quo, & per quem omnia creata sunt. Spiritui demum Sancto, qui vivificat, & sanctificat omnia. Trinitas, una essentia: una virtus: una potestas: una voluntas: unus Deus verus, qui in Trinitate creditur, & in unitate agnoscitur, & intelligitur: cui convenit.

Hic ponit incensum.

ORDO.

Largitor Sanctitatis, & Salvator generis humani, qui ea, quæ in terra sunt, in bonum, ac cœleste regimen convertisti, & innovasti nobis viam salutis per aquam, & spiritum: qui adduxisti nos per charitatem Christi tui ad vitam istam, & statuisti nos viles, ac peccatores famulos tuos coram gloria tua. Tu Domine Dominus noster, veniam humilitati nostræ concedens, suscipe de manibus nostris peccatricibus hunc aromatum suffitum in odorem suavitatis ad placandam Divinitatem tuam: & reple nos virtute Spiritus tui Sancti, & gratia unigeniti Filii tui: ac sufficientes nos effice, ut ministri simus tui novi Testamenti, ut digni efficiamur, qui cum scientia, & fide & resipiscentia ministremus, & nunc venerabili in omnibus nomini tuo secundum Christi tui donum, cum quo tibi convenit gloria, & honor, atque potestas cum Spiritu tuo Sancto. Amen.

 Tom.

Hisce ipsis vocibus utuntur Græci (*d*), Coptitæ, Æthiopes, Chaldæi, Syri; uti constat ex illorum Euchologiis, & Pontificalibus Libris.

§. III.

Tono, Kukæi. Versus.

Vox Domini super aquas, Alleluja. Joannes miscuit usque alleluja. Sanctifica baptizandum.

Dedisti dona hominibus. Alleluja.

Quis vidit duas pulcras usque *Alleluja. Suscipe, Domine, deprecationem nostram.*

Hic tollit velum, & aperit Baptisterium.

Gloria. *Magnum prodigium* usque *Alleluja. Parce nobis Domine noster.*

A sæculo. *Fons vitæ apertus est Baptismus: & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus pro sua illum benignitate sanctificavit. Pater exclamando, hic est Filius meus, dilectus meus. Filius inclinando caput, & baptismum in eo suscipiendo. Spiritus Sanctus in specie Columbæ super eum descendendo. Trinitas gloriosa, per quam sæcula vitam habuere. Alleluja. Munda immunditiem nostram.*

INCENSUM.

Christe Deus noster, ostende puerum hunc famulum tuum per istum aromatum suffitum, digno dono lavacri regenerationis, & dispone eum ad bona, & munda opera toto tempore vitæ suæ: & in die novissimo quum ad omnium resurrectionem adveneris, digneris sistere eum coram Patre tuo, sicut promisisti, & nos una cum ipso attollamus tibi.

(d) *Asseman. loc. cit. pag.* III. Catechismus prout antiquo more ad baptizandos feria sexta in Parasceve habebatur ex Barberino MS. S. Marci.

Renuntiatio, & cooptatio ab Archiepiscopo facta sancta Parasceve ante Pascha, congregatis Catechumenis in sanctissima Ecclesia.

Advenit Archiepiscopus circa sextam horam, & Ambonem conscendit: & dicto ab Archidiacono, *Attendamus*: dicit ipsis: *Pax omnibus*: Archiepiscopus vero dicit Catechumenis. *State in Dei timore, & cruce signemini: nudate vos, & solvite calceamenta.* Hoc ita peracto, Catechismum hoc pacto incipit. *Instat instructionis vestræ terminus, & redemptionis vestræ tempus: hodie fidei vestræ Chirographum Christo exposituri estis: papyrus, atramentum, & calamus, conscientia vestra, lingua habitus erit. Videte itaque, qua ratione professionem hanc estis obsignaturi. Ne aberretis, ne forte decipiamini. Testamentum componunt morituri, & alium possessionum suarum hæredem relinquunt. Et vos quoque crastina nocte morituri estis peccato: nunc vero testamini, & renunciatio vestra testamentum est: & peccati hæredem diabolum scribitis, & peccata ipsi relinquitis ut paternam hæreditatem. Si quis igitur Diaboli aliquid in anima retinet, moriturus id ei renunciet, non enim possessionum ultra dominus est. Vestrum itaque, quod diaboli est, nullus aliquid in anima retineat: propterea namque vos stantes manus, ut præcipiam, extendetis, perscrutantes, ne quid diaboli in vobis abscondatur. Nullus inimicitiam habeat, nullus iram conservet, nullus cum dolo astet, nullus cum fictione nudiat, omnes sordes, & malitiæ reliquias in diaboli facie projicite, & captivorum more state: tales namque vos Christus redimit. Unusquisque vestrum quasi cernens oculis, & execrans diabolum, sic eum insufflet. Ipsas conscientias vestras penetrate, & corda vestra perscrutemini, quid unusquisque vestrum fecerit, respicite. Si quid in vobis adversarii est, flatu a vobis abjicite. Nullus hic simulationis studiosus astet, de Sacramento nullus ambigat. Verbum Dei omni gladio ancipiti acutius corda penitus investigat: in Occidente Diabolus stat frendens dentibus, comas vellens, complodens manus, labra mor-*

§. III. Ex hac sponsione solemni Baptismi Sacramento firmata, cui Chri-

---

mordens, furens ejulat, solitudinemque deplorat, & in libertate vestra despondes animo: coram se propterea Christus vos sistit, ut ipsi renunciantes, & ipsum exsufflantes bellum ipsi perpetuum indicatis: in Occidente stat Diabolus, ubi tenebrarum principium est. Renunciate ipsi, & exsufflate in eum. Tum vero convertamini ad Orientem, & Christo conjungamini: nullus contemnat: state eum tremore. Cuncta, quæ in præsenti fiunt, tremenda sunt, & horrenda. Cunctæ virtutes cælorum hic adsunt; omnes Angeli, & Archangeli verba vestra invisibiliter scribunt: inclinant e Cælis Cherubim, & Seraphim, vestra pacta pollicitaque suscepturi, & Domino illa præsentaturi. Videte itaque, quomodo Diabolo renunciatis, & rerum omnium opifici adhæretis. Postmodum vero dicit illis: Convertamini in Occidentem, protensis in altum manibus: quod dico ego, & vos pariter dicite: Renuncio Satanæ, & omnibus operibus ejus, & omni cultui ejus, & omnibus Angelis ejus, & omni pompæ ejus. Hæc autem ter dicit: illisque cuncti respondent: deinde interrogat illos: Renunciastis Satanæ? Dicunt ei: Renunciavimus. Dicit eis: insufflate in eum. Mox dicit eis: Convertamini in Orientem demissas habentes manus: state cum tremore: quod ego dico, & vos dicite: Et conjungor Christo. Et, Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ: visibilium omnium, & invisibilium: & reliqua usque ad finem. Hoc omnibus respondentibus, ter dicit. Et interrogat eos: Christo conjuncti estis? Et dicunt: Conjuncti sumus. Hoc ter interrogat. Et post hæc dicit eis: Adorate illum. Et omnibus illis adorantibus, facit orationem, dicens: Benedictus Deus, qui vult omnes homines salvari, & ad agnitionem veritatis venire: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Et iterum dicit illis: Ecce renunciastis Diabolo, & Christo conjuncti estis. Completæ sunt tabulæ, & Dominus ipse in Cœiis illas tenet. Respicite pacta. Tabulas vobis has custodite: in die namque judicii publice sunt proferendæ. Ne circa summam totam aberretis, de qua fœnus etiam exigetur. Videte, ne erubescatis in Christi timendo, & horrendo tribunali, ubi cunctæ cœlorum virtutes moventur, & omnis hominum natura judicanda adstat, Angelorum myriades, Archangelorum exercitus, supernarum virtutum ordines ibi adsunt: cum fluvius igneus, vermis perpetuus, & tenebræ exteriores instant; tunc tabulæ tuæ legendæ sunt. Si misericors fueris & humanus, tunc patronos habebis, quos misericordia tua sublevaveris: si vero inhumanus, & parcus, immisericors, & contumeliosus, & in eos, qui numquam offenderunt, calumniator, tunc aderit tibi Diabolus accusaturus te, & dicturus: Domine, verbo quidem hic renunciavit, opere vero servus meus factus est. Hinc Angeli suspirabunt, & super te justi cuncti lachrymabuntur: finis autem gravis est, & quod dicitur. Si quisquam in periculum præsenti tempore inciaerit, aut protectores invenit, aut a consanguineis adjuvatur, aut pecuniis liberatur. Ibi vero nihil tale fit. Non pater auxiliatur, mater pietate non movetur, non concurrunt fratres, neque præsto sunt amici: sed nudus est omnis homo, solus, & destitutus: ab operibus propriis aut adjutus, aut condemnatus abit. Frater non redemit, redimet homo. Attendite itaque, & securitati vestræ providete: diabolo renunciastis, ad finem usque ipsum oderitis. Christo adjuncti estis: ad extremum usque spiritum gloriam illi reddite: post hanc sanctæ fidei professionem ad Dominum pergite. Ne fluctuetis in fide. Misereamini pauperis, ne afflictos contemnatis, ne aliena rapiatis, ne innocentes calumniis opprimatis, ne vanos sermonee excipiatis: Sacerdotes nostros propugnate, vitam vestram omni tempore

custo-

Christiani omnes sese ultro illigant, cum Christianæ militiæ cingulum fu-

custodite. Non refugi, quin vobis quæ sunt utilia, annunciarem: qua ratione sint observanda, tenetis: utilia namque proposui, ne forte superveniens vindicta animam e populo rapiat. Observat namque verba vestra, cogitationem, sensum, motum, actionem inimicus: sed & vos securitati vestræ hoc pacto providete: ut nihil mali adversum vos proferente inimico in tremendi judicii die, Christi tribunali cum fiducia adstemus; & desideratam illam, & beatam vocem audiamus: Venite benedicti Patris mei, hæreditate accipite præparatum vobis regnum a constitutione mundi. Ipsi convenit omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & Sancto Spiritui.

Et responso, *Amen*, dicit eis: *Sursum habete manus. Pro universo orbe, ordine, bono statu, & omnium quiete dicamus: Domine miserere. Pro piissimis nostris Imperatoribus, omni palatio, & exercitu eorum, & Christo amabili populo: dicamus, Domine miserere. Pro animarum nostrarum redemptione, dicamus, Domine, miserere. Ut cito conteratur Satanas sub pedibus nostris, & ut incolumis civitas nostra conservetur, dicamus, Domine miserere.* Tum populum de more cruce signat Archiepiscopus, & orationem hanc facit.

Quia misericors, & benignus Deus existis, & tibi gloriam rependimus.

Et responso *Amen*, dicit: *Induite, & calceate vos*. Et ad altare progreditur: & orationem pro dispositis ad baptismum habet, Diacono faciente, ut moris est, supplicationem. Tum Sacerdos orationem hanc recitat, nec in ejus finem exclamationem ullam pronunciat.

Dominator Domine Deus, servos tuos ad sanctam tuam illuminationem advoca, & gratia ista magna dignos illos ostende: in vitam æternam exuta vetustate illos regenera; & Sancti Spiritus tui virtute, ad Christi tui laudem illos reple, ut corporis filii non amplius existant, sed regni tui filii.

Et baptizandorum oratione completa, Diaconus vice capita suo jussu inclinandi (idest loco hujus, *Capita Domino inclinate*) dicit: *Quotquot ad baptismum estis dispositi, ad manum impositionem accedite, & benedictionem accipite*. Et manibus singulis viris, & mulieribus imponens Sacerdos, rursum ad sanctam mensam regreditur, & exclamat. *Quia tu es illuminatio nostra & tibi gloriam &c.*

Deinde Sacerdos dicit: *Pax omnibus:* Et Diacono dicente, *Capita vestra Domino inclinate*, Sacerdos precatur: *Deus Pater noster, qui omnes vis salvari, & ad agnitionem veritatis venire; cognitionis tuæ lumen in nostris, & eorum, qui ad baptismum sunt dispositi, cordibus infunde, & immortalis tui doni dignos illos redde: & Ecclesiæ tuæ sanctæ Catholicæ illos aggrega. Tuum enim est misereri, & salvare nos, & tibi gloriam rependimus.*

Idem loc. cit. 278. Et conversus ad baptizandum Sacerdos, signat eum in fronte tribus crucibus absque oleo dicens:

Signatur N. &c.

Et Diaconus exuit eum vestimentis suis, & reliquis, & statuit eum conversa ad Orientem facie.

SACERDOS ORAT INCLINATUS.

Te invoco Domine Deus omnipotens per Unigenitum filium tuum, Dominum autem, ac Deum, & Salvatorem nostrum Jesum Christum ad expulsionem omnis Spiritus mali &c.

ET ELEVAT VOCEM SUAM.

Quoniam tu regnas super nos &c.

Et convertitur Sacerdos ad Occidentem, & baptizandus ad Orientem: & dicit super eum Adjurationem hanc, in omni invocatione faciens crucem unam contra faciem ejus.

Te

sumunt, qua sine Ecclesia neminem unquam in sua castra, suamque civitatem suscepit, facile intelligis, duo esse præcipua onera, quæ Christianorum etiam Laicorum humeris incumbunt, I Christo, utpote Dei Filio, ejusque dictis omnimoda fides habenda est. II Adversus Christi jussa, ac vetita non secus, ac divinas leges omnis reverentia est adhibenda. De utroque incise, ac membratim disseramus,

QU. III.

Te invocamus, Domine Deus omnipotens, creatorem omnis creaturæ, visibilis æque & invisibilis, imponentes manum super figmentum tuum istud &c.

Et revertitur baptizandus ad Occidentem, & Sacerdos ad Orientem: sinistra autem Sponsoris sit in manu baptizandi: & abrenunciat Satanæ pro eo tribus vicibus.

Abrenuncio Satanæ ego N. qui baptizor, & omnibus Angelis ejus, & omnibus operibus ejus, & omni militiæ ejus, & omni cultui ejus, & omni errori mundano, & cuilibet ei consentienti, eumque sectanti.

(Idem subjungitur Arabice, literis tamen Syriacis. Videlicet)

Abrenuncio Satanæ ego, qui baptizor & omnibus militibus ejus, & omnibus operibus ejus, & omni timori ejus, & omni errori ejus mundano, & omnibus, qui eum turpemque ejus sententiam sequuntur.

Et revertitur Sacerdos ad Occidentem, & baptizandus ad Orientem. Et Sponsor dextera manu manum dexteram baptizandi apprehendens, dicit pro eo hanc confessionem tribus vicibus.

Consentio tibi, Christe Deus, ego N. qui baptizor, & omni doctrinæ a te traditæ per Prophetas, & Apostolos, & Sanctos Patres, doctoresque orthodoxos. Confiteor, & credo, & baptizor in te, & in Patre tuo, & in vivo tuo, & Sancto Spiritu.

Idem Arabice literis Syriacis. *Credo in te, Christe, ego N. qui baptizor, & omnibus divinis doctrinis tuis, quas inspirasti per Prophetas, & Apostolos, & Sanctos Patres, & Doctores Orthodoxos. Confiteor, & credo, & baptizor in te, & in Patre tuo, & in Spiritu tuo vivo, & Sancto.*



QU. III.

Ut quis Christianæ Ecclesiæ civis habeatur, & sit, satis ne, si fateatur, Christum esse Dei Filium?

§. I. SOciniani (*a*), quibuscum magnus concinit Protestantium numerus, in ea sunt hæresi, quæ docet, totam Christianæ Religionis molem hoc uno inniti fidei articulo, quo fateri jubemur, *Christum esse Dei Filium*; illumque, qui in hoc unum dogma jurat, licet alia omnia ejuret, Christianorum albo esse ascribendum (Vid. Lochium *Christianisme Raisonable*). Quid enim? inquiunt. Nonne Apostoli Petri fides hoc unum præ se tulit? Hæc confessio tanti a Christo habita fuit, ut totius Ecclesiæ suæ fundamentum, totiusque Christianæ Religionis, Ecclesiasticæque communionis, atque unitatis centrum esse voluerit. Hæc una igitur confessio satis erit, ut quis Christianæ Reipublicæ civis habeatur, & sit. Ita Sociniani, iique omnes Protestantes, quibus doctrinarum suarum dissidia cum Ecclesiæ unitate componi posse videntur.

§. II. At nonne vident, quantopere hæc oratio secum ipsa certet, ac pugnet? Qua enim necessitate cogeris, ut fatearis, Christum esse Filium Dei, eadem necessitate astringeris, ut iis omnibus fidem tuam ad-

(a) Conséquement à leur principe, les *Sociniens* ont rejetè de leur profession de foi tous les mysteres, tous les dogmes qui leur ont paru incomprèhensibles, non seulement la sainte Trinité, la divinitè de Jèsus Christ, l'Incarnation, les satisfactions de ce Divin Sauveur, la communication du péché originel, les effets des Sacramens, l'opération de la grâce, la justification &c., mais tous les attributs de la Divinité que notre foible raison ne peut concevoir, comme l'éternité, l'infinitè, la toute-puissance, & tous ceux qu'il est difficile de concilier ensemble, comme l'immensitè avec la spiritualitè, la libertè avec l'immutabilitè, la justice avec la misericorde, &c. Pour justifier cette témérité, ils n'ont pas manquè de repèter contre les mysteres en général, les objections que les Protestans ont faites contre celui de la présence réele de Jesus-Christ dans l'Eucharistie, & de la transsubstantiation; c'est un fait qu'il ne faut pas oublier.

Ils n'admetent point la création prise en rigueur, parce qu'ils ne conçoivent pas, disent-ils, que Dieu puisse donner l'existence à des substances par le seul vouloir; & ils assurent gravement que ce dogme n'est pas clairement révélé dans l'Ecriture Sainte. Ils refusent a Dieu le prescience de futurs contingens, & ils pre-

adjungas, quæ a Christo nobis promulgata sunt. Ac licet unus ex illis sis, qui Dei Filio non omnem (*b*) tribuis divinitatem; illud tamen inficiari non audes, Christum a Patre in mundum missum fuisse, ut nobis divinum lumen afferret, errorem omnem eriperet, atque ad omnem veritatem nosmet instrueret. Si igitur Christiani hominis nomen tueri vis, non satis est, si pro certo habeas, Christum esse Filium Dei, sed ea etiam omnia, quæ locutus ipse est, omni asseveratione affirmanda tibi sunt. (Vid. ea, quæ superius diximus Lib. III, Qu. XII, §. V, VI, VII.)

§. III. Neque vero primævi Christiani tamdiu inter Catechumenos versati fuissent, ut Christi doctrinam ediscerent (*c*), nec Apostoli divinitus jussi essent *Evangelium prædicare omni creaturæ*; illudque civilibus etiam legibus reclamitantibus, Magistratibusque nequicquam obstrepentibus, in omnium animis alte insculpere, si ad Christiani hominis personam tuendam satis fuisset divinitatem Christo non denegare.

§. IV. Urgent. Primis Ecclesiæ temporibus Baptizandi ad nullam Fidei formulam recitandam compellebantur, sed tantum interrogabantur, num faterentur, atque etiam profiterentur, *Christum Jesum esse Dei Filium*. Nec Eunuchus ille, de quo Lu-

pretendent qu'elle ne peut pas se concilier avec la liberté de l'homme. Quelquels-un a poussé l'empieté jusqu'à nier la providence, & rejeter la notion de pur esprit. On ne sait pas trop quelle idée ils se sont formée de la nature divine; si Dieu est corporel, il est nècessairement bornè.

(b) Les Sociniens quoiqu'ils consentent à l'appeler le Verbe divin, le Fils de Dieu, Dieu manifesté en chair, comme l'expriment les Ecrivains sacrés, ils ne prenent point ces titres dans le même sens que les autres Chretiens, & ils se rèunissent tous à nier que le Verbe ou le Fils soit coèternel, ègal & consubstantiel au Pere. Les uns pensent que Dieu a formè l'âme de Jésus-Crist avant la creation, qu'il lui a donnè une sagesse, & une puissance superieures à celles de toutes les créatures, & qu'il s'est servi de lui pour fabriquer le monde. D'autres entendent par le *monde*, non l'univers matériel, mais le monde spirituel, & comme ils disent, *le nouvau monde*, c'est-a dire, la reparation de genre humain. Plusieurs disent que Jésus-Crist est appelè *le Verbe*, parce que Dieu a parlé aux hommes par la bouche de ce divin Maître; *Fils de Dieu* parce qu'il a été formé miraculeusement dans le sein de Marie *par le S. Esprit*, c'est-a-dire, par l'operation de Dieu. Quelques-uns sont allés jusqu'a dire qu'il est fils de Joseph & de Marie, mais que c'est un grand Prophete: d'autres ont enseigné qu'il ne faut ni adorer ni invoquer ce divin Sauveur, & on pretend que Socin lui même ne blamôit pas ce sentiment. Comme ils n'admetent pas le péché originel, ils pensent que la Rèdemption consiste en ce que Jesus-Crist nous a donnè des leçons & des exemples de sainteté, & en ce qu'il est mort pour confirmer sa doctrine; ainsi l'entendoient les Pélagiens.

(c) *Martene de Antiq. Eccl. rit. Lib. I, Cap. I, Art. V, §. IV.* Tertium quod hoc in articulo nobis inquirendum proposueramus, ea potissimum respicit, de quibus rudes in fide essent instituendi, nimirum ut abjecto idolorum deorum cultu, solum verum, & unicum Deum venera-

Lucas Act. VII, aliam præter hanc ad Baptismum attulit confessionem: „ Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam, & ait „ Eunuchus: Ecce aqua: Quid prohibet me baptizari? Dixit autem „ Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: CREDO FILIUM DEI ESSE JESUM „ CHRISTUM. Et jussit stare currum, & descenderunt in aquam „ Philippus, & Eunuchus, & baptizavit eum. " Boehm. J. E. P. Lib. I, Tit. I, §. 1, 2. (*d*).

§. V.

---

rentur, mores vitamque ad meliorem frugem converterent, omnibus fidei articulis sponte, & animo subjicerentur. Quanam vero ratione id fieri posset, eleganter prosequitur S. Augustinus, singulari edito tractatu de Catechizandis Rudibus, in quo etiam duas catechismi formulas profert, quas utpote longiores ultro prætermittimus. Ejusdem tamen libri quasi compendium ex Alcuino in epistola 7 ad Carolum Magnum hic referre non pigebit: (Igitur ille ordo in docendo virum ætate perfectum diligenter, ut arbitror) servandus est, quem B. Augustinus ordinavit in libro, cui *de Catechizandis Rudibus* titulum prænotavit. Prius instruendus est homo de animæ immortalitate, & de retributione bonorum malorumque, & de æternitate utriusque sortis. Postea pro quibus peccatis, & sceleribus pœnas cum diabolo patiatur æternas, & pro quibus bonis, vel benefactis gloria cum Christo fruatur sempiterna. Deinde fides S. Trinitatis diligentissime docenda est, & adventus pro salute humani generis Filii Dei Domini nostri Jesu Christi in hunc mundum exponendus. Et de mysterio Passionis illius, & veritate Resurrectionis, & gloria Ascensionis in cœlos, & futuro ejus adventu ad judicandas omnes gentes, & de resurrectione corporum nostrorum, & de æternitate pœnarum in malos, & præmiorum in bonos, mox ut prædiximus mens novella firmanda est.)

Fleury mores prim. Christian. P. III, cap. I. Qui admitti ad Baptismum desiderabant, & favore illo digni judicabantur, nomina sua dabant, albo *Competentium*, sive *Illuminatorum* (*Aug. l. de fide & op. c. 6.*) inscribenda; multo etiam diligentius, & instantius, quadragesimali tempore instruebantur, sæpiusque ad Ecclesiam jubebantur convenire, cum ad examen in rebus fidei subeundum, tum ad Exorcismos, ac preces supra ipsos in corona Fidelium rite pronuntiandas. Ea functio *scrutinium*, & assignata illi temporum *scrutinii dies* appellabantur, ad quas Dominica proxime præcedente universa Fidelium congregatio invitari solebat his fere verbis: (*Cod. Sacram. Edit. Rom.* 680.) *Scrutinii diem, dilectissimi Fratres, quo electi nostri divinitus instruuntur, imminere cognoscite, adeoque sollicita devotione sequenti quarta feria circa horam nonam convenire dignemini*. Constanter mos iste, ac per plura sæcula tenuit, proque ipsis etiam parvulis observatus fuit; ejus vestigia adhuc quædam extant in officio Ecclesiastico. (*Ord. Rom. Miss. fer. 4 post Dom. 4 Quadragesf. & Durand. ibid.*) Sub finem magni jejunii Symbolum Apostolorum iisdem exponebatur, cujus expositionis paradigmata habes in Catechesi Sancti Cyrilli Hierosolymitani, & in multis S. Augustini Sermonibus.

De Symboli traditione præter citatos Martenium, Chardonium, & Trombellium, consule Thomam Milles ad S. Cyrilli Hierosolymitani Catecheses p. 75. Quarta Dominica Quadragesimæ inter alia, quibus appellabatur, nomina, *Dominica de traditione* dicebatur, quia ab hac die Catechumenis symbolum memoriter mandandum in pluribus Ecclesiis tradebatur. Vide Concilium Bracarense II, *can.* 1.

(d) *Boehm. J. E. P. Lib. I, Tit. I, §. I, II.* De dogmatibus fidei, & summa Tri-

§. V. Quam longe absint a vero, qui nullam ab Apostolis Fidei formulam conceptam putant, satis jam docuimus superius Lib. V, Qu. IV, N. h. Verum licet etiam illud tibi concederem, Apostolos nullam Symboli recitationem ab iis poposcisse, qui Baptismo initiari volebant, non illico tamen consequitur, una Christi Divinitatis confessione contentos fuisse, nec quidquam præterea quæsivisse. Quid? Nonne jam inde a temporibus Apostolorum extiterunt Hæretici? Qua porro de causa Hæretici? An quod negarent, Christum esse Filium Dei? Nihil sane minus. Enim vero Hymeneus, & Philetus hæretici nominatim dicti, eoquod *Resurrectionem jam factam esse*, pronunciarent. *Hymeneus, & Philetus a veritate exciderunt, dicentes Resurrectionem esse jam factam, & subverterunt quorumdam fidem*. II ad Timoth. II, 8. *Resurrectio igitur mortuorum* unum ex iis dogmatibus erat, in quod jurare omnes debebant, qui Christianæ communionis participes esse vellent. Alii ab Joanne Apostolo memorantur, qui etsi Christum tanquam Dei Filium colerent, impiorum tamen numerum obtinebant, quod negarent, *Christum in carne venisse*. *Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur, Jesum Christum venisse in carnem. Hic est seductor, & Antichristus*. Ep. II. Joan. v. 7. Quid plures alios commemorem fidei articulos, quibus nemo renuntiare poterat, quin Christiano nomini renuntiaret? An vero putas, Eunuchum illum, de quo Lucas Act. VII, confessionem divinitatis Christi edidisse tanquam unicum suæ Fidei articulum, an tanquam caput, ac summam eorum omnium, quæ de Christo, ejusque factis, ac dictis a Phi-

Trinitate Pontifex collectionem orditur suam vel ad imitationem *Justiniani*, qui codici suo hunc titulum præmisit, vel ad exemplum Conciliorum, in quibus ut plurimum quæstiones fidei aliis sunt præmissæ, & formulæ fidei novæ formatæ, unde etiam aliæ plurimæ collectiones inde initium suum capiunt, observante *Strauchio in amæn. eccl. II*, c. 1. Sicuti vero *fides Catholica* varie sumitur, vel pro *doctrina universali*, vel pro *formulis*, per modum *legis* præscriptis, vel pro *fiducia cordis in Deum*: ita notandum est FIDEM CATHOLICAM *denotare formulam fidei publice omnibus, qui in eadem Ecclesia sunt, præscriptam sub lege necessitatis, ut conceptus suos ad eamdem forment*. Hoc sensu Pontifices etiam doctrinam *de fide catholica* ad materiam *juris* traxerunt, & *Jus decidendi controversias sibi* attribuerunt.

Qui *formulariam* hanc *fidem* ab Apostolorum temporibus derivant, næ graviter errant. Nequidem Symbolum Apostolicum temporibus Apostolorum natum esse, probavit auctor *hist. symb. apost.* Id unicum tantum in praxi primitivæ ecclesiæ observo, baptizandos professionem fidei suæ in Messiam edere debuisse non certis formulis circumscriptam, sed sincero cordis affectu expositam, qualis erat Eunuchi *in Actis Cap. VII*. Neque enim tot de mysteriis controversiæ jam natæ erant, ut necessum fuerit, de formulis fidei accurate determinandis nimium laborare. His ortis, formulæ quotidie novæ excogitatæ, & laicis per modum *legis* obtrusæ, haud tamen *perpetua*, cum novæ quotidie emergerent controversiæ, quæ novas exposcerent formulas, quo ipso tamen vera fides cordis amissa est.

Philippo acceperat (*e*) toto illius temporis intervallo, quo simul una in curru iter fecerant? Neque enim, si recte judicas, Christi divinitatem Philippo assentiri poterat, quin etiam Christi doctrinam assentiretur.



QU. IV.

(*e*) *Cardin. Gerdil in Opuscul. ad Hierarch. Eccl. Constit. spectant. pag.* 22, *edit. Parm.* 1789. An putabimus tota illa via, qua Prophetam interpretandum, & *Jesum* evangelizandum sibi sumpserat Philippus, non aliud Eunuchum docuisse, nisi sincero cordis affectu credendum, Christum Messiam esse, cætera præteriisse, quæ de Christo credenda scriptæ ipsæ postmodum novi Testamenti paginæ tot locis ediderunt?

QU. IV.


Ut Christiano nomine dignus sis, satisne, si ea omnia fateäris, quæ sacris literis mandata sunt?

§. I. QUI se Protestantes ferunt, hoc suæ Religionis initium, (a) ac fundamentum ponunt, nimirum ea tantum, quæ sacris literis mandata sunt, in divinorum oraculorum loco esse ponenda; quæ vero extra sacras literas tradita nobis sunt, in earum rerum numero ponenda, quæ dubiæ sunt, atque incertæ. Ab hoc fonte profectæ sunt eæ omnes falsæ opiniones, quæ eos a nobis tam magno intervallo disjungunt, atque divellunt. Nam si nobiscum non solum verbo Dei scripto, sed etiam tradito assentirent, una esset & nostrum, & eorum omnium mens, una vox, una omnium societas, atque communio.

§. II. Verum ades dum, paucis te volo. Quo testimonio fretus iis libris, qui sacri perhibentur, fidem tuam adstringis? Quid si negem eos esse sacros, iisque verbum Dei contineri? Quo me teste convinces? qua auctoritate id mihi comprobabis? Majorum nostrorum, inquies. At majores nostri non solum verbum Dei scri-

(a) *Melchior Canus Opp. Lib. III, pag.* 86, *Cap. I.* Erasmus tum sæpe alias, tum in epistola nuncupatoria operum Hilarii, hoc demum affetit eruditionis vere Theologicæ esse, nihil ultra, quam sacris libris proditum est, definire: cætera omnia esse problemata in illud rejicienda tempus, quum sublato speculo videbimus Deum de facie. Nec hi tamen aut primi, aut soli pestem huic loco afferre tentarunt. Tentaverat idem prior Wicleffus, ut Thomas Waldensis scribit lib. doctr. fid. antiq. 2 cap. 19. Tentarant hoc aliis ante sæculis hæretici quidam, quos Bernardus homil. 66 in Cantica commemorat. Sed & Arianis hanc hæresim tribuit Augustinus in conflictu contra Maximinum, Thom. Waldense referente libro de Sacramental. doctr. 2. Ariani certe, qui in Synodum Seleucianam convenerunt, non obscure testati sunt, se in fidei quæstione præter divinas scripturas nihil omnino recepturos, ut auctor est Epiphanius hæres. 73. Basilius Eunomium dicit in eodem errore versatum. Tertullianus lib. de præscript. hæret. & Irenæus 3 lib. adversus hæreses, cap. 2, bis adjungunt Valentinum, ac Marcionem. Basilius vero quidam Anciranus Episcopus in confessione, quam exhibuit septima Synodo, Anathematismo septimo non solum Iconomachorum, sed Arii, Nestorii, Eutychis, Dioscori sententiam hanc communem esse confitetur. Quanquam autem error hic communis fuit hæreticis pene omnibus, Lutherani tamen quasi proprium usurparunt, quantaque maxima potuere vi astruere nisi sunt, nihil præter Scripturas sacras Apostolicam habere auctoritatem.

(b)



scriptum, sed etiam non scriptum (*b*) eodem honore coluerunt, & nobis suis posteris colendum tradiderunt. In id igitur res redit, ut aut

(b) *Melchior Canus loc. cit. pag.* 90.

PRIMUM FUNDAMENTUM.

Ecclesia esse antiquiorem Scriptura, fidemque proinde, ac religionem sine Scriptura constare. Nam vetustissimi illi primorum sæculorum patres, qui in lege naturæ ante Moysen veri Dei cultores sunt habiti, sacrificiorum ritum, veramque de rebus divinis sententiam non scriptis legibus, sed more, & instituto servavere. Circumcisionem quoque a Deo primum acceptam, Abraham deinceps familiæ prodidit. Proles vero illa hominum Hebræorum ejusmodi Sacramentum non aut membranis, aut tabulis inscriptum, sed in animis consuetudine imbutis quasi impressum conservavit, multosque annos in Ægypto citra ullam scriptam legem, unius Dei veram fidem, & religionem tenuit. Christus etiam Dominus librum nullum scripsit, immo, quantum legimus, ne præcepit quidem, ut scriberetur. Euntes, non ait, Scribite, sed Prædicate Evangelium omni creaturæ. Mar. ult. Et per Hierem. cap. 30. Dabo, inquit, legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Et Apostolus 2.Cor. 3, Epistola, ait, estis Christi, administrata a nobis; & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Lex ergo evangelica, quæ lex spiritus est, non literæ, non est a principio literis exarata, sed in animis fidelium insculpta. Nam & cæteri Apostoli prius viva voce Evangelium docuerunt, deinde mandarunt literis, ut testes satis graves, & idonei sunt Iren. 3 adversus Valentinum libro, Euseb. cum aliis locis non obscure, tum luculentius in 3 histor. Eccl. lib. cap. 24, Chrysost. Hom. 1 in Matthæum, Theophylactus in initio comment. in Matth. Hieron. in catalogo Scri. Eccles. in Matth. & Joan. Breviter, ne omne sigillatim enumerem Universi Ecclesiastici auctores: Nolo enim in apertis rebus multus lectori videri: eo maxime quod Lucas Evangelista hujus rei certissimum testimonium præbet, inquiens. Quoniam multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est mihi assecuto omnia, a principio diligenter, & ex ordine tibi scribere, optime Theophile, ut cognoscas eorum verborum, de quibus erudiris, veritatem. Constat igitur doctrinæ fidei jam vulgatæ scriptionem Evangeliorum accessisse. Accessisse, inquam, non præcessisse. Constat item, Christianam Ecclesiam, & religionem non literis primum, sed traditione substitisse. Constat rursus, fidei doctrinam in Ecclesia primitiva non a scriptura habuisse auctoritatem, sed contra scripturas a traditione. Sicut tradiderunt, ait, nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Constat denique, aliquando in Ecclesia Christi fuisse catholica dogmata, quæ sacris nullis literis continerentur. Quare permotus Irenæus ait: quod etsi Apostoli nullas nobis scripturas reliquissent, tamen & oportebat nos sequi ordinem traditionis Ecclesiæ, quam fideles scilicet ante scriptum Evangelium sequebantur.

SECUNDUM FUNDAMENTUM.

Non omnia, quæ ad doctrinam Christianam pertinent, esse etiamnum in sacris literis expressa. Nam perpetuam beatæ Mariæ Virginitatem, descensum Christi ad inferos, Baptismum parvulorum, conversionem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, processionem Spiritus Sancti ex Filio, trium personarum in una substantia æqualitatem, earumdemque per relativas proprietates distinctionem, non ita expressa in libris canonicis invenies, sed adeo

aut utrumque verbum amplectendum tibi sit, aut utrumque eadem ra-

adeo tamen certa in fide sunt, ut contrariorum dogmatum auctores Ecclesia hæreticos judicarit. Quemadmodum igitur articulus resurrectionis continebatur in illo, Ego sum Deus Abraham, & Isaac, quod postea Christus Dominus minus intelligentibus exposuit: ita nonnulla per spiritum veritatis explicuit Ecclesia, quæ in sacris literis habentur obscura.

TERTIUM FUNDAMENTUM.

Multa pertinere ad Christianorum doctrinam, & fidem, quæ nec aperte, nec obscure in sacris literis continentur. Id primum Innocentius probat de celebr. missæ c. cum Marthæ. Verba enim, quibus in calicis consecratione utimur, quibusque Christum Dominum usum esse profitemur, scilicet Mysterium fidei, & æterni testamenti, in Evangelistis non habentur. Ac ne illud quidem, Elevatis oculis ad Deum Patrem suum. Sententiam quoque illam, Beatius est multo magis dare, quam accipere, Christum dixisse nesciremus, nisi Paulus in Actis docuisset. Quemadmodum ergo non omnia gesta Jesu Evangelica scriptura complexa est, ita ne omnia verba quidem, sed quædam per traditionem accepta sunt. Rursum sanctorum Martyrum auxilium precibus implorandum, eorumque memorias celebrandas, imagines venerandas esse, in sacrificio Eucharistiæ simul cum corpore sanguinem sacerdotibus esse & conficiendum & sumendum, sacramenta confirmationis, & ordinis non iteranda, sacræ literæ nusquam forte tradiderunt. At ejusmodi atque alia pleraque id genus, ita firmiter ecclesia catholica retinet, ac si sacris codicibus fuissent inscripta. Quatuor demum evangelia, quæ nunc ecclesia recipit, quatuordecim epistolas Pauli; breviter, ut in summa dicam, utrumque & vetus & novum testamentum firmissime retinemus: nec tamen ea tenere possumus scripturæ auctoritate. Multa igitur sunt fidei catholicæ dogmata, quæ sacris literis non habentur.

Idem ibid. pag. 93. Adde quod ad confutandos hæreticos major vis in traditione, quam in scriptura est. Egesippus apud Eusebium refert, virginem mundam, & immaculatam ecclesiam permansisse, donec discipuli Domini extiterunt, corruptoribus veritatis, siqui forte fuerunt, in occultis terræ hiatibus delitescentibus. Ut vero omnis illa ætas, quæ a Domino susceperat vivæ vocis auditum, de hac luce discessit, tum hæreticos nudato capite, ut ajunt, Apostolicam veritatem oppugnasse. Et Ignatius apud eumdem ea maxime ratione docet, hæreticorum vitari contagia, si diligentius, ac tenacius Apostolorum traditionibus inhærearur. Tertullianus quoque adhuc apertius monet, ut adversum hæreticos magis traditionibus, quam scripturis disseramus. Scripturæ enim in varios sensus facile trahuntur, traditiones non item. Nemo hæreticorum est, ut Hilarius ad Constantium Augustum tradit, qui se non secundum scripturas prædicare ea, quibus blasphemat, mentiatur. Omnes Scripturæ sine sensu loquuntur. Et Irenæus 1 lib. I cap. Hæretici, inquit, scripturis nituntur sua dogmata confirmare, ne sine teste esse videantur. Sed deformant eloquia Dei, atque ex figura hominis, vulpis, aut ursi figuram reddunt. Hactenus ille. Faciunt porro hæretici, quod patrem suum fecisse vident, ut Vincentius Lirinensis eleganter ait, & auctoris sui callida machinamenta sectantur. Nam quid ille non faciet misellis hominibus, qui ipsum Dominum majestatis scripturarum testimoniis appetivit? Si filius, inquit, Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim &c. Ita quodcumque dogma hæreticus proferat, statim ait, Scriptum est enim, & unum, sed mille testimonia, mille exempla parat de Lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus novo more interpretatis, sententiam suam approbare conatur.

Quor-

ratione repudiandum (*c*). Nam qui author tibi est, ut pro veris habeas ea omnia, quæ sacris literis continentur, is idem ipse author tibi etiam

Quorsum hæc tam longo sermone repetita? Nempe ut intelligas, non modo adversum hæreticos plus habere traditionem, quam scripturam virium, sed etiam omnem ferme cum hæreticis disputationem ad traditiones a majoribus acceptas esse referendam. Nam cum utrique & catholici, & hæretici pro sua sententia quisque sacras literas referant, in sensu, & interpretatione discrimen est. Quis autem verus, ac legitimus scripturæ sensus habendus sit, ni ecclesiæ traditione cognosci certo non potest. Quemadmodum & paulo ante docuimus, & 7 lib. sumus multis, magnisque argumentis demonstraturi. Atque hinc patet causa gravissima, cur traditiones Apostolicæ fuerint necessariæ. Sensus enim scripturarum Apostolicarum non erat ab Apostolis scripturis aliis explicandus, nisi ipsi in opera sua ederent commentarios, quod a viris gravissimis semper alienum fuit. Intelligentiam ergo scripturæ discipulis suis viva voce tradiderunt: ut illud Deus omni tempore in suis Ecclesiis impleret, Dabo legem meam in visceribus eorum. Lex siquidem Evangelica, ut Hieronym. in commentar. ad Galatas scripsit elegantissime, non in scripturis est, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla: non in verborum foliis, sed in radice rationis. Ex quo magis emergit, per hujuscemodi traditiones ecclesiasticos ordines quemque loco divinitus contineri: dum & majores, qui regni cœlorum claves habent, sacrosancta scripturæ sacræ mysteria, quibus quoque & tempore, & loco dignum visum fuerit, aperiunt: & minores ab ecclesiæ magistris libri clausi sacramenta percipiunt. Alioquin nulli essent ecclesiæ doctores, sed quivis quamlibet plebejus, & rudis earum per se rerum sine præceptore quæreret intelligentiam, quas Apostolorum interpretatione, & literis obvias expositasque haberet. Nunc autem traditiones Apostolicæ non quibuslibet commendatæ sunt, sed juxta Paulum sapientibus, & prudentibus, fidelibus quoque, ac religiosis depositi sacramenti custodibus, qui etiam idonei sint & alios docere. Qua de re Dionysius Timotheum diligentius admonet, ne sancta sanctorum efferat, ea passim rudibus exponens, sed sanctis solis sacrarum rerum intelligentias secretius pandat. Ob hanc enim causam primos illos nostros duces necessario summa, & supersubstantialia partim scriptis, partim non scriptis institutionibus, juxta quod sacræ definiunt leges, tradidisse. Quid? quod, ut Cicero ait, suavius mores in republica traditione feruntur? ne sine scripto sanciantur omnia, & molesta illa fiant, & legum ac doctrinæ codex sua mole, & magnitudine terreat. Quid? quod hac via, vel maximæ ecclesiæ commendatur auctoritas: quam ut sponsæ charissimæ Christus tantopere commendavit. Cum enim sponsi sui non verba modo, sed sensum etiam in corde servat: vere quod Apostolus dixit, columna est, & firmamentum veritatis. Et æquum erat, ut aliquis quasi lydius lapis in manu ecclesiæ relinqueretur, quo falsas verasque doctrinas exploraret: verumque item scripturæ sensum a falso discerneret.

(c) *Idem ibid. pag.* 100. Si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tanquam non multum habentes momenti possimus rejicere, & ea damnabimus, quæ in Evangelio ad salutem necessaria habentur: immo potius ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Hactenus Basilius. Cujus ratio, si auctoritas negligitur, certissimam rei hujus faciet fidem. Cum enim scripturas ipsas ecclesiæ auctoritate recipiamus, nec certiore argumento Evangelium Matthæi nomine inscriptum ipsius vere esse probemus, quam quod sic a patribus accepimus; simili profecto ratione ex reliquis institutis, quæ vi-

etiam est, ut pro certo teneas id omne, quod perenni constantique Patrum voce traditum est.

§. III. Ut igitur Christiano nomine dignus habearis, & sis, non satis est, si ea tantum præ te feras, quæ in Sacris Libris habentur, sed illud etiam necesse est, ut *Traditiones tum ad Fidem, tum ad mores pertinentes tanquam vel ore tenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu suscipias, ac verearis*. Conc. Trid. sess. IV. (*d*).

QU. V.

---

videlicet ab Apostolis retinemus, firma argumenta derivabimus. Quod siquis novum librum sacrum ingerat, quem patres nostri minime receperunt, ut Basilides, qui prophetas sibi nuncupavit, atque constituit, is non alio certiore argumento refelli potest, quam traditione majorum: ut secundo jam libro latius explicatum est. Sic quippe apud Euseb. lib. 6, cap. 10. Evangelium nomine Petri ab hæreticis prolatum, Serapion gravissime exclusit. Atque ut Basilius idem argumentatur, etiam in reip. judiciis, ubi scripturæ deest instrumentum, testibus habetur fides. Et sicut in rebus humanis oculatos testes, ita in fide auritos accipimus, quia fides ex auditu est. Esset autem ridicula respublica, quæ in Judiciis scripto omnia, nihil sine scripto probaret. Scripturas enim propter litigiosos facimus. Alioqui boni viri solo verbo in veritate & officio continentur.

(d) *Hiacynt. Card Gerdil. loc. cit. pag.* 36. Traditionis vim, & necessitatem pro more semper in Ecclesia servato antiquiorum auctoritate Irenæus confirmat, Polycarpi nimirum, qui *Vir multo majoris auctoritatis, & fideliter veritatis est testis, quam Valentinus, & Marcion, & reliqui, qui sunt perversæ sententiæ. Hic docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat, quæ Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera*. Tum est Clementis, quem ait, *vidisse ipsos Apostolos, & contulisse cum eis, cum adhuc insonantem prædicationem Apostolorum, & traditionem ante oculos haberet*. Quo etiam Pontifice, cum dissensio non modica inter Corinthios exorta esset, scripsisse ait Romanam Ecclesiam potentissimas literas, quibus eos ad pacem congregavit, & fidem reparavit.

Tertulliani porro adeo multa sunt, adeo expressa ea de re testimonia, ut nimis longum foret ea singillatim describere. Summa huc redit, in fidei controversiis frustra peti e Scriptura judicium veritatis, nisi accedat Ecclesiæ auctoritas, quæ & veram Scripturæ Intelligentiam declaret, & quæ divina sit habenda Scriptura decernat. Qua de causa Marcionem reprehendit, qui Scripturas mutilaret, quæ mutilata loca vere scripturarum esse nonnisi Ecclesiæ traditione constabat. Quare omnia ille ad Apostolicarum Ecclesiarum auctoritatem revocabat, Romanæ præsertim, de qua insignis est locus, *De præscript. c.* 36.: „ Age jam qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc Cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur . . . Si Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præsto est. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt . . . Videamus, quid dixerit, quid docue-

„ cuerit, quid cum Africanis quoque Ecclesiis contesserarit." Veritatem monet Tertullianus in fidei controversiis non ab singolis Episcopis, minus a Presbyteris petendam, verum ab Apostolicis Ecclesiis, ab Romana maxime, cujus auctoritas & ipsi Africæ præsto esset, nec aliud requirendum, quam quod ipsa dixerit, docuerit, ac velut fidei tesseram tradiderit, in qua nimirum conservatæ, quæ est ab Apostolis traditionis, & Irenæus Tertulliano paullo antiquior, & consequentium deinceps ætatum Patres illustre testimonium dedere.

Quid Marty Ignatius? De quo testatur Eusebius Hist. Eccles. l. 3, c. 36: „ Hortatum esse, ut Apostolorum traditionibus „ tenaciter inhærerent; quas quidem ad „ certiorem posteritatis notitiam testimo„ nio suo confirmatas scriptis mandare ne„ cessarium duxit." Non ergo verbum, quod jam litteris mandatum esset, quod traditione acceptum suis subinde scriptis memoriæ commendandum Patres omni ætate consuevere.

Quid Origenes? Qui lib. 5 in *Epist. ad Rom.*: „ Ecclesia, inquit, ab Apostolis „ traditionem suscepit, etiam parvulis „ Baptismum dare." De quo & Eusebius l. 6. Hist. Eccles. c. 5.: „ In primo au„ tem libro expositionum in Evangelium „ Matthæi Ecclesiastico insistens Canoni, „ quatuor duntaxat Evangelia testatur es„ se his verbis: *Sicut ex traditione*, in„ quit, *accepi de quatuor Evangeliis, quæ* „ *sola in universa Dei Ecclesia, quæ sub* „ *Cælo est, citra controversiam admittun*„ *tur*." Cui dicto consonat celebre illud Augustini lib. cont. Epist. fundamenti c. 5. „ Ego vero Evangelio non crederem, „ nisi me Ecclesiæ Catholicæ commoveret „ auctoritas. Nec tacendum quod hoc „ ipso capite Petro testimonium reddit „ Eusebius primam ejus epistolam memo„ rans. Petrus autem, cui tanquam fun„ damento superstructa est Ecclesia Chri„ sti, adversus quam nec ipsæ inferorum „ portæ prævaliture sint."

Horum sententias fideliter exscripsere Cyrillus Alexandrinus, Capreolus Carthaginensis, Vincentius Lirinensis, quos si volet Bohemerus reprehendere, reprehendat necesse est, non Irenæum tantum, & Tertullianum, sed & Polycarpum, Ignatium, Clementem, quin & Apostolum ipsum fratribus denuntiantem subtrahere se ab omni fratre ambulante inordinate, *& non secundum traditionem, quam acceperunt a Nobis*. Tum 2 ad Timoth. c. 2: „ Quæ audisti a me per multos testes, „ hæc commenda fidelibus hominibus, qui „ idonei erunt & alios docere." Quibus verbis nemo sanus non intelligit non ea tantum, quæ scripto, sed & quæ voce Timotheus audisset comprehendi, & commendari.

Sane qui aliter sentiunt, nunquam apud se recogitasse videntur, verbum, quod nobis annuntiatur, accipiendum esse non ut verbum hominum, sed ut quod vere est, Verbum Dei: cui proinde ex una parte plena fides illa præstanda est, quæ sine ulla hæsitatione loquenti Deo debetur: quæque ex alia parte certa prorsus, atque indubitata esse nequit, nisi certo constet Divinum esse Verbum illud, cui fidem adhibemus. Jam vero cum de aliquo libro, vel de aliqua libri particula quæstio movetur, ut sæpe contigit, num sit inter Sacras Scripturas referenda, si compositione, vel humana disceptandi ratione transigenda lis foret, cum nulla sit ejusmodi ratio, in quam error errorisve suspicio irrepere non valeat, nemo unquam certo, firmo, immoto judicio statuere secum ipse posset divinum esse librum, quem legit, vel audit, neque adeo conscius esse sibi fidem, quam ei præstat, Verbo Dei reapse adhiberi. Eadem hæsitatio recurret, quandocunque quod sæpius etiam contigit, de recta loci cujuspiam intelligentia quæstio movebitur, quod pulchre Lirinensis cum eo loco, quem profert Bohemerus, cui nihil habuit, quod reponeret, tum & aliis multis, velut c. 2, ubi posteaquam animadvertit quemadmodum Scripturam *aliter*

ter Novatianus, *aliter Photinus*, *aliter Sabellius*, *aliter Donatus exponit*, *aliter Arius*, *Eunomius*, *Macedonius*, *aliter Apollinaris*, *Priſcillianus*, *aliter Jovinianus*, *Pelagius*, *Cæleſtius*, *aliter poſtremo Neſtorius*, *concludit*: *Idcirco multum neceſſe eſt*, *propter tantos tam vani erroris anfractus*, *ut Prophetic.e*, *& Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundum Eccleſiaſtici*, *& Catholici ſenſus normam dirigatur*.

Ex arcani etiam diſciplina, quod haud ſcio an omnes perinde animadverterint, præclarum prodire argumentum videtur, quod traditionis uſus cum Evangelicæ prædicationis prima origine conjunctus comprobetur. Vi hujus diſciplinæ, quam ſatis notum eſt pluribus in Eccleſia ſæculis viguiſſe, fas haud erat ſecretiora Myſteria, & cum iſtis potiora conjuncta dogmata in vulgus effari, ne in ludibrium contemptumque verterentur infidelium. Itaque ſevere cautum erat, ut voci potius, quam ſcripto commendarentur, idque diligenter ſervabatur, quod ab Apoſtolo præceptum Timotheo fuerit (*II ad Timot. c. 2.*) ut quæ iſte a Magiſtro acceperat, hæc fidelibus hominibus commendaret, qui & idonei eſſent alios docere. Qui, & remoto etiam iſto contemptus periculo, mos adhuc ſancte retentus fuit, ut Catechumenis tum demum, cum Baptiſmum ſuſciperent, Paſtorum voce ſana, rectaque aperiretur de Myſteriis fidei Scripturarum intelligentia, quam, licet Scripturas antea legiſſent, vel audiviſſent, non tamen animo informare, aut proprio ſenſu licitum erat cuique definire. Patet id luculento Auguſtini teſtimonio Serm. 132 *De verbis Evang. Joan. 6, n. 1*, ubi Catechumenos, ſeu audientes alloquitur his verbis: „ Et forte cum Evangelium „ legeretur, dixiſtis in cordibus veſtris, „ putamus quid eſt, quod dicit *caro mea* „ *vere eſca eſt*, *& ſanguis meus vere po*„ *tus eſt*? Quomodo manducatur caro Do„ mini, & bibitur ſanguis Domini? Pu„ tamus quid dicit? Quis contra te clau„ ſit, ut hoc neſcias? Velatum eſt: ſed ſi „ volueris, erit revelatum. Accede ad „ profeſſionem, & ſolviſti quæſtionem. „ Quod enim dixit Dominus Jeſus, jam „ fideles noverunt. Tu autem Catechumenus diceris, diceris audiens, & ſurdus „ es. Aures enim corporis patentes habes, „ quia verba, quæ dicta ſunt, audis: ſed „ aures cordis adhuc clauſas habes, quia „ quod dictum eſt non intelligis. " Quid clarius? Audiebant Catechumeni Scripturas, ſed velatum adhuc ipſis erat, & clauſum, quod jam fideles noverant. An forte velatum hunc, & clauſum, Scripturarum ſenſum aperire ſibi proprio ſuo ſenſu, & intelligentia poterant? Minime. Expectandum erat quoad uſque revelaretur. Revelabatur autem cum ad profeſſionem ſuſcipiendo Baptiſmate accederent. Ergo Scripturarum intelligentiam, & fidem, quæ verbo Dei debetur, nemo ſuo proprio ſenſu informare, ac fingere poterat, ſed omnino accipienda erat, ut ab Eccleſia Paſtoris voce tradebatur. Tunc enim aperiebatur, quod a Deo revelatum Eccleſia ipſa continuata traditione acceperat.

Atque hæc quidem eo fidentius urgemus, quo minus reprehendi poſſunt a Boehemero, niſi velit ſeſe ipſe reprehendere. Profitetur ille aperte, *fuiſſe etiam in primitiva Eccleſia quandam arcani diſciplinam*, *a cujus notitia*, *& lectione Catechumeni arcebantur*; *ſcilicet quod Chriſtianis peculiares rationes fuerint non quævis dogmata majora*, *& graviora illis mox tradendi*, *qui adhuc lacte alendi erant*. Cum ergo Catechumeni Baptiſmum ſuſcepturi fidem ab Eccleſia peterent, ad eam profecto fidei profeſſionem ſeſe adſtringebant, quam ſimul cum fidei Sacramento tradi ſibi ab Eccleſia poſtulabant. Sic ergo vetuſto illo more in omni Eccleſia receptum erat, ut qui ad Baptiſmum accederent, profitendæ deinceps fidei formulam, non ad proprium quiſque ſenſum componere, conſtanterque retinere deberet.

Hinc & Baptiſmo ſuſcipiendo Infantes ipſos merito fideles vocatos probat Augu-

ſtinus Epiſt. 98 ad Epiſcopum Bonifacium n. 10, quia Infans „ ſicut credere reſpon„ detur, ita etiam fidelis vocatur, non „ rem ipſam mente annuendo, ſed ipſius „ rei Sacramentum percipiendo. Cum au„ tem homo ſapere cœperit, non illud „ Sacramentum repetet, ſed intelliget, „ ejuſque veritati conſona etiam volun„ tate coaptabitur ". Cui veritati? Et profecto quam ipſum jam credere reſpondebatur, quam nimirum pro ipſo, ipſiuſque nomine Sancta Mater Eccleſia ſpopondiſſet: „ Offeruntur quippe parvuli „ (n. 5.) ad percipiendam ſpiritualem „ gratiam non tam ab eis, quorum ge„ ſtantur manibus (quamvis & ab ipſis, „ ſi & ipſi boni fideles ſunt) quam ab „ univerſa ſocietate Sanctorum, atque fi„ delium ". Hac ergo lege Baptiſmus parvulis præbebatur, ut cum grandiores facti eſſent fidem ſuam ei fidei coaptare deberent, cui pro ipſis reſpondendo univerſa eos fidelium ſocietas obligaverat.

Nil ab hoc ſacro inſtituto disjunctius errore iſto Proteſtantium, quo Verbi divini intelligentiam e Scripturis ipſis cuique hauriendam permittunt. Poſſunt iſti quidem patentes habere aures corporis, ut audiant quæ leguntur: cordis vero aures non magis apertas habere poſſunt ad intelligendum, quam Catechumeni, de quibus Auguſtinus, qui & ipſi & legebant, & audiebant: hoc vero inſigni diſcrimine, quod Catechumeni Apoſtolica Catholica diſciplina inſtituti hanc intelligentiam ab Eccleſia ſibi tradendam expectabant: iſti contra quod uni Eccleſiæ auctoritati Chriſtus commendavit, impia ſibi temeritate uſurpant.



Q U. V.

QU. V.

Unde nam sciendum est Christiano homini, quæ extra S. Literas, quotque ea sint, quæ necessario credenda sibi sunt?

§. I. CUM primum ad Christianorum Ecclesiam prodiisti, interrogatus, quid ab Ecclesia Dei peteres, tu respondisti, (*a*) te ab ea *tuam Fidem* postulare. Hac voce tute ipse fatebare, ea omnia, & una tibi credenda esse, quæ credere te jusserit Ecclesia.

§. II. Neque tunc Ecclesia in manus tibi dedit Sacros Codices, unde marte tuo haurires, quid credendum tibi sit, quid non, sed quæsivit abs te, num paratus esses jurare in verba Ecclesiæ (*b*), nec antea ad Ecclesiam tibi aditus patuit, quam te totum ab Ecclesiæ ore pensurum spopondisti.

§. III. Quin igitur in eadem perstas sententia? Cur etiam num ab Ecclesia fidei tuæ normam, ac regulam petis? Cur ab ea non quæris, quinam libri in sacrorum album sint referendi, qui genuini, qui adulterini, quæ versio fida, quæ infida, quæ vera sacrarum literarum sententia, quæ non? Cur ab ea denique non exquiris ea omnia, quæ extra sacras literas (*c*) credenda nobis sunt?

QU. VI.

(a) *Ritual. Roman. de Sacram. Bapt.* Quid petis ab Ecclesia Dei? Fidem.

(b) *Ritual. Roman. de Sacram. Bapt.* Credis & in Spiritum Sanctum, *Sanctam Ecclesiam Catholicam?* Credo.

(c) *Hiacynt. Card. Gerdil loc. cit. pag.* 23. Ante omnem scripturam fides auditu percipiebatur, quique fide imbuebantur, eam per viam obedientiæ suscipiebant. Fides, inquam, ex auditu. Unde autem auditus? Utique a prædicante. Quis jam prædicator audiendus? Ii profecto, quibus a Christo Domino dictum est: *Ecce ego mitto vos*, quibus etiam se omni ævo affuturum prædixit. Audiendi ergo Prædicatores, & Apostoli, qui a Christo missi sunt, & qui vicaria successione mittendi erant ab Apostolis, veluti Timotheus, & Titus a Paulo. Hæc prima fuit propagandæ, tuendæque fidei a Christo instituta ratio, ut successio doctrinæ pari passu, atque doctorum successio procederet, qui nimirum Pastores dati sunt ac Doctores in opus hujusce Ministerii, ad consummationem Sanctorum, usque eo dum coagmentatur Corpus ejus, quod est Ecclesia, nec interea sint Schismata, quibus a Sanctissimi Corporis compage divellamur, ac tanquam parvuli fluctuantes circumferamur omni vento doctrinæ.


At,

At, inquies, quæ voce prædicarunt Apostoli, ea postmodum scripto consignarunt. Utique factum, & quidem præstantissimo divinæ largitatis munere, ac beneficio. Verum & hoc putare debes non ita Scripturam prædicationi substitutam, ut abrogata prima illa promovendæ religionis ratione a Christo instituta, auditus fidei aliquando desineret. Non ita factum. Scripsere Apostoli, ut prædicantes simul & audientes juvarent, non ut ipsi docendi Magisterium abdicarent, aut quos docendos acceperant, audiendi onere levarent: Scripsere Apostoli, sed non omnia scriptis suis complexi sunt, quæ ad formam sanorum verborum, atque ad rectam Ecclesiæ gubernationem pertinerent: Quin potius scribendo Ecclesias monuere sæpe, ut quæ voce tradere pergebant, diligentissime retinerent. Scripsere Apostoli, verum eatenus scriptio proficit, quatenus quæ scripta sunt recte intelliguntur. Quis porro pulcre adeo de se sentiat, ut putet de summa fidei *intelligere se quæ legit*, nisi adsit legitimus interpres, *qui ostendat sibi?* Pudeat Novarorum Magistros hanc suis gregalibus sapientiam deferre, quam suis ipsi dissensionibus præclare ostendunt deesse sibi. Scripsere Apostoli, non ut cuique interpretandi, atque adeo singulis quas fundabant, Ecclesiis aliter & aliter de religione statuendi licentiam tribuerent, quippe qui unam illam, quam a Christo doctrinam acceperant, in omni Ecclesia constanter prædicabant, constanterque retineri præcipiebant, qua de causa testatur Paullus, missum a se ad Corinthios Timotheum, qui eos commonefaceret vias suas, ut quod ille ubique *in omnia Ecclesia docebat*, idipsum & Corinthii sine ulla dissensione servarent.

Itaque quod primum caput est, fides ex auditu: auditus autem ab his, qui ex instituto Christi missi sunt ad docendum. Ex hoc primo capite nexum est alterum, ut qui fidem Christi suscipiunt adulti, eam obeundo suscipiant. Ad hoc etiam institutum est Apostolatus Ministerium, ut qui muneris hujus auctoritate, & officio fungerentur, vocarent ad obediendum fidei in omnibus gentibus: obedirent autem vocati in eam formam doctrinæ, non quam ipsi sibi finxissent, non de qua transigendo convenissent, sed quam traditam sibi acciperent. Hanc obedientiam laudat Apostolus in Philippensibus, hanc in Corinthiis erga Titum, quem ad eos miserat. Hanc ab his expetitam, qui Christo nomen darent, bonus Auctor testatur Justinus Martyr *Apol.* I, 11, 65: „ Nos autem postquam eum, qui fidem suam, & assensum doctrinæ nostræ testatus est, sic abluimus, ad eos, qui dicuntur Fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt: communes preces, & pro nobismetipsis, & pro eo, qui illuminatus est, & pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti, hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus viam agentes, & præceptorum custodes inveniamur, quo salutem æternam assequamur „. Itaque non abluebatur, nisi qui ante assensum suum doctrinæ præstitisset, non quam sibi suo judicio finxisset, sed quam Fratribus communem, utpote ab initio receptam, & ab Ecclesia traditam exciperet: Communem quippe ac in Ecclesia vigentem doctrinam aperte significat Justinus, dum eam *doctrinæ nostræ* nomine appellat. Huic, inquam, doctrinæ assensus præstandus erat, quam nemo suam propriam diceret, sed quam suo obsequio quisque velut ab Ecclesia communiter omnibus præscriptam exciperet, cujus unius cognitione veritatem adepti, ac vere illuminati se fuisse confiderent, qua demum una, si modo doctrinæ præceptionibus actio vitæ congrueret, ad æternam salutem consequendam se se compararent.

In Centurione Cornelio agnovere Patres primitias vocationis gentium. Hunc notat Augustinus, *quamvis exauditas oratio-*

tiones ejus, eleemosynasque respectas Angelus nuntiaverit, Petro tamen traditum imbuendum, per quem non solum Sacramenta susciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret. Nec immerito, quippe ab antiquis diebus electus inter alios Petrus fuerat, *per os ejus audire gentes Verbum Evangelii, & credere*. Quo intelligimus magisterio Petri attributam vocationem gentium fuisse: Atque ut nullum finem habitura hæc gentium vocatio, & cooptatio, ita nec unquam finem habiturum magisterium Petri. Nec fefellit eventus, aut consilium ejus fallere poterat, cujus verba non transeunt. Quippe omni consequenti ætate nunquam desiit Petri Sedes, vel in ultimas terrarum oras Apostolicos viros mittere, per quos audirent gentes Verbum Evangelii, & crederent: ut Ecclesia ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione in unam formam doctrinæ collecta, uni capiti cohærens, unam se ac universalem perpetuo demonstraret, in eaque unitate unias Christi Corporis splendidissime colluceret.



QU. VI.



QU. VI.

Quænam illa Ecclesia, a qua Fidei regula petenda, Particularis ne, an Universalis?

§. I. Fidei doctrina, quam nos ab Ecclesia petimus, cum Baptismum postulamus, est ea ipsa, quam Christus Dei Filius Apostolis suis tradidit, quamque Apostoli Apostolorumque successores jussi sunt a Christo Domino in omnem terrarum Orbem disseminare, atque in omne ævum propagare (a); Verbum divinum unum est, omnique ex parte

(a) *Valsechi La verità della Chiesa Rom. Cap. VII, pag.* 196. Osserva S. Agostino, che il nome di *Cattolica* fu dai maggiori nostri applicato alla Chiesa, poichè derivando tal nome dalla greca espressione καθ' ὅλον, *secundum totum*, l' universalità di lei si veniva appunto col nome medesimo ad indicare. Triplice per tanto è quella *universalità*, che noi crediamo convenire alla Chiesa. *Universalità di genti e di luoghi*; non essendo la Chiesa, siccome era la Sinagoga, ad una nazione sola, e ad una sola Provincia ristratta, ma per tutte le genti, e per le piaggie tutte diffusa. *Universalità di tempi*; avendo la Chiesa sua origina in Gesù Cristo, e senza interrompimento d' un solo giorno durata essendo fino a' dì nostri, e dovendo fino al terminare dei secoli perseverare. *Universalità di dottrina*, che dallo stesso divin Maestro insegnata, si deve in lei intera, e pura costantemente serbare.

Che codesti tre generi di universalità, o di pienezza, per cui Cattolica da noi si appella la Chiesa, appartengano a lei, e le appartengano per l'instituzione, e per le promesse medesima del suo Autore, con varj generi di argomenti dalla divina parola dedotti si è dimostrato dai Santi Padri, e tuttavia dai Teologi si dimostra. Piace però a me pel presente lavoro uno solo apportarne, che quanto è breve, egli è altrettanto evidente. Si richiamino alla memoria quella parole, di cui nè la più autorevoli, nè la più augusta in tale proposito si erano udire, o si udiranno giammai pronunciata da Gesù Cristo sul punto di salir all' alto, ad inviare gli Apostoli alla grand' opera. *Ogni podestà*, disse loro, *mi è data in Cielo, ed in Terra. Andate dunque, ed ammaestrate le genti battezzandole nel nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo; insegnando loro a custodire* le cose tutte *che io ho a voi ordinate: ed ecco che io sono con esso voi tutti i giorni fino al finire dei secoli*. Sicchè per ordinazione di Gesù Cristo la sua Chiesa stendere si dovea alle piaggie, ed alle genti tutte, *omnes gentes*: la sua Chiesa serbar intera dovea tutta le sua dottrine, *servare omnia*: la sua Chiesa durar dovea da qual punto pe'giorni tutti fino alla fine dal mondo, *omnibus diebus usque ad consumationem sæculi*. Ora questi tre generi di universalità, cioè nell' *estensione*, nella *dottrina*, e nella *durata*, formando appunto, come testè dicemmo, il carattere di Cattolica; dire pure ci conviene, che tale essere dovea la

te sibi consentiens. Una igitur & divinitus nobis tradita doctrina sit, necesse est; atque hinc una eademque omnium fides, una proindeque eademque universalis Ecclesia sub hujusce Fidei vexillo collecta atque cohærens (*b*). Non unius igitur, aut alterius dumtaxat Ecclesiæ propria nostræ Fidei regula, sed universæ Ecclesiæ communis esse debet.

§. II.

---

la Chiesa, ed essere lo dovea per instituzione e promessa di quel Dio onnipotente, che la formò. Il che pel solo recato Evangelico documento ad evidenza resta provato.

(b) *Valsecchi La verità della Chiesa Cattol. Rom. Cap. VIII, pag.* 233. Che celebrata sia nelle Scritture e nei Padri, siccome fregio caratteristico della Chiesa di Cristo, l'Unità, non v'ha chi l'ignori. Questa è quell'*una colomba*, quell'*una perfetta* de' Cantici. Questa è quell'*una vergine casta*, che ad *uno* Sposo Gesù Cristo presentar volea l'Apostolo. La di lei unità rappresentavasi secondo i Padri dall'*Arca di Noè*: rappresentavasi dall'*Albergo di Raab*: rappresentavasi dalla *Casa in cui si mangiava l'Agnello*. Ma più inerentemente al proposito la rappresentava quella *veste* del Salvatore *senza cucitura, tessuta tutta al di lungo fino da capo*, la quale dividere non si poteva, ma appartener doveva ad un solo. Le quali tutte figure però vince la sola vista del vero e reale Corpo di Gesù Cristo, che quantunque di molti membri composto, pur uno essendo perfettamente, ci dimostra l'unità del di lui Corpo mistico ch'è la Chiesa; la quale ancorchè della moltitudine delle Genti formata, stretta nondimeno e collegata nell'unità al suo Capo ch'è *uno*, *una* si unisca. Ed a vero dire, nulla forse, siccome abbiamo altrove osservato, più ripetuto ed inculcato ritrovasi da Gesù Cristo di questa tale *unità*, che egli desiderava nei suoi Discepoli, ed in quei tutti, che per la loro parola creder dovevano in lui: ch'è quanto a dire in tutta la Chiesa. Bastici quì rammentare un solo luogo dell'ultima orazione di questo divin Salvatore presso di S. Giovanni. Unità certamente più intima e più perfetta concepirsi non può di quella, che nelle Divine Persone del Padre e del Figliuolo adoriamo: una essendo di entrambi la natura, ed essenza numerica, ed individua. Ora questa unità propone egli appunto pregando il Padre, qual'altra idea di quella istessa unità, che desidera e vuole nei suoi fedeli. Non già perchè giungano ad uguagliarlo, lo che è impossibile: ma perchè al più alto segno si estolgano di quella strettissima colleganza, di cui capaci sono gli uomini in questa terra. Ecco le sue parole: *Or io non prego solo per costoro* (gli Apostoli) *ma ancora per coloro, che crederanno in me per la loro parola; acciocchè tutti siano uno* (o una istessa cosa) *come tu, o Padre, sei in me, ed io sono in te: acciocchè essi altresì siano un'istessa cosa in noi: affinchè il mondo creda, che tu mi hai mandato*. Le quali ultime parole, per dirlo quì di passaggio, chiaramente c'insegnano ciò che di presente noi pretendiamo: vale a dire, che l'*unità* non solo appartener dovea alla Chiesa, ma essere una nota caratteristica e visibile, che a tutti per vera Chiesa appunto di Gesù Cristo la dimostrasse.

Alle testimonianze delle Scritture concordi sono su tal proposito le sentenze dei Padri; le quali però accennare, non che recitare tutte non si potrebbero senza troppo lungo dettato. Quei due soli grandi lumi dell'Africa, Cipriano ed Agostino, ce ne somministrebbero copiosamente. Il secondo nelle Opere contro de' Donatisti, dove di proposito tratta prolissamente tal punto: il primo poi in va-

§. II. Qui ab iis Ecclesiis Baptismum ac Fidem petunt, in quibus ab communi aliarum Ecclesiarum doctrina alieni Fidei articuli traduntur, ii non petunt doctrinam divinitus traditam, quæ nonnisi una omniumque Ecclesiarum communis esse debet, sed Fidem sibi dari postulant a Christi doctrina abhorrentem.

§. III. Quamobrem videant Protestantes secumque ipsi cogitent, quantopere distent a vera Religione, cum in iis Ecclesiis nati sint alanturque, quæ nulla nec inter se, nec cum aliis Ecclesiis doctrinæ cognatione conjunctæ sunt (c), quæ ad suum quæque arbitrium & ingenium Fidei formulas sibi confingunt, nihil anxiæ, nihil sollicitæ,

---

varie Lettere; ma specialmente nell' eccellente Libro intitolato *dell'Unità della Chiesa*, di cui ci basti il quì trascrivere questo passo. *La Chiesa, la quale mercè di sua maravigliosa fecondità ampiamente distendesi, ella è una. Siccome molti sono i raggi del Sole, ma il lume è uno; e molti i rami dell'Albero, ma il tronco, che ha fitte in terra le radici, è uno; e molti i rivi, che qua e là scorrono d' acque copiosi, ma il Fonte è uno . . . . . . Non altrimenti la Chiesa della divina luce cosparsa i raggi suoi per lo Mondo tutto diffonde; ma essa è però un solo lume, che bensì d' ogni intorno si spande, ma l' unità del suo corpo non si divide. Stende essa in vero per copia di fecondità su l' universa terra i suoi rami, ed i pieni correnti rivi largamente aisperge: ma il capo egli è uno, l' origine è una, la madre è una, che in sì copiosa forgia ridonda*. Fin quì S. Cipriano, di cui tutto l'elegante Trattato si potrebbe trascrivere, siccome quello che allo scopo nostro è intieramente adattato. Ma il fin quì detto bastante sia a stabilire fermamente per l' Autorità delle Scritture e della Tradizione, essere l' unità fregio caratteristico della vera Chiesa di Cristo.

(c) *Valsecchi La Verità della Chiesa Cattolica Rom. Cap.* VIII, *pag.* 339. *Costoro* (dice S. Ireneo contr. Hæres. Lib. III, cap. 24, n. 2, degli Eretici non solo della sua stagione, ma di quanti furono o saranno mai favellando) *dalla Chiesa staccatisi non più piantati sono sopra la Pietra una, ma sopra l' arena di ammonticchiati sassi cosparsa essi si vanno rigirando per mille forme di errori, e sempre più si allontanano dall' unità*. In fatti come mai le Comunioni dei Luterani, dei Calvinisti, degli Anglicani, considerate o separate o congiunte, esser possono quella Chiesa *una*, che professiamo di credere, se nei membri che le compongono non v' è, nè può esservi nè unità di Fede, nè comunione di Carità? E che dubitarne? I principj fondamentali, essenziali, e comuni a queste Sette portano di lor natura alla dissociazione, alla varietà, alla moltiplicità, allo staccamento. Il giudicio privato posto in luogo dell' autorità per giudice della Fede, e lo spirito d' indipendenza sostituito alla soggezione ad un Capo visibile, sono i due elementi vitali della pretesa Riforma. Ora il primo di questi principj porta di sua natura a variar tanto e moltiplicare i Simboli della Fede, quanto varj sono e moltiplici i pensameni degli uomini. Il secondo rompe di sua natura ogni vincolo stabile e religioso, nè altro lasciar può, se pur lo lascia, fuorchè una unione precaria e politica tra i membri d' un corpo acefalo e dibranato. Alle Sette adunque dalla Romana Chiesa divise non può convenire quell' *unità*, che

citæ, nnm cum aliarum Ecclesiarum Fide concinant atque consentiant.



QU. VII.

che come fregio della vera Chiesa si è sempre professato dai Cristiani di credere: ma in virtù di sistema appartiene anzi ad esse la divisione e lo smembramento. Il che oltre della ragione tratta dai principj intimi di queste Sette, la pubblica, la universale, e la giornaliera sperienza evidentemente dimostra: variando elleno tutte per tante faccie di errori, e dividendosi e suddividendosi quasi a brani in tante schiere stravaganti e minori, che in loro si avvera ciò, che già scrisse S. Agostino contra la Lettera di Parmeniano: *Così così fa duopo, che in pezzi minutamente tagliati e divisi peran coloro, i quali antepesero l'ardire del proprio orgoglio al santissimo vincolo della Cattolica pace*. Lib. I, Cap. IV.



QU. VII.

Qui scire potes, num, quæ doctrina tuæ particularis Ecclesiæ propria, sit etiam universalis Ecclesiæ communis?

§. I. S. Irenæus, ut hæreticorum pertinaciam frangeret, ostenderetque, eam, quam ipse tradebat doctrinam, non esse unius aut alterius Ecclesiæ tantum propriam, sed universæ Ecclesiæ communem, hac ille utitur oratione Lib. III cont. Hæref. cap. III, num. 2. „ Sed quoniam valde longum est in „ hoc tali volumine omnium Eccle- „ siarum enumerare successiones; ma- „ ximæ, & antiquissimæ, & omni- „ bus cognitæ, a gloriosissimis duo- „ bus Apostolis Petro & Paulo Ro- „ mæ fundatæ & constitutæ Eccle- „ siæ, eam quam habet ab Aposto- „ lis Traditionem & annuntiatam „ hominibus fidem per successiones „ Episcoporum pervenientem usque „ ad nos indicantes, confundimus „ omnes eos, qui quoquo modo, „ vel per sibi placentia, vel vanam „ gloriam, vel per cæcitatem, & „ malam sententiam, præterquam o- „ portet, colligunt. Ad hanc enim „ Ecclesiam propter potiorem prin- „ cipalitatem necesse est, omnem „ convenire Ecclesiam, h. e. eos, „ qui sunt undique Fideles, in qua „ semper ab his, qui sunt undique, „ conservata est ea, quæ est ab Apo- „ stolis traditio. " Habes hic a S. Irenæo normam ac regulam, qua facile scire potes, num ea Fides, quam a tua particulari Ecclesia accepisti, sit universæ Ecclesiæ communis, videlicet respicere, num, quæ in tua Ecclesia docentur, in ea etiam Ecclesia doceantur, quæ Romæ diversatur. Hæc enim omnium Catholicarum Ecclesiarum Mater & Magistra, hæc illud punctum, quo lineæ omnes confluere ac concurrere debent, hæc illud centrum, cujus complexu fidelium omnium Fides coercetur (*).

§. II. Atque hoc sane intellexisse videntur S. Cyprianus Lib. IV, ep. 8, ubi de Romani Pontificis Cathedra loquens: *Scimus*, inquit, *hortatos*

(*) Fleury Discours sur l'Histoire Ecclesiastique Tom. I, Discor. II, num. 12. *L'Eglise est Apostolique; c'est-à-dire qu'elle se connoit par la succession des Evequês, principalement par les Apôtres, & par l'union avec la Chaire de Saint-Pierre, centre de l'unité Catolique.*

tos nos esse, ut Ecclesiæ Catholicæ matricem & radicem agnoscerent & tenerent: S. Ambrosius in Orat. de obitu satyri: *Rogavit, si cum Episcopis Catholicis, idest cum Romana Ecclesia, consentiret* (a): S. Hieronymus in epist. ad Damas. de *hypostasis* nomine: „ Hic in tres partes scissa est „ Ecclesia, me ad se rapere festi-„ nat. Ego interim clamito. Siquis „ Cathedræ Petri jungitur, meus est. „ Meletius, Vitalis, & Paulinus tibi „ se hærere dicunt. Possem crede-„ re, si hoc unus assereret: nunc „ aut duo mentiuntur, aut omnes. „ *S. Augustin. in Psalm. cont. partem* „ *Donati*: Venite, fratres, si vultis, „ inseramini in vite. Dolor est, cum „ vos videamus præcisos ita jacere. „ Numerate Sacerdotes vel ab ipsa „ Pe-

---

(a) *Hiacynthus Card. Gerdil loc. cit. pag.* 159. Tertium ex duobus istis prioribus exoritur insigne, in eo situm, quod Ecclesiarum inter se communio nexa sit ex communione cum ea Sede, quæ omnium constituta est radix, matrix, & magistra, nec legitimus quisquam Pastor esse queat cujusve portionis gregis præter ejus sententiam communionemve, cui universi gregis cura commendata est, nemo adeo legitimus Pastor, qui non sit vicissim a legitimo suo Pastore agnitus ac probatus, ab eo nimirum, qui Pastoribus ipsis datus est Supremus Pastor, qui præest ei Sedi, e qua Episcopatus ipse ac tota auctoritas ejus nominis emersit.

Quam in rem apertam habemus Ambrosii sententiam Ep. ad Gratianum &c. num. 4. „ Tamen totius Orbis Romani „ Caput Romanam Ecclesiam, atque il-„ lam Sacrosanctam Apostolorum fidem, „ ne turbari sineret, obsecranda fuit Cle-„ mentia Vestra; *inde enim in omnes ve-„ nerandæ communionis jura dimanant*. "

Tum de excessu fratris sui Satyri T. I, n. 47.: „ Advocavit ille ad se Episco-„ pum . . . . . percontatusque ex eo est, „ *utrumnam cum Episcopis Catholicis*, hoc „ est, *cum Romana Ecclesia conveniret*? „ Et forte ad id locorum, in Schismate „ regionis illius Ecclesia erat; Lucifer e-„ nim se a nostra tunc temporis commu-„ nione diviserat, & quamquam pro fide „ exulasset, & fidei suæ reliquisset hære-„ des, non putavit tamen fidem esse in „ Schismate. Nam etsi fidem erga Deum „ tenerent; tamen erga Dei Ecclesiam „ non tenebant, cujus patiebantur velut „ quosdam artus dividi, ac membra la-„ cerari. Etenim cum propter Ecclesiam „ Christus passus sit, & Christi Corpus „ Ecclesia sit; non videtur ab his exhi-„ beri Christo fides, a quibus evacuatur „ ejus Passio, Corpusque distrahitur. "

Hieronymi habemus luculentissimis verbis præscriptum, ac prope ad rem factam sententiam Epistola olim 57, ad Damasum notissima: „ Ego nullum primum, „ nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, „ idest Cathedræ Petri, communioni con-„ socior. Super illam Petram ædificatam „ Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc „ domum agnum comederit, profanus est. „ Et postea: Non novi Vitalem, Mele-„ tium respuo, ignoro Paulinum. Qui-„ cumque tecum non colligit, spargit. " Quo loco & probe notandum, Cathedram Petri non ab ejus persona sejungi, qui Cathedræ præsidet; nec aliter adeo Cathedræ Petri se consociatum Hieronymus existimabat, quam prout ipsi Pontifici in ea Cathedra sedenti consociabatur: *Beatitudini tuæ*, inquit, *idest Cathedræ Petri communione consocior*. Instar unius sunt & Cathedra & qui præest Cathedræ, ut hæc ab eo divulsa intelligi nequeat, in quo viget ipsiusmet Cathedræ principatus. Nec plane abnuit Auctor ipse *Defens. &c. Cleri Gallicani*, dum scribit Part. III, lib. 10, c. 5. „ Neque propterea dicimus, „ ipsam Sedem aliquid exercere posse po-„ testatis aut jurisdictionis, aliter „ quam

„ Petri Sede, in Ordine illo Patrum „ quis cui fucceſſerit, videte. Ipſa „ eſt petra, quam non vincunt ſu- „ perbæ Inferorum portæ. *S. Leo ep.* „ 87 *ad Epiſcopos Vienn. Provinc.* Prædicationis Evangelii Sacramentum „ ita Dominus ad omnium Apoſto- „ lorum officium pertinere voluit, „ ut

---

„ quam per ipſum Præſidentem. “ Habemus Cyrilli, quem ſupra vidimus auſum non eſſe de communione cum Neſtorio habenda, vel dirimenda quidquam, niſi de Cœleſtini ſententia decernere.

Tum & ipſius Cœleſtini, qui Epiſt. 14 ad Clerum & Populum Conſtantinopolitanum, quos Neſtorius a communione dejecerat, Sedis ſuæ auctoritate declarat ac decernit in priſtina communione & fuiſſe, & hucuſque perdurare.

Auguſtini, qui Epiſt. 43, n. 7, Cæcilianum tradit „ Potuiſſe non curare multitudinem conſpirantium contra ſe Antiſtitum, cum ſe videret & Romanæ „ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ „ Cathedræ viguit principatus, & cæteris „ terris, unde Evangelium ad ipſam Africanam venit, per communicatorias literas eſſe conjunctum. “ Quo loco ad omnem prævertendam cavillationem probe notandum iſta terrarum aut Eccleſiarum adjunctione nihil de ſumma detrahi auctoritate principatus Apoſtolicæ Cathadræ, quoad communionis jura impertienda: quippe præterquamquod nonniſi a Romana Sede, aut ab his, qui ejus auctoritate miſſi eſſent, Evangelium ad Africam venerat, profecto quotquot fuiſſent Itali aut exteri alii Epiſcopi, ſi eos per ſe ſpectes, nil plus potuiſſent ad ſublevandum, quam Afri ipſi ad dejiciendum Cæcilianum: immo tanto minus, quanto in Afri Epiſcopi cauſa plus valere debuiſſet proprium ſuorum, quam alienum exterorum judicium. Quo patet non aliam Cæciliano auctoritatem ſuffragari potuiſſe, quam quæ prodibat ex communione cum ea Cathedra, cujus communio aliarum communionem vi ſua ſecum ipſa trahebat, cujus Apoſtolico principatui nihil exterum aut alienum, nihil poteſt eſſe non ſubjectum. Unde proinde ceteræ illæ terræ memorentur ab Auguſtino ob eam cauſam, quod & ipſæ in communicando principalis Eccleſiæ ſuæ auctoritatem plenu conſenſu & obſequio ſequerentur, non quod plus quidquam ei roboris aut momenti adjicerent.

Eodem ſenſu inductus *doctiſſimus Theologus glorioſus Monothelitarum debellator*, Maximus Abbas & Martyr, cujus opera Cleri Gallicani mandato edidit cl. Combefiſius Epiſt. ad *Petrum Illuſtrem* ſic de Pyrrho Conſtantinopolitano ſtatuebat. „ „ Feſtinet pro omnibus Sedi Romanæ ſatisfacere. Hac enim ſatisfacta, communiter ubique omnes pium hunc & „ Orthodoxum prædicabunt. Si enim alios „ quidem ſatisfaciendos ducit, & Beatiſſimum Romanum Papam nequaquam „ implorat, ſimile quiddam agit ei, qui „ forte homicidii vel alterius cujuſdam „ criminis redarguatur, & inſontem ſe „ non ei, qui ſecundum leges judicandi „ jura ſortitus eſt, exhibere feſtinat: ſed „ tantum inutiliter, & ſine lucro aliis „ & privatis hominibus munditiam monſtrare ſui ſatagit actus, qui nullam habeant ſe ſolvendi a crimine poteſtatem “. Quod ille velut conſequens duxit ex eo quod: „ Apoſtolica Sedes ab „ ipſo Incarnato Dei Verbo, ſed & omnibus Sanctis Synodis, ſecundum Sacros „ Canones & terminos univerſarum, quæ „ in toto terrarum Orbe ſunt, Sanctarum „ Dei Eccleſiarum in omnibus & per „ omnia percepit & habet imperium, „ auctoritatem, & poteſtatem ligandi, „ atque ſolvendi “. Juverit hic notaſſe, quod ait S. Doctor de *imperio*, *auctoritate*, *poteſtate*, quam habet Apoſtolica Sedes ab ipſo Incarnati Dei Verbo, *ſed & omnibus Sanctis Synodis*, *ſecundum Sacros Canones* &c., planam & dilucidam intelligentiam interpretationemque afferre Flo-

rea-

„ ut in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter „ collocaret, ut ab ipso quodam „ capite dona sua velut in corpus „ omne diffunderet, ut exortem se „ mysterii intelligeret esse divini, „ qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. "

§. III.

rentini Decreti, quo plena hæc potestas a Christo tradita asseritur, prout in gestis *Œcumenicorum Conciliorum & in Sacris Canonibus continetur*, nimirum quod & ipsi Canones fidem faciant *plenæ* hujusce potestatis traditæ, non prout nonnulli frustra ex græca littera elicere moliuntur, quasi fuerit Canonibus limitata: quod & ipsi litteræ repugnat, qua *plena* dicitur. Præterquamquod aliunde notum est latinam litteram non minus quam græcam a Synodo fuisse comprobatam.

Nunc, ut ad Augustinum redeamus, Sanctus Doctor Ep. 190, Maur. Edit. n. 1, memorat Cæsaream Mauritaniæ cum multis aliis Episcopis convenisse. Qua porro auctoritate inducti convenerant? Perspicue ille declarat: *Quo*, inquit, *nos injuncta nobis a Venerabili Papa Zozimo Apostolicæ Sedis Episcopo Ecclesiastica necessitas traxerat*. Unde porro *injunctio*, quæ parendi necessitatem trahit, nisi ab eo, qui præcipiendi auctoritate polleat? Hanc in Venerabili Papa Zozimo agnoscebant Afri Patres ab eo e suis Sedibus in eum locum evocati. Cur ita? Quod is esset ejus Sedis Episcopus, quæ proprie ac singulariter est Apostolica, in qua, ut alibi ait idem Augustinus, *Apostolicæ Cathedræ semper viguit principatus*. An vero splendidam hanc Apostolici Principatus appellationem putabimus velut inane nomen usurpatum ab Augustino, cui non inesset Culmen illud potestatis, quod in Culmine Apostolici Principatus vis ipsa nominis prorsus efflagitat, perspicueque commonstrat?

Præclara etiam auctoritas ducitur ex Epistola Hormisdæ, ad omnes Episcopos Hispaniæ. Consultus fuerat Hormisdas ab Joanne Constantinopolitano *pro suo Catholicæ fidei affectu & Apostolicæ Sedis veneratione, quo ordine ex Clero Græcorum venientibus tribui deberet Sancta Communio, propter scilicet causam Ajacii, qui ab ipsius Prædecessoribus pro hæreticorum communione* (quam ille tenuerat) *damnatus fuisset; qua in communione, qui se ab ejus contagione non dividebant, ab Apostolica communione habeantur excepti*. Quibus ex verbis jam quisque intelligat, quam infixum esset animis Orthodoxorum, nemini jus esse ad Communionem Catholicam, qui Apostolicæ Sedis communione non potiretur. Ne porro in re tanti momenti quidquam erroris Hispaniensibus Ecclesiis obreperet: „ Memor, inquit Pontifex, nostri ut oportet officii, documenta quæque de Ecclesiæ sciniis assumentes, ad Concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius, quæ sunt acta discentes, ab omnium Vos errantium communione „ Vestram de Orientalibus Clericis popo- „ scerit, ad eam possit admitti ".

In libello porro præscriptum erat, ut præter alia multa omnes profiterentur suscipere se & probare Epistolas Beati Papæ Leonis universas, quas de Religione Christiana conscripsit: tum & sequi in omnibus Apostolicam Sedem, & prædicare omnia ejus constituta: singulariter vero quisque subscriptionem suam huic formulæ adjiceret: „ Et per omnia spero, „ ut in communione Vobiscum, quam „ Sedes Apostolica prædicat, esse merear, „ in qua est integra & vera Christianæ „ Religionis & perfecta soliditas: promittens in sequenti tempore sequestratos a communione Ecclesiæ Catholicæ, „ idest non consentientes Sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse Mysteria ", cum in Octava Œcumenica Synodo, Act. 1, usurpata deinceps ac probata fuerit, etsi multa huic loco addi possent ad eruditionis copiam,

§. III. Ut igitur Christianus vere dici possis, non satis est, si ab aliqua, quæcumque illa tandem sit, tuam fidem petas & capias, sed ab ea Ecclesia illam sumas teneasque oportet, quæ cum aliis Ecclesiis, quarum caput ac centrum Romana Ecclesia est, suæ Fidei doctrinæque communione consociata sit (*b*).



QU. VIII.

---

piam, quis tamen plura expetere audeat ad fidei firmitatem faciendam? Verum, ne quis obtrectandi locus novarum rerum cupidis relinquatur, e re ducimus subjicere, quid de illa Hormisdæ formula testatus est Auctor *Defensionis &c.* Part. III, lib. 10, c. 7: „ Atque hæc professio, ab Hormisda „ Pontifice dictata, ab omnibus Episcopis „ Orientalibus eorumque Antesignanis Constantinopolitanis Patriarchis est recepta. „ Qua de re Occidentales Episcopi, præsertim Gallicani, multum in Domino „ collætantur; ut certum sit, hanc formulam a tota Ecclesia Catholica comprobatam ".

(b) *Valsecchi loc. cit. pag.* 81. Se non che questo non è ancor tutto, nè qui finiscono i luminosi tratti della sapienza di Gesù Cristo nel dar forma e fermezza alla sua Chiesa piantata dagli Apostoli, e colla successioni de' Pastori continuata. Codesta successioni di Pastori dovea mantenersi incorrotta: e la tradizione, pel loro mezzo come per aureo canale tramandata ai fedeli, dovea serbarsi illibata. Ma come fia ciò nella lunga serie dei secoli, e nella varietà e frallezza degli umani pensieri ed affetti? Ah! che mancar non poteva consiglio e mezzo a chi in terra ed in Cielo tutto soavemente e potentemente dispone! Spediron si, siccome dicemmo, per la terra tutta gli Apostoli a fondar le Chiese, e ad ordinare in esse i Vescovi, che le reggessero. Tra gli altri però, anzi primo e Prencipe degli altri tutti si scelse, e si spedì al grand' uopo S. Pietro, e a lui disse con quella voce, che fa quello, che dice le grandi parole: *Tu sei Pietro, e sovra di questa pietra fabbricherò la mia Chiesa: e le porte dell' Inferno contro di essa non vinceranno giammai*. Dopo tali oracoli e tali promesse del Divin Maestro pone S. Pietro sua Sede in Roma: e tramanda a' suoi successori quella pienezza di autorità, e quelle prerogative o previlegj, di cui stato era fregiato. Ed ecco stabilita quella Sede per pietra fondamental della Chiesa, e (siccome chiamaronla sempre i Padri) per *centro dell' unità*; a cui, come appunto le linee al centro, riferir si dovessero le Chiese tutte particolari, ed i Vescovi per l' Orbe tutto dispersi. Ed eccoci insieme la compiuta idea della Chiesa *Apostolica*, siccome giustamente osservano i sacri Dottori, le sentenze dei quali nel progresso del nostro dire saranno da noi opportunamente recate: bastandomi quì recitar le parole di un celebre Scrittor recente, che è l' Abbate Claudio Fleury: *La Chiesa* Apostolica *si conosce mercè la successione dei Vescovi, specialmente di quelle Sedi, che instituite furono dagli Apostoli immediatamente; e mercè della loro* un.e-

unione colla Cattedra di S. Pietro, *che è il centro della Cattolica unità*.

Da questa per tanto stretta comunione di tutti insieme i Vescovi colla Chiesa Romana che ne addiviene? Appunto: assicurata resta e da qualunque alterazione difesa la fede e la tradizione dagli Apostoli ricevuta: conciosiachè accader non possa, che se alcun Vescovo particolare la ricevuta fede corrompa, egli pur serbi insieme cogli altri la comunione della Chiesa principale, ch' è la Romana; o che tal comunione serbando, la ricevuta fede corrompa. *A questa Chiesa* (esser non possono più acconcie le parole celebri più volte da noi recate di S. Ireneo) *a questa Chiesa*, cioè di Roma, *per lo di lei eminente primato convenir deono necessariamente tutte le Chiese*, *in cui* (cioè nella comunione colla quale) *si è sempre conservata dai fedeli per ogni intorno dispersi l' Apostolica tradizione*.

Siccome adunque mercè di una sacra legittima successione di Pastori dagli Apostoli discendenti si è tramandata a noi, e fino ai più tardi Nipoti si tramanderà la Religione cristiana dagli Apostoli medesimi predicata: così mercè della comunione dei Pastori tra se e colla Cattedra del Prencipe degli Apostoli la Religione stessa pura ed intatta si è serbata finora, e fino alla consumazione de' secoli si serberà. Qual consiglio più eccelso, qual trovato più degno della sapienza di Dio! Infatti considerando io tal disegno, ed alla condotta ammirabile del sovrano Artefice riflettendo, che con due soli mezzi sì semplici, cioè *la successsion dei Pastori* e la *comunione* loro tra se e col centro, ha dato forma e fermezza insieme alla Chiesa; mi si è parata dinanzi un' immagine analoga in alcun modo al soggetto, e che acconcia di molto mi sembra a renderlo sensibile, e ad illustrarlo.

Formar volle Iddio autore della natura il Planetario sistema composto di molti globi a varie distanze affissi, e che colla costanza dei loro movimenti il vantaggio cagionano e la bellezza di questa mole. Ad eseguir tal' uopo, ed a renderlo inalterato e perenne, egli per parer di alcuni Filosofi (il qual parere da noi quì si reca solo come un' immagine) di due sole semplici impressioni si valse: l' una di *projezione*, per cui spinti sono quei corpi per linea retta, e senza interrompimento e senza posa allontanansi dalla loro mossa; l' altra di *gravitazione*, per cui quei globi medesimi e si attraggono scambievolmente, e tutti pure verso un centro comune, che è il Sole, attratti potentemente intorno ad esso si aggirano, e senza uscir unquemai di cammino un' elissi maravigliosa coi loro moti descrivono. L' ammirazione, che questa ipotesi può eccitare della sapienza e del potere di Dio, che con forze sì semplici abbia dato a questa Mondiale macchina disposizione e fermezza, dee ben più giustamente svegliarsi in noi, che sappiamo con certezza aver desso con egualmente semplici mezzi dato alla sua Chiesa forma e stabilità. Noi siamo sicuri, che la Religione, che professiamo, è quella, che fu da Gesù Cristo recata in terra; poichè i Pastori, da cui ci viene insegnata, per una non interrotta legittima successione discendono dagli Apostoli della Religione medesima propagatori. Noi siamo sicuri, che questa Religione, che dai nostri Pastori insegnata ci viene, ella è pura ed illibata, quale uscì dalle labbra di Gesù, che qua la recò: e sicuri lo siamo per la comunione di tutti quei Pastori e tra di loro e colla Cattedra del Prencipe degli Apostoli, sovra di cui fu da Cristo stesso, come sovra di pietra centrale, piantata la Chiesa, cui scossa alcuna o di violenza, o d' ignoranza, o di errore vincer non possa giammai.

E a vero dire, stimarono i Filosofi della loro sovra recata ipotesi trovatori, che questo nostro Planetario sistema in virtù di quelle due semplici forze di *projezione* e di

e di *gravitazione*, per cui da principio aggiroffi, e tuttora tanto vagamente s' aggira, debba pur anche nello ftato medefimo perfeverare: giacchè ne' globi la prima ricevuta impreffione mai non allenta, e l' azione del Sole, che fta nel centro, e che verfo di fe potentemente li tragge, non mai languifce. Non altrimenti, anzi a più buona ragione diciamo noi, che la Chiefa di Gesù Crifto fol anche in virtù della fua coftruzione, cioè dei due foli combinati mezzi già detti, che fono la *fucceffione* de' fuoi Paftori e la *comunione* di tutti infieme col centro dell' unità, deve fino alla fine dei fecoli pura ed illibata *perfeverare*.

Diffi avvedutamente la Chiefa, non cadauno de' particolari Paftori: conciofiachè effendo pur troppo noto, che fe ubbidifcono i corpi per una neceffità infuperabile alle impreffioni del Divino Motore, gli uomini coll' abufo della loro libertà torcer poffono dalle direzioni e dai difegni dello fteffo Moderatore fovrano. Perciò fe verun dei Pianeti ufcir non può dall' affegnata carriera, molti bensì dei Paftori franger poffono quei nodi, onde gli ftringe il carattere, e contravvenir ai doveri del loro miniftero o col corrompere e tradir effi, o col lafciar corrompere da alcuni a loro foggetti il depofito dell' Apoftolica ricevuta dottrina. Ma quinci poi che fuccede? La Chiefa in forza appunto della primitiva fua coftruzione pura fempre e ferma fi fta. Il corpo dei Paftori tra fe congiunti e col centro dell' unità, che è il Romano Pontefice, di comunione legati rifentonfi per l'altrui traviamento, ed o riducono ful retto calle gli erranti, o ficcome profani e ftranieri (poichè della ricevuta Apoftolica dottrina corrompitori) dalla loro unione e comunione gli fcacciano.

QU. VIII.

QU. VIII.

Quatenus licet homini Christiano sacras litteras interpretari?

§. I. DA Philippus ab Angelo admonitus, ut obviam iret Eunucho Candacis Reginæ Æthiopum discedenti Hierosolyma, quo Religionis causa venerat, eum in curru, quo vehebatur, legentem Isaiam Prophetam invenit, cui Philippus: *Putasne intelligis quæ legis?* Respondit Eunuchus: *Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi?*

§. II. Præclara sane vox, quæ declarat, sacrarum litterarum interpretationem suas habere difficultates doctissimis etiam viris divinarumque rerum scientia instructissimis, qualis inter suos (a) habebatur ille Eunuchus, pertimescendas, ac proinde iis nos indigere interpretibus, qui Divino Spiritu instincti (cujusmodi tunc erat Philippus (b), cum Eunucho Jesum in Prophetæ verbis clausum

(a) *Baronius ad an.* 38, §. 27, affirmat, omnes Ecclesiasticos scriptores consentire, *Eunuchum* fuisse proselytum ex Gentilibus ad Judæorum Religionem adductum.

(b) *Act.* VIII, 26: „ Angelus autem „ Domini locutus est ad Philippum di„ cens: Surge, & vade contra meridia„ num, ad viam, quæ descendit ab Je„ rusalem in Gazam: hæc est deserta. Et „ surgens abiit. Et ecce vir Æthiops Eu„ nuchus potens Candacis Reginæ Æthio„ pum, qui erat super omnes gazas ejus, „ venerat adorare in Jerusalem. Et rever„ tebatur sedens super currum suum le„ gensque Isaiam Prophetam. Dixit au„ tem spiritus Philippo: Accede, & ad„ junge te ad currum istum. Accurrens „ autem Philippus audivit eum legentem „ Isaiam Prophetam, & dixit: Putasne „ intelligis quæ legis? Qui ait: & quo„ modo possum, si non aliquis ostenderit „ mihi? Rogavitque Philippum, ut ascen„ deret, & sederet secum. Locus autem „ Scripturæ, quam legebat, erat hic: Tan„ quam ovis ad occisionem ductus est: „ & sicut agnus coram tondente se, sine „ voce, sic non aperuit os suum. In hu„ militate judicium ejus sublatum est. „ Generationem ejus quis enarrabit? quo„ niam tolletur de terra vita ejus. Re„ spondens autem Eunuchus Philippo di„ xit: Obsecro te, de quo Propheta di„ cit hoc? de se, an de alio aliquo? „ Aperiens autem Philippus os suum, & „ incipiens a Scriptura ista, evangeliza„ vit illi Jesum. Et dum irent per viam, „ venerunt ad quamdam aquam: & ait „ Eunuchus: Ecce aqua, quis prohibet „ me baptizari? Dixit autem Philippus: „ Si credis ex toto corde, licet. Et re„ spondens ait: Credo Filium Dei esse „ Je-

sum ostendit) quique Christi promissis tuti extra errandi periculum positi sunt, cujusmodi nunc una Romana est Ecclesia (c).



„ Jesum Christum. Et jussit stare currum, „ & descenderunt uterque in aquam, Philippus & Eunuchus, & baptizavit „ eum. Cum autem ascendissent de aqua, „ Spiritus Domini rapuit Philippum, & „ amplius non vidit eum Eunuchus. "

(c) Le Concile de Trente, Sess. 4, défend d'interpréter l'Ecriture Saint dans un sens contraire au sentiment unanime des Saints Peres, & á celui de l'Eglise, a la quelle il appartient de juger du vrai sens des livres saints. La même regle avoit déja été établie par le cinquieme Concile général, en 553. Elle est fondée sur ce qu'a dit S. Pierre *Epist.* 2, c. 1, v. 20, qu'aucune prophétie de l'Ecriture ne doit être expliquée par une *interpretation* particuliere.

Une longue esperience a prouvè qu'il n'est aucun livre duquel il soit plus dangereux, & plus aisé d'abuser. On fait à quelles visions se sont livrés, les Ecrivains temeraires qui se sont crus assel habiles pour entendre l'Ecriture Sainte sas avoier besoin de guide, & qui ont pris pour des inspirations divines les égaremens de leur propre esprit.

Cependant les Protestans veulent que la raison ou la lumiere naturele de chaque particulier soit le juge & *l'interprete* souverain de l'Ecriture Sainte, & dans ce systême nous ne vojons pas en quoi ce livre l'emporte sur tous les autres, & quz degré d'autorité on lui attribue. Plusieurs Protestans à la vérité, ont beaucoup d'égards aux decisions des Synodes; mais qui a donnè á ces Synodes le privilége de mieux entendre l'Ecriture Sainte que les Pasteurs de l'Eglise Catholique? D'autres, comme les Anglicans, pensent que l'autorité de l'Eglise primitive a beaucoup de poids, & nous demandons á quelle époque précise l'Eglise a cessé d'être *primitive*, & a perdu son autorité. Quelquels-uns enfin disent que c'est le Saint-Esprit qui interprete l'Ecriture Sainte à chaque fidele au fond de coeur; il ne reste plus qu'a nous donner des signes certains pour distinguer l'inspiration du Saint-Esprit d'avec les visions d'un cerveau mal organisé. On voit d'abord à quel fanatisme ce systême peut donner lieu.

Il est absurde de penser que des livres, dont plusieurs sont écrits depuis trois mille cinq cents ans, dans un langue morte depuis vingt siecles, dans un style trés-different de celui de nos langues modernes, pour des peuples qui avoient des mo-

moeurs très-peu analogues aux nôtres, sont à la portée des lecteurs les plus ignorans. Il l'est de prétendre que des écrits qui traitent souvent de matieres trés supérieures à l'intelligence humaine, qui ont été, dans tous les siecles, une occasion de disputes & d'erreurs, peuvent être lus sans danger, & peuvent être lus sans danger, & peuvent être entendus par les simples fideles. Il l'est enfin de soutenir que des versions faites par des Docteurs qui avoient chacun leurs opinions particulieres, sont pour le peuple une guide plus sûr & plus fidele que l'enseignement public & uniforme de l'Eglise universele. *Voyez Ecriture Sainte.*

D'habiles Critiques ont donné des regles pour faciliter l'intelligence des livres saints, mais quelque sages que soient ces regles, leur application peut toujours être fautive; elle ne peut nous donner le degrè de certitude nécessaire pour fonder une croyance ferme, & telle qu'il la faut pour être un acte de foi divine. L'esperience prouve que les moyens les plus efficaces pour dècouvrir le vrai sens de l'Ecriture Sainte sont l'habitude constante de lire ce livre divin, la priere, la défiance de nos propres lumieres, une docilité parfaite a l'enseignement de l'Eglise. Si Jésus-Crist nous avoit donné l'Ecriture pour regle de notre foi, sans le secours d'un interprete infaillible chargé de nous l'expliquer, il auroit été les plus imprudent de tous les Législateurs.



QU. IX.



QU. IX.

Habeo, quam Fidei regulam Christiano homini praescribis? Nunc audire aveo, quam morum regulam illi praescribas?

§. I. CUM primo in Ecclesiam pedem intulisti, Baptismum ac fidei tuae regulam petiturus, tunc divinarum legum obsequium & reverentiam spopondisti. *Quid petis ab Ecclesia Dei?* Fidem. *Fides quid praestat?* Vitam aeternam. *Si igitur vis ad vitam ingredi SERVA DEI MANDATA.* Dependendum igitur tibi nunc est, quod tam solemni sacroque ritu pollicitus tunc fuisti.

§. II. Neque vero existimes, Ecclesiam, cum tibi divinarum legum obedientiam praecepit, illarum interpretationem tuo ingenio reliquisse, sed quemadmodum omnem Fidei regulam ab se petendam expectandamque, ita etiam totam morum tuorum normam ab se ediscendam sumendamque voluisse.

§. III. Priorum saeculorum Episcopi Catechumenis suis non solum credendarum, sed etiam agendarum rerum praecepta instillabant, nec unius Fidei doctrinam, sed etiam vitae disciplinam illis tradebant (*a*); ac si quae unquam dubitatio iis aut de Fi-

(a) *Fleury de mor. prim. Christ. P. II, cap. II.* Qui Christianis accenseri cupiebat, Episcopo sive Sacerdotum alicui sistebatur, qui continuo Candidatum examinabat, ut dispiceret, verane & sincera hominis vocatio esset. Non enim deerant impostores, qui per speciem amplectendae fidei Fideles ipsos Tyrannis proderent (Origen. contra Celsum 8, in fin.). Aliunde vero metuendum erat, ne, nullo delectu habito, admitterentur homines varii atque inconstantes, qui, prima quaque coorta tempestate, defectione sua Ecclesiae fraudi & dedecori essent. Hac praemissa cautela Catechumenus accurare instituebatur Fidei dogmatibus morumque praeceptis, quibus disceret a suscepto baptismo christiane vivere. Hujusmodi institutiones morales sunt argumentum libri S. Clementis Alexandrini, quas *Paedagogum* inscripsit.

Idem loc. cit. T. II, P. III, Cap. I. D. Augustinus (*de catechizandis rudib.*) luculentum Tractatum conscripsit, quo Catechistas edoceret modum rite instituendi novellos Christi milites, formamque ac veluti ideam adeo fructuosae functionis ipse praeberet. Tempus huic instructioni destinatum alias contrahi, alias produci solebat, pro eo ac tyrones progressum in discendo citius tardiusve facerent. Nec solum ad ejusmodi progressum in addiscendis fidei dogmatis, verum etiam ad morum, quos ex Paganismo attulerant, emendationem attendebatur.

Edimundus Martene De Antiq. E. R. Lib.

Fide, aut de moribus suboriebatur; eam omnem tollebant Ecclesiarum Præfecti, nec patiebantur illos secum de re ulla contendere, sed pro jure suo postulabant, ut quæ Fides, & qualis debeat esse vita Christiani, ab Ecclesia dociles audirent.

§. IV. Nec vera prædicat Binghamus Orig. Eccl. Lib. X, Cap. II, §. 7, cum ait, Sanctorum Evangeliorum lectionem in primæva Ecclesia Catechumenis imperatam fuisse; sed is semper fuit Majorum nostrorum mos atque institutum (*b*), ut Sancta Evan-

Lib. I, Cap. I, Art. IX. Cum ex præscriptis Ecclesiæ legibus tamdiu probarentur christianæ religionis tyrones, ut superiori articulo demonstrabamus; ipsique sive ex desidia, sive ex falsa & erronea pietate, præstituto probationis tempori plurimos non dicam annos, sed integrum fere vitæ suæ cursum adjicerent; quid tanto illo agerent intervallo, quæ eorum in Ecclesia exercitia, jam inquirendum est. Igitur Catechumenorum toto tyrocinii sui tempore hæc una aut fere una erat functio, ut sive privatim, sive in ecclesiis aut baptisteriis, de ratione fidei, aut vitæ christianæ officiis imbuerentur. (Quid autem aliud agit totum tempus, quo Catechumenorum locum nomenque tenent, inquit S. Augustinus in libro de Fide ex Operibus cap. 6. nisi ut audiant, quæ fides & qualis vita debeat esse Christiani)?

(b) E Libr. Sacram. Eccl. Rom. a Gelasio I Papa concinnato, quem ex Codice ante annos pene mille exarato Romæ an. 1680 luce donatum a Josepho Thomasio S. P. E. Cardinali, an. 1748 Venetiis edidit Ludovicus Antonius Muratorius Tom. I Liturg. Rom. vet.

Incipit expositio Evangeliorum in aurium apertionem ad Electos.

Primitus enim procedunt de Sacrario IV Diaconi cum quatuor Evangeliis, præcedentibus duobus candelabris cum thuribulis, & ponuntur super IV Angelos Altaris. Et tractat Præsbyter, antequam aliquis eorum legat, his verbis.

„ Aperturi vobis, Filii charissimi, Evangelia, idest gesta divina, prius ordinem insinuare debemus; quid est Evangelium, & unde descendat: & cujus in „ eo verba ponantur: & quare quatuor „ sint, qui hæc gesta scripserunt: vel qui „ sunt ipsi quatuor, qui, Divino spiritu „ adnuntiante, Prophera signati sunt. Ne „ forte sine hac ordinis ratione, vel causa, stuporem vobis in mentibus relinquamus. Et quia ad hoc venitis, ut aures vobis aperiantur, nec incipiat sensus vester obtundi; Evangelium dicitur „ proprie *Bona adnuntiatio*, quæ utique „ Adnuntiatio est Jesu Christi Domini nostri. Descendit autem Evangelium ab „ eo, quod adnuntiet & ostendat: quod „ is, qui per Prophetas loquebatur, venit „ in carnem, sicut scriptum est: *Qui loquebar, ecce adsum*. Explicantes autem „ breviter quid sit Evangelium, vel qui „ sint hi quatuor, qui per Prophetam ante monstrati sunt: nunc sua quæque „ nomina singulis adsigoemus indiciis. „ Ait enim Propheta Ezechiel: Et similitudo vultus eorum, ut facies Hominis, & facies Leonis a dexteris illius; „ & facies Vituli, & facies Aquilæ a sinistris illius. Hos quatuor has figuras „ habentes, Evangelistas esse non dubium „ est. Sed nomina eorum, qui Evangelia scripserunt, hæc sunt: Matthæus, „ Marcus, Lucas, & Joannes ".

Et adnuntiat Diaconus dicens.

„ State cum silentio, audientes intente. *Et incipiens legit:* Initium Evangelii secundum Matthæum, *usque*: Ipse „ enim salvum faciet populum suum a „ peccatis eorum ".

Post

Evangelia non ab aliis, quam a Sacrorum Antistitibus legerentur explicarenturque (Vid. sup. Lib. V, Qu. V, & Qu. IX.). Illud enim vero ipsum testimonium, quo maxime niti videtur Binghamus, clare evincit, Catechumenos Sanctorum Evangeliorum non fuisse lectores & interpretes, sed discipulos atque Auditores. *Nam pulcher*, ait Beda de Tabern. Lib. II, Cap. XIII, Tom. IV, pag. 887, *in ipsa Ecclesia mos antiquitus invaluit, ut his, qui catechizandi & Christianis sunt Sacramentis initiandi, quatuor Evangeliorum principia recitentur, ac de figuris & ordine eorum in aperitione aurium suarum solemniter erudirentur*. Qui possit Binghamus hunc Bedæ locum in rem suam testem citare, videant alii, ego certe non video.

QU. X.

Postquam legerit, tractat Presbyter his verbis:

„ Filii carissimi, ne diutius ergo vos „ teneamus, exponamus vobis, quam rationem & quam figuram unusquisque „ in se contineat: & quare Matthæus in „ se figuram hominis habeat; quia in initio suo nihil aliud agit, nisi nativitatem Salvatoris pleno ordine generationis enarrat. Sic enim cœpit: Liber generationis Jesu Christi filii David, filii „ Abraham. Videtis, quia non immerito „ huic hominis adsignata persona est; „ quando ab hominis nativitate initium „ comprehendit: nec immerito, ut diximus, huic mysterio adsignata est Matthæi persona ".

Item adnuntiat Diaconus, ut supra.

„ State cum silentio, audientes intente. *Et legit*: Initium Evangelii secundum Marcum. *usque*. Ego baptizo vos „ aqua; ille vero baptizabit vos Spiritu „ Sancto ".

Et sequitur Presbyter his verbis.

„ Marcus Evangelista Leonis gerens figuram a solitudine incipit dicens: Vox „ clamantis in deserto: parate viam Domini. Sive quia regnat invictus. Hujus Leonis multifaria invenimus exempla; ut non vacet dictum illud: Juda „ filius meus, catulus Leonis; de germine mihi ascendisti: recubans dormivit, „ ut Leo, & sicut catulus Leonis; quis „ excitabit eum "?

Item adnuntiat Diaconus, ut supra.

„ *Et legit*: Initium Evangelii secundum „ Lucam. *usque*. Parare Domino plebem „ perfectam ".

Et prosequitur Presbyter his verbis.

„ Lucas Evangelista Vituli speciem gestat, ad cujus instar Salvator noster est „ immolatus. Hic enim Christi Evangelium locuturus, Sic cœpit de Zacharia „ & Elisabet, de quibus Joannes Baptista in summa natus est senectute. Et „ ideo Lucas Vitulo comparatur; quia „ duo cornua, duo Testamenta: & quatuor pedum ungulas, quatuor Evangelia quasi tenera firmitate nascentia, in „ se plenissima continebat ".

Item

Item adnuntiatur a Diacono, ut supra.

„ *Et legit*: Initium Evangelii secundum „ Joannem, *usque*: plenum gratiæ, & veritatis ".

Iterum prosequitur Presbyter his verbis.

„ Joannes habet similitudinem Aquilæ, „ eo quod nimis alta petierit; ait enim: „ In principio erat Verbum, & Verbum „ erat apud Deum, & Deus erat Verbum. „ Hoc erat in principio apud Deum ".
„ Et David dicit de persona Christi: „ Renovabitur sicut Aquilæ juventus „ tua, idest Jesu Christi Domini nostri; „ qui resurgens a mortuis ascendit in Cœlos. Unde jam vobis conceptis, prægnans gloriatur Ecclesia, omnem festivitatem votorum ad nova tendere Christianæ legis exordia: ut, adveniente die „ venerabilis Paschæ, lavacro Baptismatis „ renascentes, sicut Sancti omnes mereamini fidele munus infantiæ a Christo „ Domino nostro percipere. Qui vivit, „ & regnat in sæcula sæculorum ".

Ad faciendum ex Ethnico Catechumenum ex Cryptoferratensi Bessarionis manuscripto.

Oratio ad suscipiendum ex Ethnico Catechumenum.

Ante fores Templi jubet eum genuflectere, cruce ter signat, & dicit.

„ Benedictus es Domine Deus, Pater „ Domini nostri Jesu Christi, qui ex omnibus gentibus eligis tibi abundantem „ populum, bonorum operum zelatorem: „ tu præsentem servum tuum ad Sanctam „ Ecclesiam tuam accedentem benedic: re„ vela oculos ejus ad mirabilium tuorum „ contemplationem, aperi aures ejus ad „ divinorum verborum tuorum obedien„ tiam, Catechumenis populi tui illum „ junge, ut in tempore opportuno regene„ rationis indumenti incorruptibilis lava„ cro dignus fiat ".





QU. X.

Ecquod aliud onus addis iis, qui Christiani fieri volunt? Numne etiam Legum Ecclesiasticarum?

§. I. ONus *servandi Dei mandata*, quod in te recepisti, cum Christiana civitate donatus es, alio te munere muneravit, nimirum cultu Legum Ecclesiasticarum (*a*). Neque enim divinis legibus facere satis potes, nisi & Ecclesiæ legibus obsequare. Nam ipsæ Di-

(*a*) *Bergier Tract. de Ver. Relig. Tom. XI, Cap. IX, Art. II*, §. 1. Sous ce nom des loix Ecclésiastiques on intendent les réglémens sur les mœurs & sur la discipline de l'Eglise, qui ont été faits, soit par les Conciles généraux ou particuliers, soit par les Souverains Pontifes; comme la *loi* d'observer le Carême, celle de sanctifier les fêtes, de communier à Pâque ec.

Toute société quelconque a besoin de *loix*, & ne peut subsister sans cella. Indépendament des *loix*, qu'elle a reçoes dans son institution, les révolutions do temps & de mœurs, les abos qui peuvent naître, obligent souvent ceux qui la gouvernent de faire de nouveaux réglemens; ces *loix* seroient inutiles si l'on n'étoit pas tenu de les observer. Puisqu'il en faut dans toute association, à plus forte raison dans une société aussi étendue que l'Eglise, qui embrasse toutes les nations, & tous les siecles. Le pouvoir de faire des *loix* emporte necessairement celui d'établir des peines: or, la peine la plus simple dont une société puisse faire usage pour réprimer ses membres réfractaires, est de les priver des avantages qu'elle procure à ses enfans dociles, de rejeter même les premiers hors de son sein, lorsqu'ils y troublent l'ordre, & la police qui doivent y régner. Souvent l'Eglise s'est trouvée dans cette nécessité; pour prévenir on plus grand mal, elle a été forcée d'excommunier ceox qui ne vooloient pas se soumettre à ses *loix*.

Alors, comme tous les rebelles, ils lui ont contesté son autorité législative; ainsi dans les derniers siecles, les Vaudois, les Wicléfites, les Hussites, les disciples de Luther & de Calvin, ont soutenu qoe l'Eglise n'a pas le pouvoir de faire des *loix* générales, ni de lier la conscience des fideles: ils ont dit que chaque Eglise particuliere étoit en droit d'établir pour elle la discipline qui lui paroissoit la meilleure, & de gouverner par se propres *loix*. Les incrédules, attentifs à recueillir toutes les erreurs, n'ont pas manqué d'adopter celle-là; quelques Jurisconsultes, réduits par les sophismes des hérétiques, ont regardé l'autorité législative de l'Eglise comme un mostre en fait de politique, & comme un attentat contre le droit des Souverains.

Aucun homme instruit ne peut être dope du zele de ces derniers; l'experience prouve qu'il n'est pas sincere. Tous ceux qui

Divinæ leges tibi imperant Ecclesiasticarum Legum obsequium; *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus* : Matth. XVIII.

qui se sont montrés les plus ardens à mettre l'Eglise dans la dépendance entiere & absolve des Souverains, n'ont jamais manqué d'employer les mémes principes, & les mémes argumens pour réduire ensuite les Rois sous la dependance des peuples. C'est ce qu'ont fait les Calvinistes, c'est ce que veulent les incredules, c'est où tendoient les Juriconsultes dont nous parlons; nous le ferons voir par la discussion de leur doctrine. Mais nous devons allèguer auparavant les preuves directes du pouvoit législatif que Jesus Ch ist a donné à son Eglise, & que l'on ne peut lui contester sans être herétique.

I. Jesus Christ dit a ses Apôtres, *Matt.* c. 9, v. 28: „ Au temps de la régénération, ou du renouvèlement de toutes „ choses, lorsque le fis de l'homme sera placé sur le trône de se Majesté, „ vous ferez assis vous-mêmes sur douze „ siéges pour juger les douze tribus d'I- „ srael „ . Il se represente comme le Ches souvrain de son Eglise, & les Apôtres comme les Magistrats. L'on sait que dans le style des livres saints le nom de *Juge* est ordinairement synonyme a celui de *Législateur*, & que les loix de Dieu sont appelées ses *jugemens*: *Voyez* REGENERATION. Il ajoute „: Comme mou „ Pere m'a envoyè, je vous e voje, „ *Joan.* c. 20, v. 21. Celui qui vous é- „ coute, m'écoute moi-même, & celui „ qui vous méprise, me méprise, *Luc.* c. „ 10, v. 16. Si quelqu'un n'ècoute pas „ l'Eglise, regardez le comme un Païen „ & Publicain. Je vous assure que tout „ ce que vous lierez ou dèlierez sur la „ terre, sera liè ou délié dans le ciel „. *Matt.* c. 18, v. 17. Le seule question est da savoir si l'autor té dont Jesus Christ a revêtu ses Apôtres a passè a leurs successeurs; or nous prouverons que ceuxci l'ont reçu par l'ordination; sans cela, l'Eglise n'auroit pas pu se perpétuer; S. Matthias, élu par le Collége Apostolique, n'etoit pas moins Apôtre que ceux auxquels Jésus-Christ lui-même avoit parlé.

Il n'est pas nécessaire de rapporter les subterfuges pars lesquels les Heterodoxes ont cherché à pervertir les sens de ces passages; Bellarmin & d'autres les ont réfutés, tome 1, contrav. 2, l. 4, c. 16.

II. Nous ne pouvons avoir de meilleurs interpretes des paroles de Jesus-Christ que les Apôtres même; or ils se sont attribué le pauvoir de porter des *loix*, & ils en onr fait en effet. Assembles en Concile à Jérusalem il disent aux fideles: „ Il a „ semblè bon au Saint-Esprit & a nous „ de ne point vous imposer d'autre „ charge, que de vous abstenir des chairs „ immolées aux idoles, du sang, des vian- „ des suffoquées & de la fornication; „ vous ferez bien de vous en garder „. *Act.* c. 15, v. 28. Cette *loi* d'abstinence en refermoit d'abstinence en refermoit une autre, qui étoit la défense d'assujetter les fideles aux autres observances légales. Conséquemment Saint Paul & Silas parcoururent les Eglises de Syrie & de Cilicie, pour les confirmer dans la loi, en leur ordonant d'observer les commandamens des Apôtres & des anciens, ou des Prêtres, *ibid.* v. 41, & c. 16, v. 4.

S. Paul avvertit les Eveques que le Saint-Esprit les à établis pour gouverner l'Eglise de Dieu c. 20, v. 28. En quoi consisteroit leur gouvernement, si les fideles n'etoient pas obligés de leur obèir? Aussi dit-il à ces derniers: „ Obbèissez, a „ vos préposés & soyez-leur soumis". *Hebr.* c. 13. v. 17. Il écrit aux Corinthiens: „ „ Je vous loue de ce que vous gardez „ mes commandamens tels que vous les „ ai donnés. „ I. *Cor.* c. 11, v. 2. Aus

XVIII. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui autem spernit me, spernit eum, qui misit me:* Lucæ *cap.* X. *Obedite Præpositis*

„ Thessaloniciens ; „ Vous savez quels „ précepto je vons ai donnés par l'autotité de Jèsus-Christ. . . Celui qui les „ méprise, ne mèprise pas un homme, „ mais Dieu, qui nous à donnè son „ Saint-Esprit „. I *Thess.* c. 4, v. 2, „ & 8. Si quelqu' un n' obeit point à ce „ que nous vous ècrivons, remarquez-le, „ & ne faites point Societè avec lui „ II *Thess.* c. 3, v. 14. Il défend d'ordoner pour Evêque ou pour Diacre un bigame, de choisir une veuve qui ait moins de soixante ans, & vent qu'elle n'ait eu qu' un mari. I *Tim.* c. 3, v. 2, 9, 22. Cette discipline fut observée dans l'Eglise primitive; aucune société particuliere ne s'avisa d'établir d'autres *loix*. Le même Apôtte ordone à un Evèque de rèprimander les désobéissans ; il lui défend de frèquenter un hèretique, lorsqu'il a été repris une ou deux fois. *Tit.* c. 1, v. 10, c. 3, v. 10. S. Jean renouvele le même defense, II *Joan.* v. 10: & cette *loi* subsiste encore.

III. Pendant le trois premiers siecles, & avant la conversion des Empereurs, il s'étoit tenu puls de vingt Conciles, tant en Orient qu'en Italie, dans les Gaules & en Espagne, & la plupart avoient fait des *loix* de discipline. Ce sont ces *loix* qui ont été recueillies sous le nom de *Canons des Apôtres*. La Concile général de Nicèe, tenu l'an 325, s'y conforma, & plusieurs sont encore en usage. Il y a de ces Canons qui regardent non seulement l'administration des Sacramens, les devoirs des Evèques, les mœurs des Ecclesiastiques, l'observation du Carême, la celebration de la Pâque, mais encore l'administration des biens Ecléfiastiques, la validitè des mariages, les causes d'excommunication &c.; objets qui interressent l'ordre civil. L'Eglise n'en a dispensé persone, sous pretexte que ces décrets n' étoient pas revêtus de l'autorité des Souverains ; elle a même exigè l'observation de plusieurs, sous peine d'anathéme. Elle a donc cru constament, depuis les Apôtres, que ses *loix* obligeoient les fideles indèpendament de l'autorité civile. Si c' étoit une erreur, elle serroit, aussi ancienne que l'Eglise.

IV. Plusieurs de ces *loix* de discipline ont une liaison essentiele avec le dogme ; il s'agissoit de fixer la croyance des fideles sur les effets des Sacramens, sur l'indissolubilité du mariage, sur la saintété de l'abstinence, sur le caractere & les pouvoirs des Ministres de l'Eglise, dogmes ataqnès encore aujourd'hui par les hérétiques. Or l'Eglise ne peut avoir le pouvoir de dècider du dogme sans avoir aussi le droit de prescrire les usages propres à l'inculquer, & les precautions nécessaires pour en prævenir l'altération. Jamais une secte de novateurs ne s'est elévée contre la discipline ètablie, sans donner atteinte à quelque article de doctrine, sans ataquer du moins l'autoritè de l'Eglise, que nous avons prouvé être de foi divine.

V. Il n'est aucune de ces sectes qui ne se soit attribuè à elle-même le droit qu'elle refusoit à l'Eglise Catholique ; ainsi l'on a vu les Protestans souleves contre les *loix ecclésiastiques*, en établir de nouveles chez eux, faire dans leurs synodes des decrets touchant le forme du culte, la maniere de prêchor, l'état & la condition de leurs Ministres, &c. enjoindre à tous leurs partisans de s'y conformer, sous peine d'excommunication. Ils ont eu grand sain de faire confirmer ce privilége par les edits de tolerance, & ont toujours soutenu qu'une société chrétiene ne ponvoit s'en passer. Ils ont cru que ces décrets obligevient les membres de leur communien, non en vertu de l' auto-

sitis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris: Epistola ad Hebræos XVIII. *Siquis non obedit verbo no-*

autorité du Souverain, mais par la nature même de toute société religieuse, & ils se sont atachés à le prouver par les mêmes passages de l' Ecriture dont nous servons pour établir l' autoritè de l' Eglise Catholique. Y eut-il jamais contradiction plus palpable?

Beausobre convient qu' il n' y a qu'un esprit de révolte & de schisme qui puisse soulever les Chrétiens contre des ordonances ecclésiastiques qui n' ont rien de mauvais; mais en même temps il attribue a un esprit de domination & d' intolerance dans les chefs de l' Eglise les *loix* rigoureuses qu' ils ont faites sur des choses indifferentes. Telle est, est dit i, celle du Concile de Gangres, qui anathématise ceux qui par dévotion & par mortification jeûnent le Dimanche. Il dimande qui a donnè a des Evèques le pouvoir de faire de semblables *loix*? *Hist. du Monich.* lib. 9. c. 6, §. 3.

Nous lui répondons que c' est le Saint-Esprit; ainsi l'ont déclaré les Apôtres au Concile de Jérusalem: la *loi* qu' ils ont imposée aux fideles de s'abstenir du sang & des chairs suffoqués, étoitelle beaucoup plus importante que la défense du Concile de Gangres de jejûner le dimanche? C' est aux Pasteurs, & non aux simples fideles, de juger si une cose est indifférente ou essentiele; si une fois l' on admet les argumentations contre l' importance des *loix*, bientôt il n'y aura plus de *loi*.

VI. Constantin ne fut point un Prince peu jaloux de son autorité, ni incapable d'en connoître l' étendue & les bornes; on peut juger par ses *loix*. Lorsqu'il embrassa le Christianisme, il ne put ignorer ni le nombre des Conciles qui avoient été tenus dans l' Empire, ni les décrets de discipline qui y avojent été faits, ni le pouvoir que s' attribuoient les Evèques. Présent au Concile de Nicée, il ne leur contesta pas plus le droit de fixer la celebration de la Pàque, que le pouvoir de décider le dogme ataqué par Arius. Il ne réclama contre aucun des decrets de discipline portés dans les autres Conciles tenus sous son regne; au contraire, il ne crut pouvoir faire un usage plus utile de l' autorité souveraine que de les soutenir & de les faire observer. Nous savons bien que les incrédules ne lui pardonent pas cette conduite; mais tout homme sage peut juger si l' on doit s' en raporter à eux plutôt qu'à lui.

Julien lui-même, quelqu' emporté qu' il fût contre le Christianisme, qu' il avoit abjuré, ne s' avisa jamais de regarder les *loix ecclésiastiques* comme des attentats contre l' autorité impériale; celles qui avoient été faites touchant les mœurs des Ecclèsiastiques lui paroissoient si sages, qu' il auroit voulu introduire la même discipline parmi les Prêtres Païens; il le témoigne ses lettres.

Lorsque des Princes idôlatres se sont convertis, ils ont fait profession d' embrasser tous les dogmes est de eseignés par l' Eglise; or un de ces dogmes est de croire que Jesus-Christ a donné à l' Eglise le droit, l' autoritè & le pouvoir de faire des *loix* auxquelles tout fidele est obligé d' óbeir. Nous ne lisons pas que Clovis, en se faisant Chrétien, ait rayé cet article dans sa profession de foi. Il est singulier qu' aprés plus de douze sicles, des Publicistes, instruits à l'école des Hérétiques, vienent apprendre à nos Rois, élèves dans le sein de l' Eglise, qu' ils ne peuvent obéir a leur mere sans renoncer aux droits de la soliveraineté; que le pouvoir de régler la discipline ecclésiastique leur apartient aussi essentiélement que celui de fixer la Jurisprudence civile, & veulent introduire le systême anglican dans

nostro, hunc notate, & ne comisceamini cum illo, ut confundatur: II. ad Thessal. III.

§. II. Vides hinc, Christianum hominem non solum Fidei ad Ecclesiæ oracula exploratæ vinculo astrin-

---

dans l'Eglise Catholique. L'examen des principes sur lesquels est fondé ce systé me achévera d'en demontrer l'absurdité.

Ses partisans disent que Jesus-Christ est le *seul Chef* de l'Eglise; que les Pasteurs ne sont que les membres & les mandataires du corps des fideles, que les pouvoirs de Jesus-Christ ont été donnés au corps de l'Eglise & non a ses Ministres; loin, disent'ils, d'acorder a ceux-ci aucune autorité, Jesus-Christ leur a interdit toute voje d'autorité; puisq'il leur a dit: „ les Princeps de nations dominent „ sur elles; il n'en sera de même parmi „ vous, doit être le serviteur de tous „. Matt. c. 20, v. 25.

Voilà précisément la doctrine qui a été condamné dans Wiclef & dans Jean Hus, par le Concile de Costance; dans Luther & dans Calvin par le Concile de Trente. Si ceux qui la renouvelent ignorent ce fait, ils sont bien mal instruits; s'ils le savent, ils sont hérétiques. Ce n'est point au corps des fideles, mais à ses Apôtres, que Jesus-Christ a dit: *Paissez mes agneaux, paissez mes brebis: vous serez assis sur douze* siégles &c. Il est absurde de confondere les Pasteurs avec le troupeau, de prétendere que celui-ci doit se paître luimême, que c'est à lui d'instituer & de gouverner ses Pasteurs. Ceux-ci, selon S. Paul, sont etablis pour gouverner l'Eglise, non par les fideles, mais *par le Saint-Esprit*; les prouvois de Jesus-Christ leur son donnès par la mission & par l'ordination, & non par commission des fideles.

C'est une autre hérésie d'affirmer que Jesus-Christ est *seul Chef de l'Eglise*. Il est dans doute le seul Chef souverain duquel émanent tous les ponvoirs; mais il à etabli à sa place un Chef *visible*, en disant à Saint Pierre: *sur cette pierre je batirai mon Eglise*, &c. *Voyez PAPE*

Jesus-Christ a interdit à ses Apôtres la domination dispotique & absolue, telle que l'e exerçoiens alors tous les Souverains des nations; mais on voit, par les passages que nous avons cités, qu'il leur a certainement donné une autorité pastorale & paternele sur les fideles. Il ne faut pas confondre l'excés & l'abus de l'autorité, avec l'autorité même.

Un autre principe de nos adversaires est que l'autorité des Ministres de l'Eglise est purement spirituele; ils en concluent qu'elle peut influer sur les âmes & non les corps, que les pasteurs peuvent nous commander des actes intèrieurs, & non régler notre conduite extérieure.

Ce n'est qu'une équivoque & un abus du mot *spirituel*. Cette autorité a sans doute pour objet direct, & principal le salut de nos âmes; mais il ne s'ensuit pas de là qu'elle ne puisse nous commander ni nous interdire des actions extèrieures, puisque celles ci peuvent contribuer ou nuire au salut. Lorsque les Apôtres ordonnerent l'abstinence des viandes immolées, des chairs suffoquées, du sang & de la fornication, il étoit question d'actions exterieures & tressensibles; le carême & le dimanche, qui font de leur institution, tienent de trespres à l'ordre civil. L'autorité Ecclesiastique a donc aussi pour objet cet ordre exterieur de la societé, puis'elle regle les mœurs. Les Souverains qui concoissent leurs veritables interêts n'ont garde d'en prendre de l'ombrage; ils sentent que l'Eglise leur rend en cela un service essentiel.

On nous objecte en troisieme lieu que le royaume de Jesus Christ *n'est par de ce monde*. Autre sophisme, Jesus-Christ, à la

ſtringi, nec unis divinis legibus ab Eccleſiæ voce promulgatis, propoſitis, explicatiſque teneri, ſed Eccleſiaſticis etiam præceptis devinciri.

---

la verité, n' a pas reçu des puiſſances de la terre ſa royauté, & elle n' a pas pour objet principal la félicité de ce monde ; mais elle s' exerce en ce monde, puiſque par ſes *loix* Jeſus-Chriſt regne ſur ſon Egliſe & ſur les Souverains même qui l' adorent. Cette royauté produit de tres-bons effets dans ce monde, puiſqu' il n' eſt point de nations mieux policées que les nations Chrétienes.

Une quatrieme maxime de certains Politiques modernes, eſt que l' Egliſe eſt dans l' Etat, & non l' Etat dans l' Egliſe, que celle-ci eſt étrangere à l' Etat & au Gouvernement, que ſes Miniſtres n' ont été reçus que ſous condition qu' ils ſe borneroient aux fonctions purement ſpiritueles; qu' aucun Souverains, profeſſant le Chriſtianiſme, n' a pretendu renoncer à aucune portion de ſon autorité.

Mais nous ne concevons pas en quel ſens l' Egliſe, la religion, Dieu & ſes *loix*, ſont étrangers chez une nation chretiene: ſans les *loix* de Dieu, enſeignées par ſon Egliſe, les *loix* civiles ſeroient réduites à leur ſeule force coactive; le Souverain ne pourroit ſe faire obéir que par la crainte des ſupplices, au lieu que l'Egliſe apprend aux ſujets à obéir par *motif de conſcience*, & parce que Dieu l'ordone. Un des principaux devoirs des Paſteurs eſt d' enſeigner cette morale & d' en donner l'exemple. Comment ce ſervice qu' ils rendent au Gouvernement peut-il lui être etranger?

A entendre raiſoner quelques Publiciſtes, il ſemble que les Rois aient fait une grâce a Jeſus-Chriſt en recevant ſon Evangile & ſes *loix*; nous ſoutenons que c' eſt lui qui leur a fait une grande grâce en les recevant dans ſon Egliſe; puiſqu' indépendament de leur ſalut, ils y trouvent un moyen de rendre leur autorité ſacrée & leurs *loix* inviolables. Conſtantin, Clovis, Ethelber, & les autres, l' ont très-bien compris; en courbant leur tête ſous le joug de Jeſus-Chriſt, ils n' ont pas ſtipulé le degré d' autorité qu' ils prétendoient acorder a ſes Miniſtres; Jeſus-Chriſt l'a fixé lui-même. Ils ſe ſont donc ſoumis aux *loix* de l'Egliſe ſans reſtriction & ſans reſerve, autrement ils n'auroient pas été Chrétiens, & l' on auroit été en droit de leur refuſer le baptême. La premiere choſe que promettoient nos Rois à leur ſacre, eſt de maintenir de tout leur pouvoir la religion Catholique, un dogme eſſentiel de cette religion eſt que l' Egliſe a le pouvoir de faire des *loix* qui obligent en conſcience tous ſes membres ſans exception. Loin de renoncer par ce ſerment à aucune portion de leur autorité légitime, ils la rendent plus ſacrée, & ils donnent a leurs *loix* une force ſuperieure à toute puiſſance humaine. Ils n' ont prétendu acquérir aucune autorité ſur le dogme, ſur la morale, ſur les rites, ſur les *Loix* de l'Egliſe, parce que Dieu ne la leur a pas donée.

Enfin un nouveau principe imaginé par nos adverſaires, eſt qu'à la verité le miniſtere de Paſteurs ne depend que du Dieu, mais que la *publicité* de ce miniſtere dépend abſolument du Souverain que cette publicité a été acordée aux Miniſtres de l' Egliſe ſous condition d'etre abſolument ſoumis aux volontes de Gouvernement.

Nous repondons qu' il eſt abſurde de diſtin-

ftinguer la predication de l'Evangile, l'administration des Sacramens, le culte de Dieu, les fonctions des Ministres de l'Eglise d'avec leur *publicité*. Lorsque *Jesus-Christ* a dit à ses Apôtres: *Prêchez l'Evangile a toute créature; ce que je vous dis à l'oreille, publiez le sur les toits, vous serez mes temoins jusqu' aux extrémités de la terre &c.* il ne leur a point ordoné d'atendre la permission des Souverains, il leur a predit, au contraire, que toutes les puissances de la terre s'éléveroient contr' eux, mais qu'ils en triompheroient; c'est ce qui est arivé.

Ou le Christianisme est une Religion divine, on c'est une religion fausse; si elle est divine, aucune puissance humaine ne peut en empêcher la predication & la publicité, sans resister à Dieu, si elle est fausse, aucune permission des Souverains n'en peut rendre la predication legitime. Un Souverain qui croit qu'elle est divine, & n'en permet pas la publicitè, est un impie, & un ennemi de Jesus-Christ. Les Ministres de l'Eglise ont ræçu de Dieu, & non des Souverains leur mission & le droit de prêcher. Jesus-Christ leur a ordoné de le faire mal gré totes les défenses & au péril de leur vie, & c'est ainsi que le Christianisme s'est ètabli: lorsqu'on a défendu aux Apôtres de prêcher a Jérusalem, ils ont repondu: „ Jugez vous „ mêmes s'il ne faut pas obèir a Dieu „ plutot qu'aux hommes ". Act. c. 4, v. 19, c. 5, v. 29.

Les Ministres de l'Eglise doivent sans doute de la reconoissance aux Souverains qui les protegent, mais ce n'est pas à ce titre qu'ils doivent leur obéir dans l'ordre civil; ils y sont obligés par la *loi* naturele & par la *loi* divine positive, qui ordone à tout homme d'être soumis aux puissances supérieures, *Rom.* c. 13. v. 1. pourvu toutefois que ce ne soit point contre un ordre positif de Dieu. Or les Ministres de l'Eglise ont ræçu de Dieu un ordre positif de prêcher l'Evangile. Jésus-Christ lui-même amis cette restriction a l'obeïssance, en disant: *Rendez à César ce qui est a César, & à Dieu ce qui apartient a Dieu*. Telle est la regle prescrite a tous les hommes sans exception.

Il n'est donc pas vrai qu'en s'attribuant une mission divine les Pasteurs de l'Eglise se rendendent indèpendans des Souverains. Ils en dependent dans l'ordre civil comme tous les autres sujets; ils doivent être soumis a toute *loi* civile qui n'est point contraire à la *loi* de Dieu; ils doivent enseigner aux autres cette soumission & en donner l'exemple; mais leur ministere concernant le dogme, la morale, la discipline qui regle les mœurs, n'est proint du ressort de la *loi* civile.

Il ne s'ensuit point de là qu'il y a un Empire dans l'Empire *Imperium in Imperio*, ou. deux autorités contraires & qui se croisent, puisque ces deux autorites ont deux objets tout différens. Elles ne se trouveront jamais en opposition lorsqu'on s'en tiendra à la regle que Jesus-Christ a prescripte. Les anciennes contestations entre le Sacerdoce & l'Empire n'auroient pas eu lieu, si les deux partis l'avoient mieux observée, & avoient mieux connu leurs droits respectifs; mais ces contestations même ont servi a les éclaircir; il n'y a plus aujourd'hui là-dessus de doute ni d'incertitude, & il est à présumer que nos adversaires, avec tous leurs sophismes, ne viendront plus à bout d'obscurcir la question.

L'Eglise a donné une preuve éclatante de son juste respect envers les Souverains, à la suite du Concile de Trente. Plusieurs décrets de cette assemblée, touchant la discipline, n'ont pas été d'abord reçus en France, parce qu'il y avoit une jurisprudence contraire établie, & que ces décrets ne regardoient pas directement les mœurs; ainsi cette opposition n'a causé aucun scandale. L'Eglise a espéré que le temps & les circonstances aménoreient les choses au point où elle lés desiroit, elle ne s'est pas

pas trompée, puisque la plupart de ces decrets sont aujourd'hui exécutés en France en vertu des ordonances de nos Rois.

Que veulent donc les ennemis de l'Eglise ? Non seulement les erreurs dans lesquelles ils tombent sont sensibles, mais ils se rendent ridicules par leurs contradictions. D'un côté, ils déclament contre le dispotisme des Princes; de l'autre, ils leur attribuent un pouvoir despotique sur le spirituel aussibien que sur le temporel. Montesquieu l'a remarqué à l'égard des Anglois; ils font bien, dit-il, d'être, très jaloux de leur liberté; s'ils venoient à la perdre, ce seroit le peuple le plus esclave de la terre; il seroit sous le joug d'un despote spirituel & temporel.

Mais nous avons déja remarqué le vrai but de cette doctrine; nos Politiques anti-Chretiens ne veulent mettre l'Eglise dans la dependance absolue des Princes, que pour reduire les Princes euxmêmes sous le joug de leurs sujets. De même qu'ils disent que les Pasteurs ne sont que les mandataires des fideles, qu'ils ont reçu du corps de l'Eglise & non de Dieu tous leurs pouvoirs, que leurs *loix* ne peuvent obliger qu'autant que les fideles veulent bien s'y soumettre; ils enseignent aussi que les Rois ne sont que les mandataires du peuple, que c'est de lui qu'ils tienent leur autorité, que la souveraineté apartient, essentiellement au peuple, & qu'il ne peut pas s'en dessaisir, qu'il est en droit de la revendiquer & d'en dépouiller ses mandataires lorsqu'ils gouvernent mal. Tel a été le progrès de la doctrine des Calvinistes; Bossuet l'a observé, *Hist. des Variat.* tome 4, p. 311. Bayle lui même le leur a reproché, *Avis aux Réfugiés*, 2 point. Les Princes n'ont donc garde de se laisser prendre à ce piége; l'expérience leur a fait voir qu'il n'y a rien a gâgner pour eux,



QU. XI.

Quaenam sunt ea leges, quas homini Christiano constituit Ecclesia?

Quid habes de praecepto audiendi Sacrum?

§. I. Concilium Agathense habitum anno 506, (Concil. Tom. II, pag. 1003) relatum in can. 64, D. I, de Consecr. praecepit (a), *Missas Die Dominico a saecularibus totas audiri, ita ut ante benedictionem Sa-*

(a) *Van-espen J. E. U. Part. II, Tit. V, Cap. I.* Nomen *Missa* est latinum; derivatum a *missione*, siva *dimissione* populi, multis ostendit Cardinalis Bona, *Lib. I Rer. Liturg. capit. I*, §. 6, atque ita accipi in Concilio Carthaginensi IV, *Canon.* 84, ubi dicitur: „ Episcopum nullum prohibeat usque ad Missam Catechumenorum, naqua Haereticum, neque Judaeum, neque Gentilem Ecclesiam ingredi & audire verbum Dei. " Hoc est usque ad *missionem* Catechumenorum, qui post habitum sermonem ante Offertorium clamante Diacono, *Catechumeni recedite*, exibant.

Et Augustinus *serm.* 49, *cap.* 8, *de Verbis Domini*, dum dicit: „ Ecce post sermonem fit *Missa* Catechumenorum, manebunt fideles, venietur ad locum orationis. " Quid aliud significatum voluit, quam post sermonem, *missionem*, seu dimissionem fieri Catechumenorum?

Unde S. Isidorus lib. 6 de origin. vocum cap. 16. „ Missa est tempore Sacrificii, quando Catechumeni foras mittuntur, clamante Levita: *Si quis Catechumenus remansit, exeat foras:* & inde *Missa*, quia Sacramentis Altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur. "

Porro sicuti *Missa* Catechumenorum dicta fuit a missione, sive dimissione Catechumenorum; ita & Missa Fidelium nomen accepit a missione, sive dimissione Fidelium, clamante similiter Diacono: *Ite, missa est.*

Id non obscure indicatur in Sacramentario S. Gregorii apud Gamelium, ubi descripto Officio feriae VI Parasceves, tandem in fine dicitur: *Deinde communicat ipse & omnis Clerus, & fiunt MISSÆ.* Ubi quoque ad marginem monet Pamelius: „ Ex postrema hac clausula colligere est, cur *Missa* nuncupetur, nempe a *dimittendo* populo. "

Eodem sensu sumitur a Cassiano, dum *cap.* 13, *lib.* 2 *Instit.* ita inscripsit: *Quare post Missam nocturnam dormire non oporteat*, id est post missionem Monachorum a nocturnis Officiis.

Quamvis *Missa* primitus dicta fuerit a *missione*, seu dimissione, nihilominus hoc etiam constat, varias fuisse jampridem *Missae* significationes, neque nomen *Missa* in eadem significatione ubique fuisse acceptum.

Mis-

Sacerdotis (*b*) *egredi populus non præsumat*. Si scire vis, quæ res huic canoni causam dederit, id nosse poteris ex Historia Cæsarii Arelatensis apud Surium die 27 Augusti, ubi traditur, Cæsarium, cum die dominica sacris operaretur, animadvertisse, nonnullos recitato Evangelio ab Ecclesia egredi, eo quod sancti viri conciones audire gravarentur, eos sæpe sæpius objurgavit increpavitque pius Antistes, immo etiam pessulum foribus obdi jussit, ne quis ante dimissionem discedere posset. Rogo

---

Missa pro quovis Ecclesiastico Officio, quod in ædibus sacris peragebatur, interdum sumptam fuisse, præsertim in regulis Monachorum, ostendit Cardinalis Bona, *lib. I Rer. Liturg. cap.* 2, *num.* 3, & latius Du-Cange in Glossario, verbo *Missa*.

Missa quoque Catechumenorum olim accepta fuit, & hodie communitar accipitur pro ea parte Liturgiæ, quæ Missam fidelium antecedit: idest, ab introitu usque ad lactionem Evangelii ejusque expositionam inclusive. Similiter *Missa* fidelium sæpius appellata ea Liturgiæ pars, quæ sequitur Missam Catechumenorum usque ad finem.

(b) *Bohem. in Gratinn. Decret. Caus. XXXVI, Qu. VI, Can. III, N.* 51, *pag.* 891. Sicut hoc *Concilium Agathense* non fuit *generale Gallicanum*, sed ex aliquot tantum provinciis collectum, ita hic particularis mos tantum quarumdam provinciarum Gallicanorum refertur, ax quo decretum hoc fluxit, *ne Presbyteri benedictionem super plebem effundere possent*. *Hieronymus* jam suo tampore hunc morem excludendi Presbyteros a munere benedicendi atro carbone notavit, in epist. ad Rusticum Narbonensem scribens: *Si Presbyter Christum consecrat, cum in altario Christi Sacramenta benedicit, benedicere populo non debet, qui Christum meruit consecrare?* Præterea eum consuetudini ceterarum Ecclesiarum universali repugnare, paulo infra his declarat verbis: *Hoc in Ecclesiis suis faciant, quod Roma, sive quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britannia, quod etiam EX PARTE per Gallias, quod in omnibus locis, ubi humilitas perseverat*. Palam est ax his verbis, morem hunc non fuisse universalem totius Galliæ. Quocirca quæ in *c.* 47 *concilii Agath.* traduntur, & infra *c.* 65, *de consecr. dist. I* recitantur, necessario de *Episcopo*, qui κατ' ἐξοχὴν *Sacerdos* vocatur, accipienda, ne prioribus contradicant. Ajunt Agathanses: *Missas* dia dominico a sæcularibus totas teneri speciali ordinatione præcipimus, ita ut ante benedictionem SACERDOTIS (Episcopi) egredi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab Episcopo publica confundantur. Nequa dicendum, hic *Sacerdotem* ab *Episcopo* evidanter distingui, ceu causet ANDREAS DU SAUSSAY *in panopl. sacerd. Pa. II, lib. II, c.* 5, *art.* 7, sed potius ex collatione canonis 49 asserendum, *Sacerdotem* seu *Episcopum* Presbytaro opponi. Paulo post tamen anno DXI, *in Concilio Aurelian.* I, c. 26, hæc consuatudo mitigata; & Presbyteris functio benedictionis, missa absoluta, *absente Episcopo*, permissa videtur, ut quidem, ut credo, ad suggestionem *Cypriani* Burdegal. Archiepiscopi, qui utrique synodo subscripsit. Varba enim *c.* 26 *cit. Ubi Episcopus non fuerit*, recte retinuit *Gratianus* in *c.* 64, *de cons. dist. I*, quæ depravata vidantur in *Harduini conc. coll. Tom.* II, p. 1015, affirmative scilicet posita: & *ubi Episcopus fuerit*, nisi verba ultima: & *ubi Episcopus fuerit*, *benedictionem accipiat sacerdos*, de *Episcopo* rursus cum *Harduino* velimus accipere. Ut sensus sit: ab Episcopo præsenta *Sacerdotii* jure dandam *benedictionem*, quod primario ei tri-

Rogo vos (ita populum suum alloquebatur S. Cæsarius Homil. XII) *fratres carissimi, & paterna pietate commoneo, ut quoties aut die dominica, aut aliis Majoribus Festivitatibus Missæ fiunt, nullus de Ecclesia discedat, donec divina Mysteria expleantur*. Res delata fuit ad Agathenses Patres, qui lato canone caverunt sanxeruntque, nequis auderet Festis diebus, concione non dimissa, a Templo discedere, atque ab integra audienda Missa se abstinere (c).

§. II. Non desunt, qui putant, onus audiendi Sacrum festis diebus non esse antiquius Sæculo Sexto, eo quod Synodus Agathensis omnium prima id lato canone præceperit. Verum ab Agathensi Concilio non jubentur Christiani ad Sacrificium convenire dominicis diebus, sed prohibentur discedere, antequam Sacrificium

butum est: qua posita sententia ad *reservata episcopalia* munus benedicendi utroque concilio adhuc relata, & ita eo magis firmatur sententia supra adducta, in c. 47 *Concilii Agathensis* appellatione *Sacerdotis* Episcopum intelligi.

(c) *S. Cæsarius in S. Augustin.*: Rogo vos, inquit, & paterna pietate commoneo, ut quoties aut in die dominico, aut in aliis majoribus Missæ fiunt, nullus ab Ecclesia discedat, donec divina mysteria compleantur. Et quamvis multi sint, de quorum fide & devotione gaudemus, sunt tamen plures minus de salute animæ suæ cogitantes, qui lectis divinis lectionibus statim de Ecclesia foris exeunt; cum tamen etiam, dum ipsæ lectiones leguntur, aliqui ex illis ita otiosis & sæcularibus fabulis occupantur, ut eas nec ipsi audiant, nec alios audire permittant. Isti tales minus a nobis culparentur, si ad Ecclesiam non venirent; quia ibi probantur amplius Deum lædere, ubi peccatorum poterant indulgentiam prometeri . . . Si diligenter attenderitis, cognoscetis quia non tunc fiunt Missæ, quando divinæ lectiones in Ecclesia recitantur, sed quando munera offeruntur, & Corpus vel Sanguis Domini consecratur. Nam Lectiones sive Propheticas, sive Apostolicas, sive Evangelicas etiam in domibus vestris, aut ipsi legere, aut alios legentes audire potestis: Consecrationem vero Corporis & Sanguinis Domini non alibi, nisi in domo Dei audire, vel videre potestis. Ideo qui vult Missas ad integrum cum lucro animæ suæ celebrare, usquequo Oratio Dominica dicatur, & Benedictio populo detur, humiliato corpore & compuncto corde se debet in Ecclesia continere. Cum enim maxima pars populi, imo, quod pejus est, pene omnes recitatis Lectionibus exeunt de Ecclesia, cui dicturus est Sacerdos, *Sursum corda?* Aut quomodo sursum se habere corda respondere possunt, qui deorsum in plateis & corpore simul & corde discedunt? . . . Quibus non sufficit, quod per totam hebdomadam, aut pro necessitate, aut forte, quod verius est, pro cupiditate jugiter occupantur: adhuc insuper post unius aut duarum horarum spatium, quo videntur corpore magis, quam corde ad Ecclesiam convenire, mittentes dorsa Sacrificiis vel Sacerdotibus Dei ad amplexandum voluptatem sæculi hujus sine mora aliqua revertuntur. Qui non agnoscentes, quid expectant, quid relinquunt, sequuntur tenebras, & deserunt lucem, amplectuntur umbram, & despiciunt veritatem, dimittunt dulcedinem Christi, & requirunt amaritudinem Mundi diligentes vanitatem, & quærentes mendacium. Vere ignorat quantum boni in celebrandis Missis agitur, qui de Ecclesia festinus egreditur. Cum tamen istos tales si aut Rex, aut aliqua potens persona vocasset ad prandium, velim scire si præsumerent discedere, nisi prius totum tan-

ficium peractum fuerit. Enimvero vetitum discedendi subaudit jussum accedendi, hujusque est consectarium; nec vetiti fuissent non discedere, nisi antea jussi fuissent accedere. At si non ab Agathensi Concilio, unde igitur ortum suum habuit præceptum audiendi Sacrum? Si me audis, ab Apostolorum instituto. *Quod universa tenet Ecclesia*, inquit D. Augustinus Lib. IV contra Donat. cap. 24, *nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur*. Et Lib. V, cap. 23: *Sunt multa, quæ universa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta rectissime creduntur, quamvis scripta non reperiantur*. Neque aliunde nisi ab Apostolico more manare potuerat illa disciplina, quam

dium compleretur: etiamsi persona non teneret, gula teneret. Quare de convivio hominis, nisi perexpletum fuerit, non discedimus; nisi quia & ventrem forte plusquam expedit explere volumus, & hominem lædere formidamus? Quare de spirituali & divino Convivio cito discedimus? Quia nec de cibo animæ curamus, nec Deum timemus, nec hominem reveremur. Et quia, Deo propitio, non sunt omnes in hac parte culpabiles; sed multi inveniuntur, qui cum grandi compunctione, usquequo Benedictio super Populum detur, de Ecclesia non discedunt; & humiliter orare non solum pro se, sed & pro aliis non desistunt; illis, quibus tantam compunctionem Deus dedit, ut in Ecclesia perseverent, retribuet mercedem; eos vero, qui negligentes sunt, justo judicio damnabit. Et ideo, Fratres, monete eos, qui nec Orationem Dominicam dicere, nec benedictionem accipere volunt: & non desistatis castigare dicentes, & definitissime comminantes. Quia nihil eis prodest, quod divinas lectiones audiunt, si, antequam Divina Mysteria compleantur, abscedunt. Illis tamen, qui in publicis necessitatibus occupantur, & eis, qui aliqua infirmitate prohibente expectare non possunt, imputare non possumus, nec debemus. Ipsi tamen videant in conscientia sua, utrum eos necessitas retrahat, an voluntas.

Juvenin Dissert. V. de Euch. Sacr. Qu. VII, C. II, Art. I, pag. 281. Ab is non adimpletur præceptum Ecclesiasticum, cum qui statim post communionem discedunt; non levis enim est pars, quam omittunt; in ejusmodi discessionem gravi pœna animadvertendum esse Patres Agathenses definiunt, *Ita ut*, (inquiunt, can. 47) *ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præsumat; Qui si fecerint, ab Episcopo publice confundantur*. In Gallias nostras irrepserat abusus exeundi ex Basilicis ante Liturgiæ finem, sed a Conciliis provincialibus itum est ipsi obviam; *Nec nisi absoluto post benedictionem Evangelio discedent* (inquit Concilium Tolosanum, quod anno 1590 habitum est). Idem antea decretum fuerat in Italia a S. Carolo in priore Concilio Mediolanensi. *Ne prius discedant* (inquit Titulo de iis, quæ pertinent ad celebrationem Missæ), *quam Sacerdos Evangelium, quod post benedictionem dicitur, absolverit*.

Præceptum, de quo est hic quæstio, ab iis non adimpletur, qui plures Missæ partes a diversis Sacerdotibus simul audiunt; falsa nimirum est hæc recentiorum quorumdam casuistarum propositio, quam nuper proscripsit Innocentius Papa XI. *Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas hujus partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audit*. Non adimpleretur quoque ab iis, qui duas partes etiam successive a duobus Sacerdotibus audiret: nec mirum, cæ siquidem partes unum

quam S. Justinus Martyr jam inde ab Sæculo Secundo hisce verbis expressit Apol. II: *Solis, qui dicitur, die omnium, qui in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conventus fit ... precibus peractis panis offertur & vinum & aqua... Solis autem die communiter omnes conventum agimus, quandoquidem is primus dies est, quo Deus tenebris & materia, quam creaverat, versa Mundum effecit; & Jesus Christus Salvator noster eo ipso die a mortuis resurrexit.* Quod de diebus Dominicis S. Justinus Martyr, idipsum de natalitiis Sanctorum Martyrum aliisque Solemnibus S. Cyprianus aliique (*d*) priorum sæculorum Patres testantur.

---

unum & idem Sacrificium non constituunt.

Infractæ Ecclesiasticæ legis rei sunt, qui per gravem aliquam Liturgiæ partem voluntarias patiuntur distractiones & evagationes mentis. Qui nullo pietatis sensu afficiuntur. Qui ad templa se conferunt, ut curiosis ac lascivis obtutibus suorum oculorum libidinem expleant. Qui tantum abest, ut cogitent de obtinenda peccatorum contritione, quin potius expresse & actu in amore scelerum cor obfirment suum. Sed hæc impræsentiarum satis sint, de iis recurret sermo, cum agetur de dispositionibus, quæ necessariæ sunt, ut quis eo, quo par est, modo Sacrum audiat.

Quæres 2. Quænam eximant ab audienda Missa?

Resp. eximere primo impotentiam: qua nimirum fiat, ut omnino aut moraliter alicui sit impossibile sistere se præsentem Sacrificio, aut saltem quin aliquod grave detrimentum incurrat. Secundo excusat charitatis exercitium, ut siquis suam opem conferat ægrotanti, a quo sine illius periculo discedere non possit. Tertio a debito audiendi Missam officium aliquando liberat, ut videre est in milite, qui, dum peragitur Sacrificium, excubias agit; idem quoque patet in ovium pastoribus, quorum loco pastores alii substitui non possunt. Sed ubi id fieri potest, Parochi moneant oportet *Patresfamilias, ut filios & famulos, quos in bestiis pascendis occupant, saltem diebus festis Missæ jubeant interesse*: Verba sunt prioris Concilii Mediolanensis sub S. Carolo habiti. Idem Concilium propter consuetudinem, quæ in aliquibus Italiæ locis obtinuerat, de viduis sic decernit: *Viduæ ob maritorum mortem ad summum ne mense amplius sint sine Missæ auditione: qua in re nulla valeat excusatio cujusvis consuetudinis, quam irritam decernimus. Eas item Episcopi, etiam censuris Ecclesiasticis, id facere cogant.*

(d) *S. Leo Ep. XI ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum*. Ut autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri: ut, cum solemnior quæque Festivitas conventum populi numerosioris indixerit, & ea Fidelium multitudo convenerit, quam recipere Basilica simul una non possit, Sacrificii oblatio indubitanter iteretur; ne his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi, qui postmodum confluxerint, non recepti: cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties Basilicam, in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit, toties Sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem, ut quædam pars Populi sua devotione privetur, si, unius tantum Missæ more servato, Sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte convenerint. Studiose ergo Dilectionem tuam & familiariter admonemus, eo quod nostræ consuetudini ex forma paternæ Traditionis insedit, tua quoque cura non negligat.

gat, ut per omnia nobis & fide & actibus congruamus.

S. Augustinus Ep. LIV ad Januar. Cap. I. *Illa*, inquit, *quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe servantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel a Plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut quod Domini Passio & Resurrectio & Ascensio in Cælum & Adventus de cælo Spiritus Sancti anniversaria solemnitate celebrantur; & siquid aliud occurrit, quod servatur, ab universa quacumque se diffundit Ecclesia.* Festum diem Natalis Domini S. *Augustinus* Epistola sequenti commemorat, & eumdem anni diem semper redire testatur. Constitutionum Apostolicarum Lib. 8, cap. 33, Festum Epiphaniæ, Festi dies Apostolorum, S. Stephani Protomartyris, aliorum etiam SS. Martyrum notantur.

Natales Martyrum dies primis Ecclesiæ sæculis celebres extitisse, Ecclesiæ Smyrnensis Epistola de Martyrio *S. Polycarpi* apud *Eusebium* Lib. IV *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. XV, testatur. *Ossa illius*, inquiunt, *gemmis pretiosissimis & quovis auro puriora colligentes, ubi decebat, condidimus. Quo etiam in loco nobis, si fieri poterit, convenientibus, concedat Deus Natalem ipsius Martyris diem cum hilaritate & gaudio celebrare; tum in memoriam eorum, qui glorioso certamine perfuncti sunt, tum ad posteros hujusmodi exemplo instruendos & confirmandos.*

Passiones & dies Martyrum anniversaria commemoratione celebrari, S. *Cyprianus* testatur epist. 34; & dies, quibus excedunt, annotari jubet epist. 37. *Ut commemorationes eorum*, inquit, *inter memorias Martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus & devotissimus frater noster significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt, & celebrentur hic a nobis Oblationes & Sacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiscum, Domino protegente, celebrabimus.* De *Constantino* Imperatore scribit *Eusebius* in ejus vita Lib. IV, missam ab eo legem ad Præsides Provinciarum, *Ut diem Dominicam etiam ipsi venerarentur*; eosdemque festos *Martyrum dies* jussu Principis observasse, & *Ecclesiasticarum Festivitatum tempora* honore debito fuisse prosecutos. Martyrum Natalitia Quadragesimali tempestate celebrare prohibuit Synodus Laodicena can. LI, eorumque memorias Sabbatis tantum & Dominicis eo tempore celebrari permisit. S. Jo: Chrysostomi Homiliæ, S. Augustini & S. Leonis sermones, Monumenta sunt certissima, ex quibus Festos dies Mysteriis Domini & victoriis Martyrum commemorandis & celebrandis consecratos fuisse constat.

Idem confirmat vetus Kalendarium Carthaginensis Ecclesiæ, quo non solum primaria hæc Africæ Sedes, sed tota, quanta fuit Africana ipsa Ecclesia, uta est ante annos fere mille ducentos, editum a Domino *Mabillonio* Tomo 3 *Veterum Analectorum*. In eo præter Natale Domini & Festa Apostolorum *Petri & Pauli*, *Andreæ*, *Jacobi*, *Lucæ Evangelistæ*, Nativitatem *S. Jo: Baptistæ*, Festum *SS. Innocentium*, *S. Stephani*, *S. Laurentii*, *SS. Machabæorum*, *SS. Gervasii & Protasii*, & plurimorum Martyrum, qui Africanam Ecclesiam illustrarunt, Festa etiam SS. Episcoporum Africanorum *Grati*, *Genetlii*, *Capreoli*, *Restituti*, *Augustini*, *Quod vult Dei*, *Deo gratias*, & *Eugenii* adscribuntur.

Concil. Agathense anno sexto supra quingentesimum can. XXI de Festorum religiosa celebratione ita sanxit: *Si quis extra Parochias, in quibus legitimus est ordinarius conventus, Oratorium in agro habere voluerit, reliquis Festivitatibus, ut ibi Missas teneat, propter fatigationem familiæ, justa ordinatione permittimus. Pascha vero, Natali Domini, Epiphaniam,* As-

Ascensionem Domini, Pentecosten, & Natalem S. Joã. Baptistæ, vel si qui maximi dies in Festivitatibus habeantur, nonnisi in civitatibus aut Parochiis teneant. Clerici vero, si qui in Festivitatibus, quas supra diximus, in Oratoriis, nisi jubente Episcopo, Missas facere aut tenere voluerint, a Communione pellantur.

De Religioso Festorum cultu non absimilia Decreta ediderunt Concilium Aurelianense I Canonibus XXV & XXVII, Turonense II anno 567 Canonibus XVII, XVIII, & XXIII, Circumcisionis Festi S. Martini, & Cathedræ S. Petri mentionem faciens. Cabilonense anno 650, Canone XIX. *Childerbertus* Rex Christianissimus in Constitutione *de abolendis reliquiis Idolatriæ, & Sacrorum dierum Festivitatibus caste celebrandis.*

Concilium Moguntinum anno 813 celebratum can. 36 Festos dies per annum celebrandos statuit, scilicet *Diem Dominicam Pascbæ*, cum tota hebdomada Paschali; *Diem Ascensionis Domini*; *Pentecostem*, cum tota pariter hebdomada; *Natale Apostolorum Petri & Pauli*, *Nativitatem S. Joannis Baptistæ*; *Assumptionem Beatæ Mariæ*, *Dedicationem S. Michaelis*, *Natale S. Remigii*, *S. Martini*, *S. Andreæ*. *In Natale Domini dies quatuor*; *Octavas Domini*, idest *Circumcisionem*, *Epiphaniam Domini*, *Purificationem S. Mariæ*, *& illas Festivitates Martyrum vel Confessorum, quorum in unaquaque Parochia sancta corpora requiescunt, similiter & Dedicationem Templi*. His adde Indiculos Festivitatum Lib. I *Capitularium*, cap. CLXIV, & Lib. VI, cap. CLXXXVI, descriptos; *Herardi* Turonensis Archiepiscopi Capitulare, cap. LXI, Capitulare *Abytonis* Basiliensis Episcopi, cap. VIII, Tomo VI *Spicilegii* editum; Responsum *Nicolai* I ad Consulta Bulgarorum, cap. XI; *Photii* Nomocanonem tit. VII, cap. I, Concilium Salegunstadiense anno vigesimo secundo supra millesimum, can. I, *Gregorii Noni* Decretum cap. *Conquestus*, Extra *de Feriis*, ubi judicialem strepitum conquiescere jubet diebus Festis *Natalis Domini*, *S. Stephani*, *Joannis Evangelistæ*, *Innocentium*, *S. Sylvestri*, *Circumcisionis*, *Epiphaniæ*, *septem diebus Dominicæ Passionis*, *Resurrectionis cum septem sequentibus*, *Ascensionis*, *Pentecostes cum duobus qui sequuntur*, *Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, *Festivitatum omnium Virginis gloriosæ*, *duodecim Apostolorum*, *& præcipue Petri & Pauli*, *B. Laurentii*, *Dedicationis B. Michaelis*, *Solemnitatis omnium Sanctorum*, *ac diebus Dominicis*, *ceterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis Diœcesibus cum Clero & Populo duxerint solemniter venerandas*. Hanc *Gregorii Noni* Constitutionem confirmavit *Urbanus VIII* Constitutione, quæ incipit, *Universa*, edita anno 1642. Concilium tandem Tridentinum sess. XXV, cap. XII, statuit, *Ut dies festi, quos in Diœcesi sua servandos Episcopus præceperit, ab Exemptis omnibus etiam Regularibus serventur.*



QU. XII.

QU. XII.

Cedo alterum Ecclesiæ præceptum.

Quid habes de jejuniis (a), quæ ab Ecclesia Christianis hominibus indicta sunt,

Ac primum de Antepaschali ac quadragesimali?

§. I. ANtepaschale ac quadragesimale jejunium ab Apostolicis usque

(a) Equidem, quæ ad antiquitatem *jejuniorum* spectant, a pluribus jam sunt excussa & explicata, quorum scripta insignem huic materiæ lucem præbent. Multa cum eruditione de *jejuniis Ecclesiæ* egit *Thomasinus* in tr. gallice conscripto: *traitez historiques & dogmatiques sur divers points de la discipline de l'Eglise & la morale Chretiene; tome premier contenant un traitè des ieunes de l'Eglise*: qui etiam *P. I, de discip. eccl. lib. 2, c. 83, §. 12, seqq.* succincte antiquitates *jejuniorum* enarrat. *Joannes Dallæus de jejun. & quadrages.* in eo imprimis occupatus fuit, ut præsentem jejunandi rationem Ecclesiæ Romanæ oppugnaret, qua occasione *jejuniorum & abstinentiæ* morem antiquum illustravit. Ei sese opposuit non tantum *Natalis Alexander Tom. III Hist. Eccl. p. 331*, quæ est de *jejuniis montanistarum & jejunorum*, ubi simul *antiquitates quadragesimales*, & quæ ad *delectum ciborum* pertinent, examinat, & ad sensum Romanæ Ecclesiæ accommodat; sed etiam *Gulielmus Beveregius in cod. can. primitivæ Eccles. Lib. XIII*, qui imprimis de *jejunio quadragesimali* per novem capita, *capite X* vero de *stationum diebus agit*. *Joannes Filesaccus* itidem de *Quadragesima* scripsit non invenuste, cui jungendus *Alphonsus Ciacconius* de *jejuniis & varia eorum apud antiquos observantia* edisserens. Optime quoque antiquitates jejuniorum explicuit *Matthæus Larroquanus in advers. sacr. lib. I, p. 120*, ubi *dissertatio de jejuniis* relata est. Etiam *Icti* in hunc campum sese jam contulerunt, quod vel dissert. *Dn. Wilduogelii de eo, quod jussum est circa tempus quadragesimale*, docet. Erant præterea olim *stationes* jejuniorum quædam species, quas illustrant *Albaspinæus de veter. Eccl. rit. lib. I, obs. 16*; *Tobias Pfanner. lib. II Obs. eccl. c. 6 & 7*; *Carolus Cointius tom. I annal. eccles. Franc. p. 470, & Tom. II, p. 240*; *Samuel Basnage tom. II annal. eccles. ad ann. 207, §. 4, seqq.* *Schelstrate de eccles. African. diss. 2, c. 2, §. 4*; *Samuel Petitus lib. 1 var. lect. c. 15, & lib. III, c. 4*; *Beveregius cit. l. c. 10.* Cum vero etiam jejuniorum conditio quodammodo medicorum forum intret, occasionem inde na-

usque temporibus (*b*) ducendum esse, tot testimonia clamant (*c*).

nactus est *Paulus Zacchias in quæst. medico-legal. lib. V, tit. 1*, agendi de *jejuniis* & *Quadragesima* magis ex rationibus *juridicis*, quam medico foro propriis. Simile fere institutum habuit *Joannes Walterius Viringus in lib. V medico-ecclesiasticis de jejunio & abstinentia editis Atrebati anno 1597.*

(b) *Nat. Alex. H. E. Sect. II, Diss. IV. Art. III, Tom. V, pag.* 133. Jejunium Antepaschale quadraginta dierum fuisse testantur quarti & quinti sæculi Patres, nec illum dierum numerum sua primum ætate fuisse jejunio consecratum indicant; sed retroactis sæculis institutum fuisse supponunt ac observatum. Itaque quadraginta dierum jejunium tribus prioribus sæculis observatum universim ab Ecclesia, longe probabilius est.

Probatur Antecedens ex Concilio Nicæno Canone 5. ubi Quadragesimæ tamquam rei in omnibus Christiani orbis Provinciis celebrari jubet. *Placuit annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari*. Fatetur Dallæus Quadragesimæ nomine jejunium intelligi, quod ante Pascha passim ab omnibus celebrabatur; sed jejunium illud duorum, aut trium, vel ad summum sex dierum fuisse, interdum vero unius tantum nimirum feriæ sextæ fuisse contendit. Sed ubi reperit usurpatum aliquando pro jejunio unius aut paucorum dierum Quadragesimæ nomen? Scio, apud Auctores Ecclesiasticos nomen illud quandoque transferri ad pauciorum quam quadraginta dierum jejunia, & hoc sensu Amalarium Fortunatum lib 4 de Officiis Ecclesiæ cap. 37, tres Quadragesimas recensere, primam ante Pascha; alteram circa Festum S. Joannis, tertiam ante Nativitatem Domini. Scio, & Rabanum Maurum lib. 4 de Institutione Clericorum cap. 1, duo illa posteriora jejunia Quadragesimæ nomine insignire: sed quis nescit per analogiam quamdam hoc illis nomen tribui, quod cum jejunio priore, quod quadraginta dierum est, proportionem aliquam & cognationem habeant?

Probatur secundo idem Antecedens ex Synodo Laodicena, quæ Quadragesimam supponit non recentis esse institutionis, sed antiquæ traditionis, & multarum hebdomadum jejunium complecti, cum decernit Canone 50. *Quod non oporteat in Quadragesima, in ultimæ septimanæ quinta Feria jejunium solvere, totamque Quadragesimam sine veneratione transire; magisque conveniat omnem Quadragesimam districto venerari jejunio*.

Probatur idem Antecedens ex Sancto Athanasio in Apologia ad Constantium, ubi Quadragesimæ diserte meminit. *Deinde*, inquit, *superveniens per tempus Quadragesimæ, qui ab ipsis missus fuerat Georgius, scelera, quæ ab iis didicerat, cumulatiora reddidit*. Et in Epistola ad solitariam vitam agentes, de Secundi cæde ait: *In ipsa enim Quadragesima hominem calcitrando enecarunt*. Et in Epistola ad Orthodoxos, de Georgii Ariani in Sedem Alexandrinam intrusione agens, hæc habet: *Hæc autem sub Pascha, in sacra Quadragesima acta sunt, per quod tempus jejuniis dediti erant*.

Probatur 4 ex S. Cyrillo Hierosolymitano Catechesi 1, tempore Quadragesimæ ad Catechumenos habita. *Tot annorum*, inquit, *circulos transegisti, mundo frustra operam navans: & quadraginta diebus non vacabis pro anima tua?*

Probatur 5 ex S. Basilio in Homilia 2 de jejunio, quam in Quadragesima habitam fuisse constat. *Jejunium*, inquit, *per omne quidem tempus utile est iis, qui illud sponte suscipiunt, sed multo magis hoc tempore, quo per universum terrarum orbem undique denuntiatur jejunii præconium. Nec ulla est insula, nec ulla terra continens, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi an-*

gu-

(*c*), ut monstri simile videatur, esse potuisse nonnullos homines, qui os adeo perfricuerint, ut id negare ausi sint. Ex tot unum seligam Hieronymum, qui majus negotium adversariis facessere videtur: *Nos unam Quadragesimam secundum TRADITIONEM APOSTOLORUM toto anno tempore nobis congruo jejunamus* Ep. 54 ad Marcel. Huic testimonio tam luculento nihil aliud opponunt adversarii, quam Tertulliani silentium (Boehm. J. E. P. Lib. III., Tit. XLVI, §. 3). Quamquam silentem testem producere summæ inscitiæ est, tamen ab hoc etiam asylo eos prohibeamus, eaque Tertulliani verba recitemus, quæ eos doceant, jejunii Antepaschalis originem ab Apostolis esse repetendam. *Certe in Evangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus, & hos esse jam solos legitimos Christianorum jejuniorum, abolitis legalibus & Propheticis vetustatibus... Itaque de cætero differenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ disciplinæ pro temporibus & causis uniuscujusque: sic & Apostolos observasse*. Tertull. de statis Catholicorum jejuniis Lib. II, cap. 13.

§. II. Quot fuerint hi Antepaschales dies, quos prisci Christiani jejunio dabant, non meminit Tertullianus,

---

gulus, ubi non sit auditum jejunii edictum &c.

Probatur 6 ex S. Gregorio Nazianzeno Oratione 40, quæ est in Sanctum Baptisma. *Christus*, inquit, *paulo ante tentationem jejunavit, nos ante Pascha. Jejunium unum idemque est: at utriusque temporis non parva est differentia. Ille jejunium adversus tentationum impetus objicit; nobis autem hinc significatur cum Christo emoriendum esse: ac perfectæ cujusdam purgationis vice est hujusmodi inedia. Jam ille totos quadraginta dies a cibo abstinuit utpote Deus, nos ad virium nostrarum modulum jejunium attemperavimus: etiam si quidam zelo impulsi ultra virium facultatem in jejunando prosiliant.*

Probatur 7 ex S. Epiphanio in Expositione Fidei Catholicæ. *Cæterum*, inquit, *ante septem Paschatis dies Quadragesimam observare, atque in jejuniis perseverare, eadem consuevit Ecclesia; Dominicis vero nullis omnino, adeoque nec ipsius quidem Quadragesimæ, jejunare solet. Præterea sex illos Paschatis dies Xerophagiis, hoc est, arido victu transigere omnis populus consuevit &c.*

Probatur 8 ex S. Joanne Chrysostomo Homilia 16 ad Populum Antiochenum. *Secundam*, inquit, *jejuniis septimanam expedivimus, sed non hoc consideramus: non enim hoc est expedivisse jejunium, si tempus præterierimus, sed si transegerimus cum recte factis. Hæc supputemus, si studiosiores facti sumus, si defectum aliquem nostrum correximus, si abluimus crimina. Consuetudinem omnes habent per Quadragesimam interrogare, quot quisque septimanas Quadragesimæ jejunavit: & dicentes audire licet, hos quidem quod duas, hos vero tres, illos autem quod omnes jejunaverunt septimanas. Et quod lucrum, si recte factis carentes, jejunium transegerimus? Si alius dicat: Totam jejunavi Quadragesimam; tu dic: Inimicum habebam, & conciliatus sum; habebam detrahendi consuetudinem, & destiti; jurandi tenebar usu, & mos inprobus mihi correctus est. Si ciborum jejunium jejunemus, præteritis quadraginta diebus præterit & jejunium. Si vero peccatis abstineamus, & transacto jejunio illud remanet, & continuum erit.*

(*c*) Consule Ludovicum Thomasinum *in tract. de jejun. par.* 1. *cap.* 4. S. Hierony-

nus; sed quid prohibet, quominus dicamus illos quadraginta fuisse, cum tot numerent antiquissimi Patres, nec Tertullianus verbum ullum addiderit, quod illos pauciores fuisse suspicionem moveat? Audi D. Athanasium in ep. ad Orthodoxos loquentem de Georgio Ariano, qui diebus Antepaschalibus in Sedem Alexandrinam invaserat: *Hæc autem sub Pascha in Sacra QUADRAGESIMA acta sunt, per quod tempus jejuniis dediti erant*. Audi S. Augustinum ep. 119 ad Januarium cap. 15. *Ut QUADRAGINTA illi dies ante Pascha observentur, Ecclesiæ consuetudo roboravit*. Audi denique S. Leonem Magnum Serm. XII. *Appropinquante solemnitate Paschali, præcurramus eam consueta jejunio, quod nos QUADRAGINTA dierum numero ad sanctificationem mentis & corporis exerceat . . . . Quod ergo, dilectissimi, in omni tempore facere convenit unumquemque Christianum, id nunc sollicitius & devotius exequendum, ut APOSTOLICA INSTITUTIO QUADRAGINTA DIERUM jejuniis impleatur*. Duo hic habes a S. Leone, & Antepaschale jejunium ad quadraginta dies productum fuisse, & ab Apostolis institutum fuisse.

§. III. Quid ad hæc adversarii? Jejunium quadraginta Antepaschalium dierum ab Apostolis non fuisse Christianis hominibus præceptum, sed solummodo commendatum, proindeque non in necessarias, sed in voluntarias virtutes esse referendum (Boehm. loc. cit. §. 15, 16). Verum negat S. Ambrosius, qui serm. 23 hæc habet: *Aliis diebus jejunare* aut remedium *aut præmium est, in Quadragesima vero non jejunare peccatum est. Alio tempore qui jejunat, accipit Indulgentiam; in Quadragesima qui non jejunat, sentiet pœnam*. Et serm. XXXI. *Nam sicuti reliquo anno jejunare præmium est, ita in Quadragesima non jejunare peccatum est. Illa enim voluntaria sunt jejunia, ista necessaria; illa de arbitrio veniunt, ista de lege; ad illa invitamur, ad ista compellimur*. Negat S. Leo Magnus, qui serm. XI, *Appropinquante*, inquit, *solemnitate Paschali, adest magnum sacratissimumque jejunium, quod observantiam sui universis fidelibus SINE EXCEPTIONE denuntiat*: Et serm. XII. *Appropinquante solemnitate Paschali, præcurramus eam consueta jejunio quadraginta dierum*. Negat tandem omnium Christianorum constans, conspirans, continuata consensio, qui ab ultimis usque Ecclesiæ temporibus jejunium qua-

ronymus *in Isaiam lib. 16, tom. 4, cap. 58, col.* 688, *& in Jonam cap. 3, Opp. tom. 6, col. 416, edit. Vallarsii Veronæ* 1736, Quadragesimæ jejunium repetere videtur ex jejunio, quod per dies quadraginta Moyses, Elias, & Christus Dominus observarunt. Verum id ita intelligendum est; non quod Christus de Quadragesimali jejunio disertum atque expressum mandatum dederit, sed tantum quod proposuerit exemplum, cui insistens Ecclesia Quadragesimæ jejunium instituit, uti monet Augustinus *ep. 55 ad Januar. cap. 15, Opp. tom. 2, col. 139, edit. Venet.*

quadragesimale colunt, servant, custodiuntque (*d*).

§. IV. Hanc Spartam prolixioribus disputationibus exornarunt Joannes

---

Venet. 1729. Atque ita etiam intelligendi sunt Basilius, Theophilus, Cyrillus Alexandrini, Petrus Chrisologus, cæteri Patres, qui hoc jejunium ad divinam institutionem referunt.

(*d*) *Bened. XIV. Instit. XV*, *pag.* 34. Parum ac fere nihil Quadragesimæ jejunium a Fidelibus observatur, quod licet a Christo Domino institutum affirmari nequeat, uti Thomasiuus ostendit; nemo tamen inficiari potest ad normam ejus jejunii propositum fuisse, quod Moyses, Elias, & Salvator ipse ausltere adeo quadraginta dierum spatio peregerunt. *Quadragesima sane* (ait S. Augustinus) *jejuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex jejunio Moysis & Eliæ, & ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit dimonstrans Evangelium non dissentire a lege & Prophetis.*

Hoc porro jejunium, licet ad Telesphorum Pontificem (qui circa dimidium sæculi II floruit) referatur in eo libro, qui Anastasii nomine circumfertur; cum non tamen ex sacris monimentis exploratum satis habeatur a priscis Fidelibus receptum fuisse, priusquam illa Concilia cogerentur, (nam primum Nicænum Concilium Quadragesimam tamquam omnibus cognitam aperte commemorat); illud inter Apostolicas traditiones recensendum omnino est, uti S. Augustini judicio comprobatur: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi Apostolica auctoritate traditum rectissime creditur*; cui testimonium S. Hieronymi apertissime convenit: *Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anni tempore nobis congrue jejunamus*. Eamdem sententiam amplectitur S. Leo Magnus: *Apostolica institutio quadraginta dierum jejuniis impleatur, non ciborum tantummodo parcitate, sed privatione maxime vitiorum*.

Vetustioribus sæculis hoc jejunium non tantum unica cibi refectione, abstinentia a carnibus vinoque continebatur, sed etiam aquæ potus lege vetitus erat, nisi cibi sumendi legitimum tempus adesset, uti ex Sancti Fructuosi Episcopi Tarraconensis ac Martyris historia deprehenditur; qui (sicuti Prudentius hymno sexto testatur) cum ad mortem raperetur, haustum frigidæ constanti animo recusavit eam ob causam, quod illo die jejunium ageretur, cujus solvendi nondum tempus advenerat. Alia plurima Baillet congerit argumenta, quibus id sapienter ostendit. Superioribus autem sæculis non meridies jejunio (uti nunc in more positum est), sed vespera finem statuebat. Quare S. Bernardus, cum de jejuniis Monachorum extra Quadragesimam loquitur: *Hactenus*, inquit, *usque ad Nonam jejunavimus soli, nunc usque ad Vesperam*. Cum vero de Quadragesimali jejunio verba facit, hæc habet: *Jejunabunt nobiscum simul universi Reges & principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, simul in unum dives & pauper*.

Tandem Hæretici bellum acerrimum omni tempore huic jejunio indixerunt, ut ipsum de medio tollerent; sed quatuor Cardinales, Baronium, Bellarminum, Cozzam, & Gottum non purpura modo dignitate, sed doctrinæ præstantia celeberrimos contra audaciam ac temeritatem propugnatores habuit.

Longe hic a consilio nostro abhorret rerum sacrarum scientiam palam ostentare, & hujus temporis instituta nimis severe in pristinum statum, restituere. Plura sane ex antiquitate monumenta deduci possent, quibus Quadragesimæ jejunium confirmaretur. Sine ulla contentione paulatim usus obtinuit, qui a religiosis quoque viris receptus est, ut post meridiem etiam in Quadragesima jejunium solvatur. Quamob-

nes Filesaccus. Tract. de Quadrag. atque Joannes Hombergeus de vet. Christ.

obrem in Templis sub meridiem Vesperæ celebrantur, ut aliquod veteris disciplinæ vestigium conservetur, quæ per eos dies jejunantibus cibum interdixit, donec officium sub Vesperam in Ecclesia peractum esset, quod ideo *Vespertinum* nuncupabatur. Ea de causa S. Carolus Borromæus vitæ rationem suis familiaribus ac domesticis præscriptam ita explicavit: *Ut per omne Quadragesimæ tempus, Dominicis diebus exceptis, semel tantum in die post meridiem cibum capiant*.

Jamdudum vinum in jejuniis permisit Ecclesia, & præsertim in iis regionibus, quæ frigori magis obnoxiæ sunt, ne aquæ potu corporis sanitas gravi aliquo morbo labefactetur. *In regionibus*, ait Bellarminus, *autem frigidioribus ideo noluisse Ecclesiam vini abstinentiam imperare, quoniam a plurimis sine magno valetudinis periculo tolerari non potuisset*.

Traditum fuit a S. Thoma electuaria, licet aliquo modo ad nutriendum conferant, jejunio non obesse, licet post cibationis horam sumantur, cum potissimum ad crudum stomachum juvandum adhiberi consueverint. Hinc Theologi salvum & integrum jejunium, licet qualibet per diem hora vinum aut aqua bibatur, unanimes declararunt: disputant tamen, utrum de chocolatis potione idem statuendum videatur, & quidam partes affirmantium tuentur: vel quia potiones, nisi ex rebus jejunio contrariis conficiantur, illud minime violant; vel quod chocolates, licet *de ciborum genere*, si aqua dissolvatur, *in genus potus* convertitur; vel etiam quod exigua rei quantitas parvi æstimetur: quibus omnibus inveteratam jam consuetudinem adjungunt unanimi consensu receptam, & ab Ecclesiasticis Præsidibus haud improbatam. Ita Cardinales Braucaccius & Cozza luculenter exponunt.

Denique præscriptum fuit omnibus, ut jejunii die semel tantum comederent. *Respondeo*, ait S. Thomas, *dicendum, quod jejunium ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrænandam, ita tamen, quod natura salvetur. Ad hoc autem sufficere videtur unica comestio, per quam homo potest & naturæ satisfacere, & tamen concupiscentiæ aliquid detrahit diminuendo comestionum vices; & ideo Ecclesiæ moderatione statutum est; ut semel in die a jejunantibus comedatur*. Sed ad Monachorum exemplum, qui totum diem laboriosis operibus impendentes, antequam ad lectionem seu pium conventum simul accederent (qui diebus jejunio consecratis ante Completorium haberi consueverat), sitim aqua parumper sublevare cœperunt, ac deinde exiguum panis frustulum adjungere, ut valetudinis servandæ gratia potum cum cibo conjungerent, sicut plurimis testimoniis apparet; Monachorum, inquam, exemplo, *nullo suffragante Canone*, ut ait Cabassutius, *superaddita est sub collationis nomine refectio vespertina*.

Attamen, dum veterum disciplinam in memoriam revocamus, non eo tendit oratio nostra, ut oves nobis commissæ ab Ecclesiæ institutis & consuetudine jamdudum vulgata, vel a præstantium Theologorum sententiis dimoveantur; id solum expetimus, ne propositos fines excurrant, & ne temere, vel etiam paucorum doctrina permoti pravos usus inducant, qui stomachum piis hominibus moveant atque indignationem.

Sed ut ad rem plane veniamus; esto quidem, frequentes per diem potationes jejunio non repugnent: quis tamen inficiabitur, si vino largius, quam par est, atque intemperantius utamur, meritis omnino carere, quæ per jejunium comparantur? Hanc ab Angelico Doctore sententiam desumpsimus: *Non autem intendit Ecclesia interdicere abstinentiam potus, qui magis sumitur ad alterationem corporis & digestionem ciborum sumptorum*

quam

quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat; & ideo licet pluries jejunantibus bibere: si quis autem immoderate potu utatur, potest peccare, & meritum jejunii perdere. Admittatur benigna illorum opinio, qui jejunium chocolatis potu violari negant; quis tamen intemperantia, vel etiam læsi jejunii culpa prorsus immunem & vacuum eum existimet, qui modum excedens talem sibi pateram indulgeat, qualis a Santo Hieronymo describitur ad Nepotianum: *Sorbitiunculas delicatas & contrita olera betarumque succum non calice sorbere, sed concha?* Quis eum crimine absolvat, qui sæpius, cum jejunium agitur, eamdem potationem repetat? Etenim gravissimi Auctores, qui diebus jejunii chocolati locum esse tradiderunt, ejusdem potationes iterari nullo modo posse fatentur, uti ex Brancaccio & Cozza, quos paulo ante memoravimus, liquido constat.

Cum jejunium indicitur, permissæ dapes pro cujusque indigentia in mensam afferantur. Qui antem, dum pisces comedit, ipsorum copia, modo, vel condimentis cummunes excedit limites, si minus præceptum Ecclesiasticum reipsa violaverit; tamen ab intemperantiæ nota, quæ lege divina interdicitur, liberari non potest, uti ducet S. Thomas: *Quamvis per inordinationem circa illas circumstantias peccet, & meritum jejunii amittat vel in toto, vel in parte; non tamen Ecclesiæ statutum transgreditur, & ideo jejunium non solvit:* & alio loco idem confirmat: *Si quis autem immoderate potu utatur, potest peccare, & meritum jejunii perdere, sicut etiam si immoderate cibum in una comestione assumat.*

Postremo consuetudo jampridem invecta sub Vesperam reficiendi corporis adhibeatur, sed Gersonis sententiæ meminisse oportet: *De comestionibus specierum & similibus consuetudo teneatur, at delectationis nimia libido vitetur;* norma quædam pro ciborum genere, copia, modoque statuendo ex piis moderatisque viris desumatur; nec eorum exemplis inhæreatur, qui nihil de animæ salute soliciti sunt, & omnia jura nefariis criminibus polluunt & contaminant.

Illud magis deplorandum, quod hac ætate perpauci per Quadragesimæ dies a carnibus abstineant; paucissimi vero numerentur, qui, cum edendi carnes facultatem ob valetudinis incommoda obtinuerint, ciborum saltem copia modoque jejunium observent. Ea fuit inter priscos Theologos disputatio, utrum pauperes ad jejunium cogerentur; & habito inter *pauperem & egenum* discrimine, hunc postremum jejunii lege solutum judicarunt, qui vitæ alimenta ostiatim quæreret, incertusque semper esset, quid sibi ad vitam sustentandam ex pietate fidelium suppeditaretur: ita sentiunt Alexander de Ales, Riccardus, & Paludanus. Nunc de egenis non agitur. Divitiis ac censibus affluentes non paupertatis, sed infirmæ valetudinis causa a Quadragesima observanda liberantur, licet idem morbus per integrum anni cursum nullum ipsis attulerit incommodum nullumque impedimentum, ne diem noctibus perverterent, animumque quibusvis voluptatibus relaxarent: imo ne persuasit quidem, ut valetudinis rationem aliquam ducerent Bacchanalibus diebus, quibus fortasse integras noctes & postremam quoque ante Cineres agendis choreis impenderunt. Quin ejus naturæ morbus erit fortasse, ut per Quadragesimæ tempus, si ad convivium piscibus carnibusque instructum vocentur, utroque ciborum genere liberaliter uti non dubitent. Tandem alia gravissima mala non semel ex eo morbo consequuntur. Cum enim per anni cursum in vestium

lu-

tius Diss. II, Art. I. Cotelerius jejunium Hebdomadæ Sanctæ cæteris solem-

luxu, in conviviis nocturnisque conventibus celebrandis plus insumpserint, quam illorum conditio pateretur, ineunte Quadragesima parsimoniam statim suscipiunt, binasque parare mensas domi recusant, videlicet unam sibi carnibus ornatam, alteram vero ex dapibus, quæ filiis ac cæteris domesticis jejunantibus præscribuntur. Hinc fit, quod hi Quadragesimæ præcepto parere nequeunt, licet ipsius servandi desiderio fortasse teneantur.

Quamobrem ad Medicos sermo convertatur, quorum testimoniis violandæ Quadragesimæ facultates a Præsidibus conceduntur. Veteres Canonistæ Medicos acriter medendique artem insectantur, & eam proferunt juris Pontificii auctoritatem: *Contraria studiose sunt divinæ cognitioni præcepta medicinæ. A jejunio revocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt: itaque qui se Medicis dederit, seipsum sibi abnegat.* Nos quidem eorum numero adscribi noluimus; siquis tamen pro ea muneria ratione, quam tot annis gessimus, inter Canonistas nos adnumerare velit, recentiorum ordinem libentius amplectimur. Insuper cum animarum curæ in ea Civitate præpositi simus, quæ probis hominibus ac Medicinæ peritissimis affluit, a quibus maximum ac singulare in hanc Patriam ornamentum promanat, modum aliquem Canoni, quem supra adduximus, facile statuemus, ne ipsos aliosque offendere videamur. Novimus enim, quanta religione ac doctrina Paulus Zacchias Romanus medicus suos libros conscripserit, & quæ sapienter pieque facultatis Parisiensis præclarus Medicus Hecquet super hac re posteris commendaverit.

Orientalis Ecclesiæ institutis minime subscribimus, quæ ægrotis per Quadragesimam carnes interdixit, licet in extremo vitæ discrimine versarentur: *Non permittitur* (ait Balsamon apud Thomasinum) *cuiquam, etiamsi extremum agat spiritum, in magna Quadragesima carnibus vesci; vidimus enim hoc diversis temporibus Synodice petitum esse, & non concessum.* Nos octavi Concilii Toletani decretum sequimur, in quo facultas edendi carnes illis tribuitur, *quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat.* Et ad Decretum Innocentii III accedimus, ubi hæc traduntur: *De illis, qui in Quadragesima, vel in aliis jejuniis solemnibus infirmantur, & petunt sibi esum carnium indulgeri, respondemus, quod, cum non subjaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cum urgens necessitas exigit, supportare potes & debes, ut majus in eis periculum evitetur.*

S. Thomas satis esse declarat, si quis in periculum contrahendæ infirmæ valetudinis proxime adducatur, *ægritudine imminente*, de quo soli Medici recte judicare possunt. Quamobrem cum S. Gregorius Pontifex Marinianum Ravennæ Episcopum pro frequenti sanguinis eruptione, qua plurimum laborabat, a Quadragesimæ legibus absolveret, Medicorum testimonio adductus fuit, ut ex ejus epistola clare deprehenditur: *Quoniam eruptionem sanguinis patientibus jejunia Medici dicunt esse omnino contraria.*

Itaque Medici ad ægritudines cognoscendas Judices constituti S. Caroli verba sedulo perpendant: *Medici meminerint, ita suarum esse partium corporis incolumitati prospicere, ut ne obliviscantur potiorem haberi debere animarum salutem. Quapropter caveant diligenter, ne alienæ culpæ participent nimia facilitate sua in fide facienda necessitatis utendi cibis vetitis.* Hinc priusquam litteras ullas suo testimonio confirment, an satis probetur morbus, qui ipsis indicatur, diligenter advertant. Si illius indicia satis appareant, tunc observent, an ægritudo, nisi dapes vetitæ permittantur, aliquo alio pacto

solemnius illustravit Tom.I PP. Apostolicorum ad Constit. Apost. Lib. V, cap. 13.

Ito curari possit. Quippe ex Medicorum etiam doctrina certum est (uti Zacchias ostendit) aliquibus morbis Quadragesimæ observationem non obesse. Si vero de præsenti morbo minime agatur, sed tantum de ipsius periculo, videant Medici, ne fictum sit, sed proximum certumque, vel saltem dubium, ita tamen ut dubitandi locus prudenter occurrat; in quo sententiam etiam Pasqualigi, licet benigniorem, non improbamus: *Si autem dubium sit, an adsit causa, adhuc poterit concedi licentia, quia in dubio tutior pars est eligenda & favorabilior; nec ille, de quo dubium est, an indigeat carnibus, est periculo exponendus*. Postremo cavere debent, si de ægritudine vel ejus periculo dubitari nequeat, an adhibitis lacticiniis remedium satis aptum afferatur; tunc enim carnium esus omnino interdicitur. Si autem carnes necessariæ ducuntur, tunc expendant, utrum sine gravi incommodo ad quosdam solum dies hanc facultatem concedere debeant. Quippe in ampliores terminos producenda non est, si cum eadem utilitate coarctari possit. Denique eas solum carnes permittant Medici, quæ sanitati conferant.

Hæc omnia Romanorum Pontificum auctoritate adducti proponimus. At primum S. Gregorius Magnus, cum Ravennatem Episcopum a præcepto Quadragesimæ liberavit ob eam causam, quam paulo ante diximus, his quoque verbis utitur: *Si autem Deo miserante adeo melioratum se esse, ac virtutem suam sufficere posse cognoscit, semel aut bis in hebdomada jejunare permittimus*. Insuper, cum Wenceslaus consuetas in Quadragesima dapes sibi pro valetudinis imbecillitate non convenire Bonifacio VIII declarasset, Pontifex in sua epistola ad Præsides Ordinis Cisterciensis, quam Siffridus & Raynaldus fuse commemorant, in hunc modum respondit: *Nos ipsius Regis supplicationibus inclinati dispensandi cum eodem Rege, ut Quadragesimali tempore, præterquam in diebus Veneris & Sabbati ac festivitatis Beati Mathiæ Apostoli vigilia, possit vesci carnibus, ovis, & lacticiniis, nisi ex voti emissione ad non vescendum forsitan sit obstrictus, liberam vobis concedimus auctoritate præsentium facultatem, proviso, quod idem Rex hic in occulto & moderate vescatur*. Si igitur lacticiniis infirmæ valetudini satis consulatur, a carnibus abstinendum; easque nonnisi salubres in mensa afferendas satis probant edicta de observatione Quadragesimæ, quæ in Pontificatu Clementis XI promulgata & a Cardinali Cozza fideliter exposita fuerunt.

Facilius procul dubio ea disputatio componeretur, videlicet an, qui carnes edendi facultatem in Quadragesima propter ægritudinem obtinuit, jejunii lege teneatur; facilius, inquam, lis componeretur, si hæc causa cum Medicis solum transigenda asset: nam ipsorum effata, quæ a Lessio & Cornato referuntur, cum illa Ecclesiæ precatione satis apte conveniunt, ubi jejunii fructus his verbis complectitur: *Hoc solemne jejunium animabus corporibusque curandis salubriter institutum est*; sed cum Theologis agendum est, nec ita facile res poterit expediri.

Plurimi sane inter ipsos eam opinionem tuentur, duabus necessariis partibus integram jejunii naturam contineri; nempe *unica comestione*, & *abstinentia ab esu carnium*; quarum altera sublata, primam quoque penitus auferri necesse est.

Alii vero contrarium sentiunt. Sexaginta hujus sententiæ nominantur a P. Marchetto tunc temporis Romani Collegii Rectore in ea dissertatione, quam super hac re confectam Clementi XI exhibuit: cui

cui Consultores Sancti Officii & Cardinalis Vicarii Examinatores Synodales unanimes assenserunt. Siquis majorem eorum numerum exquirat, id facili negotio præstari posse nos ipsi pollicemur.

Hujus sententiæ firmamentum in eo potissimum collocatur, quod de physico corpore non agitur, cujus partes ita necessario vinculo copulantur, ut totum penitus corruat, si una tantum præcipua sejungatur. De morali composito res est, a quo si una pars separetur, aut aliqua de causa cuipiam non convenire judicetur, salva tamen & incolumis pars altera superest, quæ nequit sine ratione contemni. Inter hujusmodi composita divinum Officium numeratur; & si quis Matutinum & Laudes ob aliquod necessarium impedimentum recitare non valeat, reliquas tamen partes exsolvere debet, uti Innocentii XI auctoritate satis apparet, qui contrariam sententiam omnino proscripsit. Compositum ejusdem generis appellatur legitimum mandatum, quo in judicium certa die venire quis jubetur; si tamen per eam diem impeditus parere nequeat, alia die vadimonium obeundum a jure decernitur: *Præterea cum mandatur alicui, ut ad certum terminum se Judici repræsentet, duo sub hac forma mandantur, ut ad Judicem veniat, & ad diem sibi præfixam accedat; unde si venire non possit ad diem assignatam, tenetur nihilominus se Judici præsentare.* Festorum dierum observatio eamdem habet compositi moralis conditionem, in quibus adesse Missæ Sacrificio, & ab operibus servilibus abstinere præcipitur; si quis autem mortis discrimine, aut alio impedimento detentus ad Ecclesiam accedere non possit, non ideo tamen ab operum servilium cessatione liberatur.

Postremo compositum morale jejunium dicitur, per quod semel tantum in die cibus sumendus, & a carnibus abstinendum; quæ partes inter se non adeo cohærent & implicitæ sunt, ut, si una præcidatur, alteram quoque corruere necesse sit: & sicut ab unica cibatione aliquam ob causam immunes, a carnium tamen abstinentia liberi non judicantur; ita e contrario statuendum est. Neque hæc duo simul conciliari posse ita difficile atque arduum videbitur, ut omnem superet cogitationem. Id sane Pontificum Sixti IV & Eugenii IV Decretis clare ostenditur, qui Carmelitis edendi carnes potestate facta per septem menses, quibus ex ipsorum instituto jejunare debent, jejunium tamen tunc temporis observandum præscripserunt. Alexander VII, extincta teterrima peste, in Edicto de Quadragesima dies quatuor Romæ per hebdomadam edendis carnibus permisit, ea tamen conditione, ut iisdem diebus jejunium servaretur. Clemens XI in suo Edicto pro Quadragesimæ observatione anno 1705, sententiam suam ita declarat: *Qui ob justam valetudinis causam cibos Quadragesimales adhibere nequeunt, si ipsorum loco lacticinia & ova satis pro necessitate sufficere possint, non debent illis Medici carnes licet salubres permittere; nec iisdem illos vesci fas est, sed ovis solum & lacticiniis uti, & jejunium colere; quod pariter ab iis observandum est, quibus edendi carnes copia tribuitur.*

Sed in Edicto anni 1704 aliisque ad finem usque præclari sui Pontificatus, cum pro verbo *tenentur*, quo usus ante fuerat, *teneantur* subrogaverit, palam indicavit, se Pontificia auctoritate non declarare, illis omnino jejunandum, quibus esus carnium permittitur; sed Episcopum Romanum agens universos admonuit, qui suis Decretis subjecti essent, eam facultatem se nemini impertire, nisi simul cum carnibus jejunium conjungeret. Nos profecto hanc secundam opinionem complectimur; controversiam certo judicio dirimendam cæteris relinquemus. Contineri tamen haud possumus, quin a cibis Quadragesimalibus immunes hortemur plurimum, ut jejunium minime prætermit-

mittant, si præsertim crimen aliquod umquam patraverint, ut S. Gregorii verbis admonentur: *Sciendum est, quia, quisquis illicita nulla commisit, huic jure conceditur, ut licitis utatur &c. At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse, quod est gravius, in adulterium lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse*.


Quod si Confessarii ac pietatis magistri forte intelligant, aut ipsi percipiant filios ac domesticos Quadragesimæ præcepto non parere ob eam causam, quod eorum parentes seu domini, facultate sibi ad carnes edendas comparata, duas mensas diversis dapibus instruere non posse dictitent; vehementer ac libere hoc malum improbent, quod sane perniciosum est, & nullo modo ferendum. Etenim dubitari non potest ad alendos filios naturæ legibus parentes obstringi; quod etiam de dominis erga famulos dicendum est, si ita convenerint: isque victus præstandus est, qui Christianorum institutis omnino congruat. Quare nullius ponderis haberi debet excusatio, quæ a gravioribus sumptibus, vel a census tenuitate deducitur. Nam si frugi mensa & salubri carnium genere solum utantur, uti fas est; si liberis ac domesticis non raros ac pretiosos pisces ad gulam irritandam, sed mediocris pretii ad pellendam esuriem inquirant; tunc præcepto facile satisfacient, sumptusque minores erogabunt, si cum illis, quos subire debent, dum præceptum negligunt, conferantur.

In mentem quoque revocent Confessarii, quod in hac Diœcesi illud crimen nobis tantummodo condonandum reservatur, nempe, *Scandalosa solutio Quadragesimæ sine licentia in scriptis, necnon dolosa fides seu dolosa licentia solvendi Quadragesimam, per Medicos aliosque Deputatos facta, sive concessa*; ex quo sequitur, ut hoc reservato crimine teneantur non modo, qui facultatem ejusmodi postulant, neque obtinent (quod ita se habet, ac si ipsam consecuti fuerint) sed illi pariter, qui temere eas permissiones suo testimonio confirmant, nec antea prudenter advertunt, utrum honestæ & probabiles causæ satis adducantur. Theologicas lectiones consulto perpendimus, ac præsertim de casibus reservatis tractatum, quem Theologus noster tradidit, & Clero explicavit; ibique hanc doctrinam, quam modo exposuimus, sapienter & inconcussis argumentis corroboratam invenimus.

Postremo, qui Quadragesimalem abstinentiam sequentur, & qui legitima causa impediti ab ipsa liberabuntur, meminerint hoc tempus ad agendam pœnitentiam proponi; ideoque peccati labes majori studio evitandas, piisque operibus curam magis impendendam. *Jejunas?* ait S. Joannes Chrysostomus; *demonstra mihi per ipsa opera. Qualia, inquis, opera? Si pauperem videris, miserere; si inimicum videris, conciliare; si amicum laudabiliter agentem videris, ne invideas; si mulierem videris speciosam, praeterea*. Idem monet S. Leo: *Non enim in sola abstinentia cibi stat nostri summa jejunii, aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur*. S. Gregorius Nyssenus hæc subjicit: *His necessaria victui suppedita tu, qui jejunas: erga fratres calamitosos benignus esto: quod ventri subtrahis, tribue esurienti*. Hæc Sanctorum testimonia ad illos pertinent, qui ab instituto Quadragesimæ non discedunt; pro illis vero, qui legitime hoc præcepto soluti sunt, S. Cæsarius Archiepiscopus Arelatensis his verbis utitur: *Pro eo quod non potest quis jejunare, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata, quæ non poterit jejunando cu-*

 rare,

rare, *possit eleemosynas dando redimere*. Eos pariter sic alloquitur S. Leo : *Nam eum ii*, *qui nihil omittunt de humiliatione jejunii*, *sub sterili defatigatione desudent*, *nisi se eleemosynarum*, *qua possunt*, *erogatione sanctificent*; *dignum est*, *ut in alimoniam pauperum abundantior sit eorum largitio*, *quorum ad abstinendum minor est fortitudo*.



QU. XIII.

QU. XIII.

Quid sentis de jejunio quatuor Temporum ?

§. I. QUI jejunia quatuor Temporum ab Apostolorum doctrina manasse contendunt, ii nituntur testimonio S. Leonis Serm. VIII de Jejun. Sept. Mens. & Serm. IV, VI, VII, de Jejunio Decimi Mens. cujus sententiam Baronius ad an. 57, n. 209, complexus est hisce verbis: *Ipsa quidem quatuor anni Temporum jejunia, quæ in Ecclesia servari solent, ex Apostolica Institutione sumpsisse principium S. Leo absque ulla dubitatione confirmat*. Qui vero quatuor Temporum jejunia Apostolicis temporibus juniora, ac sensim in Ecclesiarum usus inducta esse defendunt, ii quando, ubi, quomodo, quaque occasione id evenerit, digito ipso nobis ostendunt (*a*).

§. II. Quid nos igitur? Ab utrisque gratiam inibimus, si cum illis fateamur, jejunia, quæ indicuntur cum Clerici sacris ordinibus initiantur, ab ipsis Apostolis initium sumpsisse, uti constat ex sacris Literis, ubi Barnabæ & Sauli Ordinationem commemorant: *Tum jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos*. Act. XIII. Sique hisce assentiamur, statos dies ac menses, quibus Ordinationes habendæ sunt, posterioribus temporibus fuisse conditos (*b*).

§. III.

(a) *Ludovicus Antonius Murator. Differt. ad Joannem Baptistam de Miro cap. ult.* Quatuor Temporum jejunia numquam fuerunt in usu apud Orientales, & aliquot a Christo nato sæculis Romæ tantum, aut ad summum in paucis aliis Latinorum Ecclesiis viguit. Sæculo Christi octavo in Gallias, in Hispanias, ac per totum ferme Occidentem propagatus est. Nullum primis sæculis fortasse habebatur jejunium quatuor Temporum vernum, præter integram Quadragesimam, quæ cum tribus aliis Anni temporibus quatuor constituebant abstinentiæ Tempora. Sequenti tempore jejunium vernum excogitatum videtur. Hoc priori Mensis Martii hebdomadæ, æstivum vero secundæ Junii conjuncta fuere. Gregorio VII Petri sedem implente, stata ac certa horum jejuniorum sedes stabiliri primum cœpit, quæ nostra jam ætate servatur.

(b) *Hyacinthus Sbaralea Diss. de Jejunii quatuor Temporum origine & institutione*. Objicient contra id, quod n. 7 & 8 est constitutum, quatuor *Temporum* jejunium esse non posse a Cælestino I Papa:

§. III. Interea vides hinc, quanti intersit, optimos ac sanctissimos viros in Clericorum numerum adlegi, cum iis diebus, quibus Ordinationes fiunt, Christiani omnes in vota ac preces effusi jejuniis ac lacrymis Superos lacessant ac fatigent, ut eos sibi dari velint Sacrorum Ministros, quos maximarum ac præclarissimarum virtutum chorus stipet atque circumstet. Vide Hallier Lib. de Sacr. Ordinat. Sect. I, Art. II, §. 2.

---

pa: siquidem & Baronius & Bellarminus aliique fere omnes istud affirmant esse *institutionis Apostolicæ*; idque perspicue doceri a Magno Leone Serm. 9, 13, & 71, quorum in primo *decimi mensis* jejunium vocat *Apostolicis Traditionibus consecratum*; & in altero dicit: *Sancti Patres nostri divinitus inspirati decimi mensis sanxerunt jejunium*; in ultimo vero de jejunio *Pentecostes* ait, ipsum ex *Apostolica Traditione* subsequi: igitur non a Callisto, ut Veteres; neque a Cælestino PP., ut nos contendimus, jejunium istud prodit.

Resp. P. Lupus in Schol. ad Concilium Florentinum Victoris II, ex ipsomet Leone M. intelligi, quid velit S. Pontifex illis verbis, dum sermone 42; qui est 2 de jejunio Pentecostes, inquit: *Dubitandum non est, omnem observantiam Christianam Traditionis esse Divinæ, & quidquid ab Ecclesia in consuetudinem est devotionis receptum, de Traditione Apostolica, & de S. Spiritus prodire doctrina*: uti & Serm. 76, proindeque Leonem distinguere jejunium & dies fixos statutosque; illud asserere Traditionem Apostolicam, hos vero manantem inde Ecclesiarum consuetudinem. Deinde est supra n. 7 ostensum, jejunium quatuor Temporum idem esse atque illud vetustissimum feriarum *quartæ* & *sextæ*, nisi quod biduum illud singularum hebdomadarum dempta Pentecoste versum est in biduum singulis trimestribus faciendum; illud *Apostolicæ* quidem *Traditionis* erat, & de illo verba facit S. Leo; sed istud est institutionis Apostolicæ Sedis Antistitis, nempe *Cælestini* I, uti jam dictum est.

Objicient iterum ex Baronio sub an. 57, an. 207 afferente, quatuor *Temporum* jejunia celebrari jam consuevisse IV Ecclesiæ sæculo in Orientali Ecclesia; idque demonstrari ex verbis S. Athanasii in Apologia de fuga sua, dum de æstivo jejunio Pentecostes fieri solito commeminit ille dicens: *In hebdomade siquidem post sacram Pentecostem populus completis jejuniis ad orandum ad cæmeterium abiit.* Ergo non a *Cælestino* I, qui multo post Ecclesiam rexit, jejunium hoc exordium habere potuit.

Respondetur, S. Athanasium Alexandrinum Præsulem non loqui de quatuor *Temporum* jejunio, sed de antiquiori illo ac primitivæ Ecclesiæ vetustissimo *feriarum quartæ* & *sextæ* cujuslibet hebdomadis a Pentecoste, qua peracta, (tempore cujus intervalli jejunare non oportebat) populus ad consuetum bidui jejunium redibat, & singulis hebdomadibus peragebat. De quo similiter sermonem habere dicendum.

dum est Evangelistam Lucam Act. c. 27, cum ait, *jejunium jam praeterierat* hyemali tempore: uti & Tertullianum lib. contra Physicos cap. 13, non autem de illo quatuor anni Temporum, quando scripsit: *Aspice Judaicos Festos, & invenies nihil novum; siqua sunt praecepta, omnis deinceps posteritas haereditaria religione custodit:* cum potius ille videatur indicare illud Lucae cap. 18, *jejuno bis in Sabbato*, hoc est in hebdomada: quandoquidem eo in libro saepe saepius commemorat jejunium *quarta & sexta feria*, at numquam illud *quatuor Temporum*.



QU. XIV.



QU. XIV.

Undenam orta sunt ea Semijejunia, quæ sexta & septima Feria ex præcepto Ecclesiæ ab Christianis custodiri solent.

§. I. Ex Stationibus (*a*). Christiani veteres *Stationes* appellaverunt eos conventus, in quibus stantes, non genu flexo, orabant. Hæ

(a) *Gabriel Albaspinæus in Diss. de jejun. & stat. Christianorum*: Quid sit Statio, quidve apud antiquos Ecclesiæ scriptores hoc vocabulo significetur, quoque ritu celebraretur, non tam facile est explanare, quam Pamelium, qui de ea scripsit in notis ad Tertullianum, qui eam a jejuniis minime discrepare existimat, refellere. Nam ex ipsis locis & verbis Patrum, quæ ad sententiam suam confirmandam affert, liquido constat magnum inter utrumque discrimen esse, ut paullo post dicemus. Interea non erit alienum a proposito ejus rationes discutere, ut tota res & controversia clarior evadat. Ea potissimum ratione nititur Pamelius, ut Stationes Christianorum a jejuniis nihil differre persuadeat, quod antiquitus moris erat abstinere a jejuniis diebus Dominicis, ut probatur ex Tertulliano lib. de *Corona* militis: *die Dominico jejunium nefas ducimus*, quo die idem auctor eodem libro ait, non licere Christianis stationes facere, *jam stationes aut alii magis faciet quam Christo, aut & Dominico die quando nec Christo*: unde colligit jejunium & stationem pro uno eodemque accipi debere, quoniam neutrum diebus Dominicis fieret: quæ sane ratio parum firma est, quandoquidem nec multæ aliæ ceremoniæ diebus Solis haberentur, quibus tamen nihil commune cum jejunio: quemadmodum *de geniculis Deum adorare*: ait enim ipse Tertullianus non licere diebus Dominicis de geniculis preces fundere. Meminisse debuit atque animadvertere unam eamdemque causam omnibus his ritibus, qui mœrorem aliquem inferrent, impedimento fuisse; hoc est Christianos jejunii simul & stationum earumque rerum, quæ hilaritatem turbarent, diebus Dominicis usum temisisse; nec tamen inde sequi ex Tertulliano Solis diem tamquam Resurrectionis Domini nostri honoratum, & ejus æternæ memoriæ consecratum, omni alacritate & exultatione celebrarent, ut ex ejus Apologetico cap. 16 licet intelligere, *æque si diem Solis indulgeamus alia longe ratione quam religione Solis*: & ex Minutio Felice & Beato Justino: unde factum est, ut Ethnicis persuasum esset, Christianos adorare Solem. Ne itaque lætitiæ atque alacritati publicæ aliquid detraherent, immunes illis diebus agebant ab omni austeritate & corporis vexatione, atque adeo ab omnibus austeris rebus, ut sunt jejunium, statio, & de geniculis adorate.

Altera Pamelii conjectura hæc est, quod sta-

Hæ stationes agebantur feria quarta & sexta cujuslibet Hebdomadis, eæque producebantur usque ad horam nonam, nec ab iis discedebatur

stationem nonnulli Patrum jejunium vocent, ut Hermas lib. 3., simil. V. *Quid est*, inquit, *statio? Et dixi jejunium*. D. Ambrosius serm. 39. *Stationes vocantur jejunia, quod stantes, & commorantes in eis, inimicos insidiantes repellamus*. Rhabanus Maurus lib. II de institutione Clericorum, cap. 18. *Jejunium est cujuslibet diei abstinentia, non per legem, sed secundum propriam voluntatem. Statio Observatio statutorum dierum, ut quartæ & sextæ feriæ vel Quadragesimæ*: quibus sibi persuasit inter jejunia & stationes id discriminis tantum esse, ut illa ex arbitrio, stationes vero ex præcepto Ecclesiæ fierent: sed facile est respondere, stationes a Patribus propterea vocari jejunia, quod durante statione, cumque in ea Christiani morarentur, jejunarent, ut explicabitur; postea ideo fieri, ut stationem dicant esse jejunium Christianorum. Sed ex multis aliis Patrum locis ostenditur, eas a jejuniis differre, vel saltem multa in eis fieri & præstari a Christianis præter jejunia.

Quod autem stationes differant a jejuniis, verba Tertulliani lib. 2 ad uxorem clare demonstrant, *ut, si statio facienda sit, maritus de die condicat ad balneas, si jejunia observanda sunt, maritus eadem die convivium exerceat*. Primum enim manifesto jejunium a statione distinguit, deinde utrique opponit res diversas, stationi balneum, jejunio epulum: deinde si statio nihil aliud fuisset, quam jejunium, quid in hæc mulier utrique satisfecisset, & jejunasset, & ab balneas ivisset? Sed quoniam diebus stationum manendum erat in Ecclesia usque ad horam nonam, ideo dicit huic mulieri, fore ut maritus Ethnicus eam impediat balneis, quo minus Ecclesiis interesse, & stationes obire possit.

Nunc vero quid sit statio, & quo ritu potissimum expleatur, hoc loco diligentius inquirendum est, ne, cum aliorum sententiam refutaverimus, meliorem non substituamus. Omnes igitur Christiani prioribus illis sæculis diebus Mercurii & Veneris summo mane in Ecclesiis conveniebant, ibique ad horam nonam morabantur, & precibus & rerum divinarum contemplationibus vacabant, corporaque jejuniis adgeniculantibus, lacrymis, pœnis, & laboribus exercebant; denique hora nona sacris peractis, Eucharistiaque accepta (nam numquam a statione, nisi ea accepta, recedebant) stationem solvebant, domumque revertebantur. Hoc religiosum officium & mora illa, quam in Ecclesia illis diebus ducebant, vocabatur inter eos statio, nomenque sumpsisse videtur a militari statione. Nam quemadmodum excubiæ militum, & eorum pro foribus palatii standi excubandive functio, statio vocabatur; ita verisimile est, Christianos moram illam atque officium illud, quod pro tutela Ecclesiæ, atque ut Dei misericordiam & gratiam sibi conciliarent, in Ecclesia usurpabant, excubias & stationem vocasse, ut insinuat Tertull. lib. de Oratione, *si statio de militari exemplo nomen accepit*.

Superest, ut singula quæque, quæ in ejusmodi stationibus fieri diximus, discutiamus & probemus: tum demum liquido constabit, stationes jejunia dumtaxat non esse, eosque, qui eas a jejunio non secernunt, veteres Ecclesiæ ritus & officia, ob eorum certe eximiam pietatem digna studio & quæ ab omnibus intelligantur, non satis explicasse & commendasse.

Primum occurrit probandum eos summo mane in Ecclesia convenisse, quod ex verbis Plinii Secundi in Epist. ad Trajanum colligere licet, qui de Christianorum conventibus loquens eos antelucanos vocat, deinde ex his verbis Tertulliani ad uxorem, *si statio facienda sit, maritus de die* con-

tur absque participatione Corporis & Sanguinis Christi, nec antea je-
ju-

condicat ad balneum: nam ait Balneis stationem ejusmodi mulieris, quæ Gentili nupta esset, impediri posse; at vero ait alibi, Gentiles summo mane lavari, in Apost. cap. 42. *Non lavor diluculo* ut Gentiles scilicet Saturnaliorum diebus, *sed lavor honesta hora*. Igitur cum eadem hora, eodem diei tempore, eundum esset ad Balneas & ad stationes, uterenturque balneis tempore matutino, liquido constat incipiendis & convocandis stationibus idem tempus constitutum fuisse.

Verum an diuturniores in Ecclesia moras agerent, partemque illam diei a matutina ad horam integram & solidam in eadem Ecclesia consumerent, ad rem pertinet inquirere; ex hujus enim illustratione quæcumque apud auctores de stationibus reperiuntur, plana & perspicua: neque desunt argumenta, quæ suadeant eos a statione & ab Ecclesia ante nonam non recessisse, functionemque illam tres illas diei partes integras durasse. Si enim secundum stationis vocabulum de hac re disserendum sit, quemadmodum de Oratione de corona militis & adversus Pshychicos disserit Tertullianus, in stationibus & excubiis certum est milites diem integrum & solidum permansisse. Præterea si ad exempla, quibus eodem libro utitur, rem deferas, diuturnam aliquam moram & stationem omnia inducere videntur. *In Exodo habitus ille Moysis adversus Amalech orationibus prœliantis, usque in occasum perseverans, nonne statio fuit sera?* Item, *quæ ipsis elementis stationem imperavit*. Item, *stetit sub medio cœlo*. Item, *instantem tamdiu in officio stationem etiam sera longiorem*. Denique quænam potuisset esse horum dierum solemnitas aut pietatis officium, nisi in ipsa assistendi commorandique functione? denique cum stationes essent jejunia, eaque non domi, sed in Ecclesiis olim transacta fuisse constet, credibile fit Christianos ab Ecclesia hisce stationum diebus ante nonam non recessisse: unde a vera horum verborum Epiphanii sententia, *ceterum pro synaxibus, quæ quarta, & pro Sabbato ad horam nonam fiunt, in die Dominica Matutinis horis synaxes fiunt*, eos aberrare certum est, qui pro hac voce *synaxis* conventus reddunt; existimantque de Eucharistia illic mentionem non esse, sed de conventibus Christianorum, quos docet Epiphanius summo mane diebus Dominicis, quarta vero, & sexta feria, hora nona incepisse. Nam qua ratione id tueri possint, non video. Si enim pro synaxi hoc loco conventus substituunt, necesse est fateantur, diebus stationum eos ipsos conventus hora nona inchoatos, cum hoc ipso loco dicat Epiphanius synaxes quarta & sexta fieri hora: aliunde vero certissimum est, ut postea probabitur ex Tertulliano & aliis Patrum locis, Christianos stationes & conventus quartæ & sextæ eadem hora nona diremisse, neque ultra hoc tempus productos. Quapropter doceant, quæso, quomodo eadem hora eodemque temporis puncto conventus ejusmodi potuissent & celebrari & dirimi, & rationes Tertulliani & Epiphanii verba, quæ inter se pugnare videntur, conciliari possint. Quod si in eadem Epiphanii loco pro synaxi, ut vulgaris fert explicatio, communionem & Eucharistiam ponas, nulla erit inter Epiphanium & alios auctores pugnantia; cum enim accepta Eucharistia solverentur stationes & conventus quartæ & sextæ feriæ, una eademque hora nona Christiani poterant communiones facere, idest Eucharistiam sumere, & a stationibus recedere. Quapropter retinenda est prior explicatio, quam vir ille doctus non mutasset, si rem ipsam potius quam Casauboni verba considerasset.

An vero omnes tenerentur aliqua pœna aut peccato Stationes facere, ex verbis

junium frangebatur, quam conventus dimitteretur. Hinc Tertullianus de

his Tertulliani adversus Pshychicos, quibus eorum rationes proponit & sibi objicit, constat id munus uniuscujusque arbitrio permissum fuisse: *passive tamen currant, neque sub lege praecepti*; item *hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum esse dicentes*.

Quod hisce Stationum diebus Christiani jejuniaque sua ad nonam usque & pari mensura cum suis precibus continuarent, nul'o negotio obtineri potest. Nam quae a Pamelio afferuntur, sufficerent ad id probandum, si aliis careremus argumentis: quorsum enim Hermas & D. Ambrosius ipsas Stationes vocarent jejunia, si Stationum tempore non jejunaretur? Praeterea Tertullianus vocat jejunia Stationum semijejunare, quod argumentum est eos in Stationibus a cibis abstinuisse: quin etiam haec verba eodem inclinant; *possum aeque ferae Stationis ex eodem rei ordine statum figere, ut jejunemus ad serum*: item omnia omnino exempla, quae ex veteri testamento profert, ut persuadeat, Stationes ad vesperam & ultra nonam producendas esse, omnia, inquam, ea exempla de jejunio mentionem faciunt, & ex jejuniis aut jejunantibus desumpta sunt. Quod si autem quaeras, cur a Tertulliano jejunia Stationum dicantur semijejunia, facile est concipere; ut enim res suas & Montanistarum sententiam & mores extollat, qui ad Vesperam Stationes producebant, easque hora nona, ut Orthodoxi, dimittere nolebant, per contemptum vocat ea jejunia, quibus Orthodoxi diebus Stationum sese exercebant, semijejunia, quia ea non continuabant ultra horam nonam, qua hora jejunia aeque ac ipsas Stationes dirimebant.

De geniculis eos adorasse hisce Stationum diebus, idest in genua provolutos, non autem stantes preces concepisse verisimile est: nam quoties a Deo aliquid impetratum vellent, aut imminentem ab Ethnicis procellam ac tempestatem evertere curarent, toto corpore jacentes ac cernui, non autem stantes precabantur. Stationes autem fuisse luctum publicum & pressuram publicam, & eas institutas, ut Dei iram mitigarent, idem ipse Tertullianus ostendit in eodem libro de jejuniis: quapropter dubium non est, quin procumbentes orarent illis diebus. Deinde erat apud antiquos & nascentes Ecclesiae Christianos quaedam immunitas & quoddam genus gaudii de geniculis non adorare, ut ait idem Tertullianus de corona militis. *Die Dominica nefas ducimus de geniculis adorare, eadem immunitate a die Pascha in Pentecostem usque gaudemus.* Quare cum hunc morem & precandi habitum diebus dumtaxat laetitiae usurparent, contrarium omnino verisimile est eos usurpasse diebus illis, quibus moerorem & squalorem suum Deo objiciebant. Praeterea quoties de jejuniis loquitur Tertullianus, adgeniculationes adjungit tamquam jejunii partem: *Quando non geniculationibus & jejunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae?* Neque obstat, quod a stando vocabulum illud *Stationis* deducitur: nam verbum illud *stare*, eaque, quae ab eodem derivantur, in pedes stare & manere non semper significant; quinimmo statio militaris, quae ab eodem verbo nomen accepit, eum usum ac notionem non habuit, militesque, qui excubant, quovis modo hanc functionem obire poterant. Ita hic statione nihil aliud designatur, quam mora ac praesentia Christianorum in templis, dum preces & alia pietatis excitamenta facerent.

In publicis jejuniis aut poenitentiis lacrymas non cohibuisse Christianos satis liquet ex Patrum scriptis; in his ideo pietatis officiis & stationibus, quibus, ut coelum moverent, & misericordiam Dei extorquerent, fungebantur, par est credere easdem eos lacrymas Deo obtulisse & e-

de Orat. sub fin. *Similiter de Stationum diebus, non putant plerique Sacrifi.*

---

stendisse. Quid autem præter ea, quæ diximus, toto hoc Stationum tempore, a matutina videlicet ad nonam agerent, quibusve operam darent, non alienum erit ostendere. Primum orationibus vacabant aliquantulum: hoc ex Tertulliano dignoscitur lib. adversus Psychicos cap. 10, ubi, cum de Stationibus fiat mentio, hæc habentur: *ad horam nonam orationis templum introgressi leguntur*. Item, *ubique & omni tempore orandum*. Item, *tertio orantem supremæ orationis munere*. Item cap. II. *Quando & orationes fere hora nona concludebant de Petri exemplo*. Cæterum argumenta, quæ ex veteris Testamenti historiis obtrudit, ut feras Stationes suas confirmet, pene omnia de precibus & orationibus Danielis, Moysis, Jonathan, aut aliorum mentionem faciunt. Psalmos quoque & Hymnos in ejusmodi excubiis & Stationibus Christianos cecinisse, ex his verbis Tertulliani confirmatur, quibus de eisdem Stationibus legens ait, *hoc tu psallere, non facile nostri, nisi quo tempore cum pluribus cœnas*. Locus hic obscurus satis, quem ut intelligas opus est ad auctoris ingenium & argutias respicias: vult enim dicere, Montanistas diebus Stationum non cœnasse eadem hora, qua Orthodoxi cœnabant, sed eadem ipsa Montanistas in Ecclesia stetisse, & psalmis & orationibus Stationes suas continuasse. Nam cum hora nona jejunia sua dirimerent Orthodoxi, & cibos statim sumerent, Montanistæ vero ea continuarent usque ad Vesperam; eadem hora, qua hi psallebant in Ecclesia & cantabant, *vide quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum*; eadem, inquam, Orthodoxi simul cœnabant, & manducabant, & eumdem psalmum ad cœnam suam recreandam poterant canere: uno verbo arguit Orthodoxos, quod illic melius atque jucundius videatur habitare fratres in unum in cœna, quam in Ecclesia, quia hora vespertina vel ante eam cœnarent diebus Mercurii & Veneris, qua hora Montanistæ hunc psalmum in Ecclesia canerent. Sed quicumque tandem horum verborum sensus esse possit, ex his semper elicitur in Stationibus Christianos psalmos decantasse.

Quibus autem diebus Stationes fierent, non est ambiguum; nam omnes antiqui Scriptores Mercurii & Veneris dies hisce officiis seponunt. Tertullianus, *cur Stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus*; item *cui & quarta Sabbati & sexta plurimum fungimur*; item *proinde nec Stationum, quæ & ipsos suos quidem habeant quarta feria & sexta*. Epiphanius in compendio doctrinæ Christianæ: *Quarta vero & pro Sabbato jejunium statutum est usque ad horam nonam*. Idem, adversus Særium, *a quo vero non est assensum in omnibus orbis regionibus, quod quarta & pro Sabbato jejunium est in Ecclesia decretum*: idem *deinde vero si non de eodem argumento quartarum & pro Sabbatorum iidem Apostoli in constitutione dixissent*. Petrus Alexandrinus, *non reprehendet nos quispiam quartam & sextam feriam observantes, in quibus nobis jejunare secundum traditionem præceptum est*: hos vero dies ejusmodi Stationibus assignarat Ecclesia, quia, ut est in constitutionibus Clementis, deliberatum est a Judæis de interficiendo Christo; aut, ut docet Petrus Alexandrinus, quia *quarta initium de proditione Domini a Judæis factum est, sexta autem quod ipse passus sit pro nobis*. Ex iisdem veterum testimoniis constaret, Stationes ultra nonam non durasse; multa ad id probandum ex Tertulliano afferrem, qui reprehensus ab Orthodoxis, quod ea Montanistæ ad Vesperam producerent, nititur ostendere adversus Psychicos, solemniores eas fore, si ad noctem producantur, & nona non solvantur. Ex Prudentio in Agone Fru-

crificiorum Orationibus interveniendum, quod statio solvenda sit accepto Corpore

ctuosi eadem hora finiendis Stationibus notatur.

Jejunamus, ait, recuso potum:
Nondum nona diem resignat hora.

Nam die Veneris, ut in actis ejus martyrii legitur, morte & sanguine suo Christi nomen & fidem confessus est: quid sit, cur Stationes nona potius, quam sexta, aut recedente sole, finirent, Stationumque jejunia minus severa brevioraque essent, quam ea, quæ ab Episcopis jubebantur, aut ea, quæ ex more & instituto Ecclesiæ observabantur in Quadragesima; nihil reperio, quod magis satisfaciat, placatum reddere, quæ cum essent visitata, & sæpius in unaquaque hebdomada usurparentur, satis gravia & onerosa visa sunt, si ultra nonam non detinerentur. Alia vero, quæ mandabantur ob aliquam Ecclesiæ sollicitudinem, ut ait Tertullianus, non nisi ob gravem aliquam causam mandabantur, ideo in serum producebantur.

Cæterum in hac observatione nihil difficilius occurrit, nihil in his Stationibus plus negotii viris eruditis exhibuit, quam investigare, qua hora Stationum diebus facta & Eucharistiæ Sacrificia offerrentur: quave hora fideles iisdem Stationibus interant, ipsa communione donarentur. Denique an ipsæ Stationes ipsius Eucharistiæ sumptione finirentur, an vero post communionem aliquantulum etiam durarent; sed quia in alia observatione de sacrificio & communione dierum jejunii multa dicentur, hoc loco eadem adscribere supersedi, satisque visum est de ultima difficultate differere. Qui negant Stationes illas antiquas accepto Corpore Christi solutas fuisse, hoc uno Tertulliani loco nituntur libri de Oratione: *Similiter de Stationum diebus non putant plerique sacrificiorum Orationibus interveniendum, quod Statio solvenda sit accepto Corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium Eucharistia resolvit, an magis Deo obligat, nonne solemnior erit Statio tua, si ad aram Dei steteris accepto Corpore Domini & reservato? Utrumque salvum est & participatio Sacrificii, & executio officii.* Quibus verbis Tertullianus innuere videtur Christianos post acceptam Eucharistiam in eadem Statione mansisse, eamque post Communionem durasse. Cum enim castiget quosdam, qui ea accepta volebant discedere, dicarque orationes sacrificii superesse, quibus non interant qui discedebant post communionem, satis demonstrare viderur, nequaquam solvi Stationes sumptione Corporis Christi. Sed singula quæque horum verborum explicentur, seorsimque exponantur: ex his constabit, Stationes missas & solutas fuisse Eucharistiæ sumptione. *Sacrificiorum orationibus interveniendum*, hoc loco sacrificia, aut pro Corporis Christi sacrificio, aut pro oblationibus, quas fideles peractis sacris offerebant, accipi possunt. Quod de sacrificiis in plurali locutus sit, sensum ad oblationes torquere nonnihil videtur; nihilominus de sacrificio Corporis Christi hæc accipienda esse suadet, quod hæ oblationes diebus Dominicis potius quem quovis alio die ex ritu antiquo & moribus Ecclesiæ offerrentur; sed quidquid hujus sit, nemo est qui velit ejusmodi orationes, quæ pro oblationibus, aut post sacrificium Eucharistiæ fierent in altari paullo longiores fuisse. Nam cum ex Justino manifestum sit, & ex constitutionibus Clementis, atque ex Can. 19. Laodiceni Concilii, fideles accepta Eucharistia statim ab Ecclesia recessisse, vel etiam diebus Dominicis Eucharistiam sub fine Missæ porrigi solitam, Tertullianusque loquatur de orationibus, quæ post sacrificium fierent; non est, quod

re Domini. Et adversus Psych. cap. 1. *Arguunt nos, quod jejunia propria custo-*

quod eas multum durasse existimemus.

Quod Statio solvenda sit, multum interest scire quorsum hi, quos Tertullianus castigat, vellent recedere a Statione, accepto Corpore Domini: cujus nulla alia potest esse causa, quam quod lætitia, quam ex sumptione Eucharistiæ conceperant, non patiebantur eos diutius in Stationibus, quæ erant pressura & luctus publicus, remanere: quam causam ipse Tertullianus indicat his verbis, *nulla lætitia a capite, ergo devotum Deo obsequium*, idest Stationum. *Si ad aram Dei steteris*, stare, ni fallor, hoc loco significat in pedes stare; nam accepta Eucharistia non licebat ex eorum institutis & ex veteri disciplina de geniculis orare. Quare cum eis suadeat stare ad aram accepta Eucharistia, hoc verbum *stare* ea significatione accipiendum esse videtur, quamvis in notis ad hunc de oratione libellum vocem illam non ita acceperim.

Accepto Corpore Domini, & reservato olim in manus cujusque fidelium, Eucharistia a Diacono tradebatur, eamque postea manducabant. Tertullianus igitur his verbis docet, qua ratione Fideles possint utrique satisfacere, idest, qua ratione possint remanere in Ecclesia, & interesse precibus Sacrificiorum, Stationesque usque ad exitum producere, & nihilominus possint salvam facere consuetudinem illam, qua viso aut accepto Corpore Christi in omnem lætitiam sese effundebant. Hi enim, quos redarguit, non videbant se posse tristes & alacres simul vultus sumere. Quapropter potius ducebant Eucharistiæ reddere, quod ex veteri religione illi debere sciebant, & a Statione statim discedere ea accepta, & ejusmodi excubias mœroris & tristitiæ plenas disrumpere, ut lætitiæ indulgerent modum, quo poterant officio & Sacrificio satisfacere, idest quo poterant Stationes integras facere, & nihil detrahere ex lætitia, quæ Eucharistiæ debebatur: si nimirum tantisper reservent in manibus suis Eucharistiam, eamque non manducent, quin hæ exiguæ orationes, quæ post Sacrificium, atque ut id Deo commendarent, habebantur, dictæ essent. Is, ni fallor, horum sensus, neque alium fingere quispiam poterit, qui ad ritus Ecclesiæ antiquæ respexerit.

Ex his igitur licet colligere eos Stationes suas sumptione Corporis Christi finisse, neque quidquam in contrarium ab illo auctore dictum; nam cum utrumque salvum vult fieri, idest Stationes & lætitiæ publicæ consuetudinem, satis demonstrat communionem cum Stationibus consistere nequaquam posse, easque finiendas esse Eucharistiæ manducatione.

Quæ de festo Fructuosi martyris leguntur, ad idem comprobandum, & quod Stationes Eucharistiæ sumptione & manducatione solverentur, si integre incorrupteque explicentur, magnopere conferunt. *Cumque multi ex fraterna charitate ei offerrent condimentum; uti permixtum poculum sumeret: ait, nondum est hora solvendi jejunii, agebatur enim hora diei quarta; siquidem in carcere quarta feria Stationem solemniter celebraverunt. Igitur sexta feria lætus, atque securus festinabat, uti cum martyribus & prophetis in Paradiso, quem Dominus præparavit amantibus se, persolveret Stationem*. Ex his ut sensum aliquem, qui ad propositum faciat, eliciamus, singula quæque sunt consideranda. Primum non aliam eum ob causam poculum recusasse certum est, nisi quod Stationis erat dies, ejusque solvendæ nondum adesset hora, nam quarta ad supplicium ducebatur, ut ex Prudentio apparet.

Quæs-

custodiamus, quod stationes ad horam nonam producamus.

§. II. Porro hæ Stationes *semijejunia* dictæ fuerunt, eo quod qui eas

Quosdam de populo vidit sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes.
Jejunamus, inquit, recuse potum:
Nondum nona diem resolvit hora,
Numquam conviolabo jus dicatum;
Nec mors ipsa meum sacrum resolvet.

Nam per Jejunium, jus dicatum & sacrum, Statio intelligenda est, cujus erat dies & tempus, cum hæc verba pene moriens proferebat: sed hæc in ejus vita obscura videntur, *siquidem in carcere quarta feria Stationem solemniter celebraverunt.* Nam quæ ratio hac die poculum aspernandi potuit esse, quod quarta feria Stationem persolvisset? nonne potuit de illo poculo degustare, & illud ebibere, quamvis quarta feria jejunium & Stationem præstasset? Nisi quod Stationem, & excubias suas piamque illam erga Deum functionem perfectam & integram & satis rite eas sese defunctos esse non existimarent, nisi duobus illis diebus eisdem officiis vacarent, atque de ratione Stationis esset, utrosque diei quartæ & sextæ feriæ in ejusmodi officiis consumere. Quapropter cum Stationem & officium illud quarta exorsus esset, ne sexta illud corrumperet, a poculo abstinuit, & hoc verbum *igitur* hanc notionem & explicationem offerre videtur, nam refertur ad ea, quæ ante leguntur: & innuit, & significat, Fructuosum non minus Stationem eo ipso die se velle facere, quam die Mercurii.

Præterea verbum illud *solemniter* alicujus est momenti in hac historia, nam vix reperies quemquam antiquitus eo usum fuisse, nisi ad Eucharistiam significandam. Quare hoc loco significat, Fructuosum quarta Stationem suam solemnem Eucharistiæ sumptione fecisse. His itaque explicatis, sæpius mecum ipse cogitavi, quæ vis hujusce sermonis, quænam in eo posset esse gratia, qua denique ratione in Paradiso potuerit beatus ille martyr Stationem suam, quam hic inter humanos inchoaret, perficere & persolvere: verum hanc tandem esse reperi, quod expleverat & solemniter perfecerat, ita illius diei Stationem sperare se posse in cœlis terminare, & implere ejusdem corporis fruitione, sed nudi, aperti, & omni specie & velo purgati: quamobrem autem hasce Stationes instituerant, non alia commodior ratio apparet, quam eos has excubias & officia pietatis & mœroris plena usurpasse, ut Deum ejusque iram demulcerent: uti enim videmus oborta aliqua nova persecutione, ad jejunia, preces, lacrymas, & adgeniculationes solitos olim Christianos confugere; Ita verisimile est, primis illis sæculis, quibus miseriis, & persecutoribus undique & quasi perpetuis stiparentur, has functiones & ipsa officia instituisse, ut peccata sua expiarent, Deumque Ecclesiæ & fidelibus pacatiorem redderent.

Ut nihil in hac observatione desideretur, nihilque relinquatur, quod non illustratum sit, animadvertendum est hasce Stationes a die Resurrectionis ad Pentecostem remissas fuisse; nam quemadmodum omnia omnino jejunia, vigiliæ, & alia ejusmodi officia toto hoc tempore remitterentur, ita Stationes eodem tempore non habebantur, & si in eosdem dies Veneris & Mercurii Nativitatis Christi dies & solemnitas incidisset, Statio quoque, quæ eodem die erat facienda, differebatur. Epiphanius: *Insuper vero in quinquaginta diebus Pentecostes, de quibus dixi, non est jejunium, neque in die Epiphaniarum, hoc est apparitionis & adventus, quando natus est in carne dominus, jejunare licet, e iam*

eas agebant ; jejuni manerent non usque ad noctem, uti in Quadragesima, nec usque ad vesperam uti in solemniorum dierum pervigiliis

etiam si contingat, ut sit quarta, aut pro-Sabbatum. In fine hujusce observationis duo sunt explicandi Tertulliani loci, qui ad Stationes pertinent. Primus de corona militis: *jam & Stationes, aut alii magis faciet, quam Christo?* Quibus ait, si Christianus miles fiat, fore ut Stationes magis faciat imperatori, quam Christo; quia cum stationes Christianorum nona finireotur, militiæ vero excubiæ noctem diemque integrum & solidum durarent, Stationes Christianus miles majores faceret imperatori, quam Christo. Secuodus viris doctissimis obscurissimus videtur: is legitur io capite decimo quarto libri adversus Psychicos: *cur Stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus, & jejuniis Parasceves*: cum enim jejunia Stationum ultra nonam non producerentur, jejunia vero integra ad noctem usque observarentur, quomodo fieri potest, ut eosdem dies Veneris Stationibus simul & jejuniis dicatos esse dicat Tertullianus? Boous noster Pamelius ut ex hac difficultate sese explicet, ait *Parasceves* hoc loco accipi debere pro Sabbato, quod nihil a mente Tertulliani magis alienum fingi potuit, ut recte monet Dionysius Petavius in suis ad Epiphanium notis. Alii existimant, rem ita illustrari & componi posse, nimirum ut quarta & feria sexta Stationes fierent, ambæque ad nonam usque producerentur, sed feria quarta statim post Stationis exitum horamque nonam jejunium solvere licitom esset, sexta vero feria expleto stationis tempore, non statim fas fuisse cibis uti, sed ad vesperam tantum: unde feria quarta semijejunium, ut Tertullianus vocat, observatum est, sexta jejuniom integrum: sed hæc explicatio non magis consentanea videtur hisce Stationum ritibus; nam omnes constanter affirmant Stationes & jejunia Stationum solvi posse hora nona: quare nulla auctoritate, aut ratiooe hanc explicatiooem defendere possunt. Prærerea cum tota quæstio & controversia, quæ hoc loco inter Horthodoxos & Montanum agitatur, in eo potissimum versetur, quo tempore & hora solvendum sit Stationum jejunium & abstinentia, & hi ad vesperam, illi non ultra nonam censerent eam esse observandam, si vera & legitima ea esset explicatio, quæ inter eos potuisset esse dissensio? Aut quamobrem quæso Tertullianus, cujus acre ingenium nihil potuit effugere, mirum sibi videri non clamasset in hoc libello, quod Orthodoxi feras Montanistarum Stationes culparent & repreheoderent, cum ipsis diebus Veneris suas, vel saltem earum jejuoia ad ooctem continuarent? Unde planum fit hanc vocem *Parasceve* non esse de singulis aliis diebus Veneris accipiendam.

Ego vero existimo hoc loco *Parasceve* poni a Tertulliano pro diebus majoris hebdomadæ, quibus jejunium strictios multo, quam tota Quadragesima observabatur, & id facile est credere ex ejus loquendi more; ut eoim Paschatis voce non solum ad diem Paschæ, sed etiam ad totos illos dies Septimanæ Sanctæ significer, utitur ad uxorem lib. 2. *Qui denique solemnibus Paschæ abnotantem*, securus sustinebit, aliquando etiam pro passione Domini, & die Veneris eamdem ipsam vocem usurpat, uti libro adversus Judæos; ita etiam hac voce Parasceve eum usum esse fas est credere, ut dies ejusdem septimanæ indicaret, præsertim cum præparatio quædam ea significetur, & totam illam hebdomadam jejuniis & orationibus consecrarent, ut gratiosiores Resurrectionis Christi memoriam & diem celebrarent; qui sensus & sigoificatio si admittatur, nihil in hoc loco supererit difficultatis, nam in illa majori hebdomada Sta-

giliis (*b*), sed solummodo usque ad horam nonam: *Quarta sextaque feria* (sunt verba Epiphanii in Exposit. Fidei §. 22) *jejunium observatur ad horam usque nonam, exceptis quinquaginta diebus*. Cur vero feriam quartam & sextam Stationibus ac jejuniis dicarent Christiani, habe id ex Divo Augustino Ep. 86 ad Casulanum, atque ex Petro Alexandrino cap. XV. *Cur quarta & sexta maxime jejunet Ecclesia, illa ratio reddi videtur, quod, considerato Evangelio, ipsa quarta Sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium reperiuntur fecisse Judæi ad occidendum Dominum. Intermisso autem uno die, cujus vespera Dominus cum discipulis manducavit, qui finis fuit ejus diei, quem vocamus quintam Sabbati; deinde traditus est nocte, quæ jam ad sextam Sabbati, qui dies Passionis ejus manifestus est, pertinebat... quapropter & ipsa sexta jejunio deputatur. Non reprehendat nos quispiam quartam & sextam feriam observantes*, in quibus nobis jejunare secundum *traditionem præceptum est. Quartam quidem propter initum a Judæis consilium de proditione Domini: Sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit*. Adde Constit. Apostol. Lib. V, Cap.

Stationes non fiebant ordinariæ, quia severius erat jejunandum: ideo dicit, Ecclesiam dicasse quartam & sextam feriam Stationibus, dies vero illius hebdomadæ jejuniis.

Cardinalis Cozza in Lib. de Jejuniis P. II, Art.XIX. Statio nihil aliud erat, quam *fidelium cultus, seu officium, quo certis diebus ad martyrum convenientes sepulcra, ibique a solis ortu stantes, orationibus, sacrarum Scripturarum lectionibus, ac jejunio usque ad horam nonam vacabant.* Verum temporis decursu hanc Stationum disciplinam collapsam restauravit, licet sub diversa forma ab antiqua, S. Gregorius Magnus. Diebus deinde Dominicis Adventus & Quadragesimæ Stationes consignatæ cum fuerint, a jejunio separatæ remanserunt. Quamobrem in hoc maxime nostrorum temporum Stationes ab antiquis differunt, quod illæ jejunium habuerint conjunctum, nostræ non item. Nec mirum id videri debet, cum non ex præcepto constanti quopiam, sed ex varia pendeat pro temporum opportunitate Ecclesiæ disciplina.

(*b*) *Fleury de mor. primor. Christian.* *P. II, Cap. VI.* Quo die jejunandum erat, semel tantum & quidem sub Vesperam cibum sumebant, in Quadragesima post Vesperas, sive appetente jam nocte, aliis vero diebus post nonam: hæc Christianorum consueta erant jejunia, præter quæ majora alia per annum incidebant, ut in hebdomada sancta, quæ a multis tota, vel certe dimidia sui & extrema parte sine cibo exigebatur. Alii quoque, ut privatæ pietati facerent satis, præsertim cum martyrii subeundi opportunitas aut alia quædam gravis causa id postulare videbatur, ad duos tresves dies continuos cibis omnibus sibi interdicebant. Vino & carnibus, quotquot jejunabant, abstinebant omnes, plurimique ipsorum pane & leguminibus contenti erant, quibus nonnulli pisciculos aliquos addebant; cæterum lautitia omnis & gulæ irritamenta procul a mensis aberant. Victus parabilis &, quoties jejunabatur, solito tenuior erat. Alii ipsorum *Homophagi* erant, qui crudis: alii *Xerophagi*, qui siccis dumtaxat esculentis, nucibus, inquam, amygdalis, aliisque id genus fructibus victitabant: denique erant, qui solo pane

Cap. XV, & Victorin. de Fabrica Mundi (c).

§. III. Hæc disciplina viguit cum in Ecclesia Orientali, tum in Occidentali usque ad Sæculum IV, quo tempore Latina Ecclesia Sabbati jejunium suis Christianis indicere cœpit (d). Concil. Illiberitanum Can. 26: Er-

---

æ & aqua famem ac ftim sedarent.

(c) De Stationibus consule *Cotelerium ad Hermæ Pastorem Lib. III, Simil.* 5; *Onuphrium Panvinium de Urbis Romæ Stationibus ad calcem paginæ, Lovanii* 1572, *Coloniæ* 1574, *& alias sæpe*; *Franciscum Panigarola de Stationum veteri instituto a Xixto V P. M. revocato, Romæ* 1587; *Pompejum Ugonium, L'Istoria delle Stazioni di Roma, Romæ* 1688; *Joan. Mabillon Musei Italici T. II*; *Galliciollium Isagog. Liturg. Cap. XIV*; *Joan. Ciampinium*. Accedat ex Protestantibus Joa. Ern. Chladenius in Commentario *de Stationibus veterum*.

(d) *Natal. Alex. H. E. ad Sæc. II, pag.* 163, *Tom. V, Edit. Paris.* 1741, *Art. VI.* Tribus prioribus sæculis jejunium Sabbati observatum passim fuisse nullum antiquitatis monumentum certo probat. Damnatum in aliquibus Ecclesiis per ea tempora fuisse, nihil etiam evincit. Nam & Canon Apostolicus 66, qui deponit Clericos, segregat vero Laicos Sabbato jejunantes, præterquam Paschali, & Ignatii ad Philippenses Epistola, quæ *Christi interfectorem* vocat eum, qui Sabbato jejunaverit, pseudepigrapha monumenta sunt.

Sabbatarii jejunii prima mentio occurrit in Concilio Illiberitano Canune 26. *Errorem placuit corrigi*, inquit, *ut omni Sabbati die jejunii superpositionem celebremus*. Jejunii superpositionem vocari verisimile est, quod, cum antea quibuslibet sextis feriis jejunium observaretur, ad Sabbatum etiam sancta illa observantia hoc Canone extensa est.

Sabbati jejunium a S. Silvestro fuisse institutum asserit Nicolaus Primus Pontifex Ma inus Epistola 70 ad Gallicanos Episcopos data. *De jejunio Sabbati*, inquit, *tempore S. Silvestri Confessoris Christi satis discussum est & disputatum atque, ut celebraretur per omnia, definitum; nullusque post hæc ausu temerario contra istud statutum venire aut saltem mutire præsumpsit*. Id ex Apocriphorum Commentariis hausit Nicolaus. Proindeque huic narrationi fides deroganda est. Quæ si vera esset, S. Augustinus, Innocentius I, Cassianus, qui de Sabbati jejunio Romanæ in Ecclesia observari solito scripserunt, Silvestri decretum laudassent. Conjicit vir eruditus vel Nicolaum memoria lapsum esse, ut Silvestrum pro Innocentio supponeret, vel Scribarum hallucinationem esse: idque duplici conjectura confirmat. Primum, quia auctoritati Silvestri, Innocentii auctoritatem atque Decretum Niccolaus subjunxisset, & ad ejus ratiocinia Photium, qui Romanam Ecclesiam calumniabatur, remisisset: quod certo majoris fuisset roboris, quam nescio quam disputationem coram Silvestro habitam, omnibusque ignotam commemorare. Secundo, quia Photius Nicolao I asserenti, neminem contra Silvestri statutum mutire ausum fuisse, facile respondisset, Innocentii I temporibus contra illud Decretum mussitatum & disputatum fuisse, etiam in suburbicana Diœcesi; idque ex Innocentii ad Decentium Epistola esse evidens. Non minus apocriphum est fundamentum Scripti de Sabbati jejunio, quod sub Silvestri nomine refert Beatus Petrus Damiani Opusculo 55. Hisce positis, sit

PRO-

PROPOSITIO.

De jejunio Sabbati varia olim fuit Ecclesiarum consuetudo. Romæ, & in aliis nonnullis Occidentalibus regionibus jejunio consecratus erat ille dies: apud Orientales jejunio immunis. Neuter mos Patribus improbandus visus est. Romanum ergo Sabbati jejunium Trullana Synodus & Græci deinceps Schismatici perperam damnarunt.

Probatur Propositio quoad omnes partes, primo ex Sancto Hieronymo Epistola 28 ad Lucinum Bæticum. *De Sabbato* inquit, *quod quæris, utrum jejunandum sit, & de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesiæ & Hispanæ observare perhibentur; scripsit quidem & Hippolytus vir disertissimus, & carptim diversi Scriptores e variis auctoribus: sed ego illud te breviter admonendum puto, Traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita observandas, ut a majoribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subverti.*

Probatur secundo ex Sancto Ambrosio, qui, cum Sancta Monica Mediolanensem Ecclesiam Sabbato non jejunantem inveniens, quid sibi agendum esset, dubitaret, ab Augustino adhuc Catechumeno interrogatus respondit: *Quando hic sum, non jejuno; quando Romæ sum, jejuno Sabbato. Ad quamcumque Ecclesiam veneritis, ejus morem servate, si pati scandalum non vultis aut facere.* Id refert S. Augustinus Epist. 86 ad Casulanum.

Probatur tertio ex Sancto Augustino Ep. 19 ad S. Hieronymum data: *Vellem*, inquit, *me doceret benigna Sinceritas tua, utrum simulate quisquam Sanctus Orientalis, cum Romam venerit, jejunet Sabbato, excepto illo die Paschalis Vigiliæ? Quod si malum esse dixerimus, non solum Romanam Ecclesiam, sed etiam multa ei vicina & aliquanto remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet. Si autem jejunare Sabbato malum putaverimus, tot Ecclesias Orientis, & multo majorem orbis Christiani partem, qua temeritate criminabimur?*

Et Epist. 86 ad Casulanum, Romani cujusdam Disputatoris procaciam retundens, qui universas pene Ecclesias a Romana in more jejunandi Sabbato discrepantes injuriose lacessebat, hæc habet: *Quod utinam sic quæreret, aut sic affirmaret, ut toto terrarum orbe diffusam, exceptis Romanis & adhuc paucis Occidentalibus, apertissime non blasphemaret Ecclesiam! Nunc vero quis ferat per omnes Orientales & multos etiam Occidentales populos Christianos de tot tantisque famulis famulabusque Christi sobrie modesteque Sabbato prandentibus ab isto dici, quod in carne sint, & Deo placere non possint? Cum ergo his opprobriis atque maledictis infectatur Ecclesiam per totum mundum fructificantem atque crescentem & die Sabbati pene ubique prandentem, admoneo*, quisquis est, ut *se cohibeat.*

In eadem Epistola falsam quorumdam traditionem rejicit, qui Sabbatarium jejunium in Romanam Ecclesiam inde invectum dicebant, quod Sanctus Petrus, contra Simonem Magum Dominica die certaturus, Sabbato cum Romanæ urbis Ecclesia jejunasset. Denique post multa hæc subjungit: *Sequitur Sabbatum; quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in Regina illius veste varietas, ut alii sicut maxime populi Orientis propter requiem significandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana & nonnullæ Occidentis Ecclesiæ. Quod quidem uno die, quo Pascha celebratur, propter re-*

renovandam rei gestæ memoriam, qua Discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus jejunatur, ut etiam illius Sabbati jejunium devotissime celebrent, qui cæteris per totum annum Sabbatis prandent, utrumque videlicet significantes, & in uno anniversario die luctum Discipulorum, & cæteris Sabbatis quietis bonum.

Et Epistola 118 ad Jannarium, *Alia vero*, inquit, *quæ per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alii jejunant Sabbato, alii vero non; alii quotidie communicant Corpori & Sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbato tantum & Dominico, alibi tantum Dominico, & siquid aliud hujusmodi animadverti potest: totum hoc genus rerum liberas haberet observationes; nec disciplina ulla est in his melior gravi prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam ad quamcumque forte devenerit.*

Probatur quarto ex Innocentio I, in Epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum. *Non negamus*, inquit, *sexta feria jejunandum; sed dicimus & Sabbato hoc agendum, Sabbatum prætermittere non debemus.*

Probatur quinto ex Cassiano lib. de Institutis Cœnobiornm cap. 10, ubi postquam cap. præcedenti præmisit, diem Sabbati apud Orientales a jejunio immunem esse, hæc habet: *Cujus moderaminis causam nonnulli in quibusdam Occidentalibus civitatibus ignorantes & maxime in Urbe, idcirco putant absolutionem* (jejunii) *Sabbati minime debere præsumi, quod Apostolum Petrum eodem die contra Simonem conflictaturum asserant jejunasse.*

Probatur sexto ex Socrate lib. 5 Historiæ Ecclesiasticæ cap. 22. *Romæ*, inquit, *singulis Sabbatis jejunant.*

Probatur septimo ex S. Leone Epist. 81, seu 11 Novæ Editionis, ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum data, ubi de sacrarum Ordinationum tempore sic decernit: *Quod ergo a Patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis hoc volumus custodiri; ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis vel Levitica Ordinatio celebretur, sed post diem Sabbati ejus noctis, quæ in prima Sabbati lucescit, exordia deligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunis & jejunantibus sacra benedictio conferatur: quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso, Dominico die, continuatio Sabbati jejunio celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem Resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium. &c.* Moris igitur erat apud Romanos jejunare; alias ab Ordinandis, vel Ordinationibus jejunium Sabbati continuari S. Leo non jussisset. Quod enim actum non est, continuari nemo dixerit. Ne vero quisquam putet de Paschali solum Dominica loqui S. Leonem. De omni namque Dominica loquitur, quæ Resurrectionis Domini memoriæ sacra est, & quæ usu Ecclesiastico dies Resurrectionis appellatur. Quod ostendit exemplum Paschatis, quod adduxit, ut probet eam noctem, quæ sequitur proxime diem Sabbati, ad Dominicam diem pertinere. *Sicut etiam in Pascha Domini declaratur*, inquit, *in quo videlicet nox, Sabbato Sancto succedens, Festivitati Paschali deputatur in Officio Ecclesiæ.* Qualibet ergo Dominica Sacræ Ordinationes fieri poterant tempore S. Leonis; ac proinde jejunium Sabbati, quod continuari jubet usque dum fuerint celebratæ, non erat jejunium Sabbati Sancti, sed cujuslibet per annum recurrentis. De hoc S. Leonis loco fuse & erudire agit Quesnellius in Dissertatione de Sabbati jejunio.

Græci in Trullana Synodo anno Christi 707 congregati non solum priscum morem de Sabbatis a jejunio absolvendis firmarunt, sed & legem imponere ausi sunt Romanæ Ecclesiæ Sabbatis jejunanti, & mo-

NIS (e) celebremus. Augustinus Ep. 86 ad Consulanum: *Alii propter humilitatem Mortis Domini Sabbato jejunant, sicut Romana & nonnullæ Occidentis Ecclesiæ.* Sabbati jejunio in Latinorum mores inducto, Feriæ quartæ jejunium sensim gradatimque in desuetudinem abiit, donec tandem penitus obsolevit. Quo obsoleto, etiam Statio non solum Feriæ quartæ, sed postea etiam sextæ inveteravit, nullumque amplius vestigium harum Stationum ac jejuniorum nobis superest, quam abstinentia,

morem illius damnare Canone 55. *Quoniam intelleximus*, inquiunt, *in Romanorum civitate in sanctis Quadragesimæ jejuniis in ejus Sabbatis jejunari, præter Ecclesiasticam traditam consequentiam, Sanctæ Synodo visum est, ut in Romanorum quoque Ecclesia inconcusse vires habeat Canon, qui dicit: Siquis Clericus inventus fuerit in Sancta Dominica, vel Sabbato jejunans (præter unum & solum) deponatur; sin autem Laicus, segregetur.* Pseudo-Apostolicum Canonem 66 intelligunt. Postea Photius jejunium Sabbati Romanis objecit, velut crimen; quam accusationem egregie depellit Rattamnus Corbejensis Monachus lib. 4 adversus objecta Græcorum cap. 3, Tom. 2 Spicilegii. Eumdem Ecclesiæ Romanæ morem Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus, Leo Actidensis Archiepiscopus, & Nicetas Pectoratus petulantius lacessiverunt: adversus quos Humberrus Cardinalis Sylvæ Candidæ Episcopus calamum acuit, morem Græcorum & ipse acerbius infectatus, eosque accusans, quod Sabbatum a jejunio absolventes lætiusque transfigentes Nazaræorum Hæresim suscitarent, ac Judaismum inveherent.

Boehm. I. E. P. Lib. III, Tit. 46, §. 22. Observatum est §. 15, Sabbato S. Antepaschali tempore *Tertulliani publicum jejunium* in quibusdam Ecclesiis obtinuisse, quod tantum unicum erat per totum annum: cæteroquin *Sabbati* diebus singulis Stationes etiam Romæ ignotæ erant. Jam sæculo IV Romæ *jejunium Sabbatinum* auditum, & in locum *quartæ feriæ* substitutum videtur, quod adeo Romanæ Ecclesiæ peculiare propriumque erat, ut ne quidem Mediolani, aut in aliis Italiæ Ecclesiis obtineret, teste *Augustino Ep. 118.* Incunabula ejus ignorantur. Ab initio hæc jejunia pro arbitrio recepta, a quibusdam Episcopis commendata, & tandem usu & observantia confirmata videntur. Enimvero *Innocentius I*, qui omnes Ecclesias Occidentales ad ritus moresque suos componendas esse censuit, *sabbatina jejunia* ab omnibus ex æquo servanda esse voluit, ut *Epist. I*, relata a *Gratiano in c. 13, de consecr. D. 3*, docet. *Sabbato vero jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicam ob venerabilem Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum Domini jejunamus; Sabbatum prætermittere non debemus: quoniam inter tristitiam & lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat, Apostolos biduo isto & in mærore fuisse, & propter metum Judæorum se occuluisse. Quod utique non dubium est, in tantum eos jejunasse biduo memorato, ut Traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari. Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda.* Quartæ feriæ mentionem non amplius facit: unde auguror, Romæ in locum ejus *sabbatinum jejunium* substitutum, & ob auctoritatem ejus Ecclesiæ pedetentim eumdem morem per *Occidentem* receptum fuisse, ut hodierna praxis adhuc ostendit.

(e) Vide Walchium in Hist. Eccles. p. 1110.

tia, quæ feria sexta & septima cujusvis Hebdomadis carnis esum (*f*) nobis interdicit. Vid. Albaspinæum Obs. Lib. I, Cap. XIII.



QU. XV.

---

p. 1110. Tria scilicet jejuniorum genera erant; Stationum nempe, quæ ad nonam perdurabant; Quadragesimæ, quæ ad solis occasum protrahebantur; duplicia, quæ etiam *superpositiones* vocabantur, & usque ad galli cantum atque alterius diei ortum producebantur.

(f) Card. Garamp. de Jejunio B. Claræ Ariminen. Diss. VI, §. XVI. L'essersi circa il decimo secolo consagrato il giorno di Sabbato ad una particolar divozione verso la Santissima Vergine ne accrebbe vieppiù la divozione: del che possono vedersi i dottissimi Padri Mabillone e Martene. Così anche l'astinenza medesima dalle carni non fu con formale precetto rinnovellata, che nell'XI Secolo. Innocenzo III consultato dall' Arcivescovo di Braga sopra questo punto, rispose, che si attenesse al costume del suo paese; benchè però in Roma anche allora illecito fosse di violare il Sabbato coll'uso delle carni. Onde in simile tenore rispose anche S. Antonino esser peccato mortale *comedere carnes in locis, ubi est consuetudo universaliter non comedendi; secus in Francia, Catalonia, & aliis partibus*. P. C. Tit. XVI, cap. 1, 4.

QU. XV.

Cedo Originem eorum jejuniorum, quæ in solemniorum dierum pervigiliis observanda Christianis omnibus præcipit Ecclesia?

§. I. Quamquam dies Sabbati primis Ecclesiæ temporibus non in esurialium feriarum, sed in festorum dierum (*a*) numero haberetur; tamen Sabbato hebdomadæ Sanctæ, utpote Paf-

(a) *Athanasius*, qui in primis est eorum, qui mentionem fecerunt in die Sabbati Christianos *Alexandriæ* congregari, dicit, non quod Judaismo infecti sint, sed ut dominum Sabbati *Jesum* adorent. Et *Timotheus*, unus ex successoribus ejus in sede *Alexandrina*, sacram cœnam hoc die æque ac die Dominico distribui affirmat. Qui quidem dies soli fuerunt per hebdomadem, in quibus Eucharistia ejus ætate celebrata fuit *Alexandriæ*. *Socrates* de hujus diei officio paulo curatius loquitur: dicit enim omnes ubique terrarum Ecclesias hoc die sacra mysteria celebrare, sed *Ægyptios*, & eos, qui *Thebaidem* incolunt, a cæteris & ipsis *Alexandrinis*, quibus vicini sint, hac in re differre, ut sub vesperam oblatione facta communicent. Alio loco de Ecclesiis loquens *Constantinopolitanis*, tempore *Chrysostomi*, Sabbatum ac diem Dominicum dies festos esse dicit, quibus per singulas hebdomades conventus ecclesiastici agantur. Et *Jo: Cassianus* de Ecclesiis per *Ægyptum* narrat, quod apud illas officium diei Dominici & Sabbati unum idemque semper fuerit. Nam lectiones tum de novo solum testamento recitatas esse dicit, unam videlicet de Evangeliis, & alteram de Epistolis vel Actibus Apostolorum; quum aliis diebus partim de veteri, partim de novo testamento factæ sint. Alio loco observat, quod in monasteriis *Ægypti* & *Thebaidis* præter vespertinas & nocturnas congregationes nulla per diem solemnitas fuerit, excepta die Sabbati vel Dominica, in quibus hora tertia, hoc est nona antemeridiana, ad celebrandam sacram communionem convenerint. In Concilio *Laodiceno* tres canones in eamdem sententiam reperiuntur. Unus præcipit, *Ut Evangelium cum aliis scripturis Sabbato legatur*, Alius, *Quod non oporteat in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato & solis Dominicis*. Quod hosce dies celebrationi Eucharistiæ sacros, & ipsius Quadragesimalis jejunii tempore festos fuisse indicat. Et ex eadem ratione tertius quidam canon decernit, *Quod non oporteat in Quadragesima martyrum natales peragere, sed sanctorum martyrum facere commemorationem in Sabbatis & Dominicis*. Una sola differentia inter Sabbatum & diem Dominicam tum facta erat, quod Christiani in Sabbato non juberentur otiari, sed operandi (quoad divini cultus id ferret ratio)

Paschalis solemnitatis pervigilio, guttur ac venter residere ac feriari jubebantur (*b*). Neque enim tam solemnem diem satis digne recoli posse existimarunt primævi Christiani, nisi ad eum celebrandum jejuniis ac vigiliis se se antea præparassent. Factum paullatim deinceps est, ut hæc ratio celeberrimum ac sanctissimum Paschatis diem præve-

tio) haberent licentiam, diem Dominicum hoc modo præferentes, in quo feriari debebant ut Christiani. Quod si qui hanc regulam migrasse deprehensi essent, tamquam judaizantes anathemate secundum alium ejusmodi Concilii canonem feriebantur. Unde apparet, feriam septimam per singulas hebdomadas publico Dei cultui sacram, non autem ut Sabbatum *Judaicum* celebratam fuisse. *Epiphanius* similiter ejus tamquam diei publicorum conventuum in quibusdam, non autem in omnibus locis meminit. *Basilius* diem Sabbati e quatuor diebus esse dicit, in quibus ætate sua sacram Eucharistiam celebrarint. Ex quibus omnibus percipere possumus, auctorem *constitutionum* ad hanc Orientalis Ecclesiæ consuetudinem manifesto respicere, quando in omni Sabbato præter unum, hoc est Sabbatum ante diem Paschatis proximum, atque in omni Dominica jubet lætos conventus celebrari, hoc est non tantum psalmos cani, lectionem Scripturarum & communes preces recitari, quod erat ordinarium ministerium mane & vesperi singulis diebus, sed sermonem etiam fieri, sive Evangelii prædicationem, sacrificii oblationem, & sacri cibi donum; uti ministerium Sabbati & diei Dominicæ alio loco describit.

(b) Orientales unum Sabbatum post Parasceven jejunio consecrabant, cæteris vero totius anni Sabbatis non solum non jejunabant, sed eodem fere solemni ritu; quo diebus Dominicis, sacros conventus & synaxes celebrabant, uti testantur Athanasius *Hom. de semente tom.* 3, *num.* 7, *pag.* 45, *edit. Patavii* 1777, Socrates *Hist. Eccl. lib.* 5, *cap.* 22, & *lib.* 6, *cap.* 4, *pag.* 295, & 313, *edit. Valesii Cantabrig.* 1720 Cassianus *Instit. lib.* 3, *cap.* 2, *pag.* 30, *edit. cit.* Quinimmo die Sabbati vetitum ipsis erat jejunium, uti patet *ex can.* 56 *Apostol.* apud Coteletium *loc. cit. pag.* 450, & auctore *Constit. loc. cit.*, quod a Catholicis Orientalibus factum est, ne assentiri viderentur errori Marcionis, qui Sabbati jejunium suæ fecerat hæreseos partem, uti demonstrat Epiphanius *hæref.* 22, *vel* 42, *lib.* 1, *tom.* 1, *cap.* 3, *pag.* 304, *edit. cit.* Quæ disciplina magis magisque apud Orientales firmata est, cum hæreses eruperunt Marcianistarum, Lampetianorum, Choreutarum, Adelphianorum, qui superstitiosa & vana observatione Sabbato jejunabant. Orientalium consuetudinem numquam damnavit Ecclesia Romana, immo a Benedicto XIV, *Const. etsi Pastoralis* 57, §. 9, *num.* 8, & *seq. Bullarii tom.* 1, *pag.* 110, *cit. edit.* tolerandus edicitur apud Græcos esus carnium die Sabbati, si sine scandalo fieri potest, in locis autem ipsorum, & inter eos tantum. Gabriel Albaspinæus *observ.* 1, *lib.* 1, *cap.* 13, *pag.* 30, *edit. Neap.* 1770, putat, olim etiam in Ecclesia Romana die Sabbati carnes edi consuevisse. Verum sæculo IV jam Sabbatum inter esuriales dies recensebatur, uti ostendunt Hieronymus *Ep.* 71 *ad Lucianum Bat. num.* 6, *col.* 432, *tom.* 1, *edit. Veronæ* 1734, Augustinus *Ep.* 42, *ad Hieronymum cap.* 2, *num.* 14, *col.* 194, & *Ep.* 36 *ad Consulanum cap.* 13, *num.* 30, *col.* 80, *tom.* 2, *edit. indic.* Neque vero hoc Sabbati jejunium, ut quidam putant, primum institutum est ab Innocentio I, *Epist. ad Decent. Eugubin. cap.* 5, *num.* 7, apud Constantinum *col.* 859; nam Innocentius non novi aliquid constituit, sed confirmat quod jam constitutum receptumque erat. In Africa ætate Augustini, uti ipse testatur *cit. Ep. ad* Ca-

veniendi, ad alios etiam solemniores anni dies propagaretur (c).

§. II. Displicuit hoc Institutum Vigilantio clamitanti nocturnas vigi-

Causulanum num. 32, *col.* 81, quædam Ecclesiæ erant, quæ Sabbato jejunabant, quædam, quæ non jejunabant; item in Ecclesia Mediolanensi Sabbati jejunium non observabatur, uti narrat ipse Augustinus *loc. cit.*, & Ambrosius *de Elia & jejun. c.* 10, *num.* 34, *Opp. tom.* I, *col.* 655, *edit. Venet.* 1748. Similiter in Hispaniis Romanæ Ecclesiæ consuetudinem non obtinuisse constat ex Concilio Coyacensi *cap.* 17, *tom.* 6, *par.* 1, *collect. Harduini col.* 1028. Labentibus annis jejunium Sabbati fere ubique antiquari cœpit; & ideo S. Gregorius VII in Concilio Romano *can.* 31, *dist.* 1, *de consecr.* non ausus antiquam disciplinam integram restituere, satius putavit Fideles commonere, ut ea die sese ab esu carnium abstineant. Innocentius III *in cap.* 2, *de observant. jejun.* cum a Bracharensi Episcopo de Sabbati jejunio interrogatus fuisset, respondit, *quod super hoc consuetudinem tuæ regionis facias observari*. Hinc communis Doctorum opinio est, licere die Sabbati carnes comedere, ubi earum esus a recepta consuetudine non est interdictus. Consule Glossam *in cit. can.* 31, S. Antoninum in *Summ. Theolog. pag.* 1, *tit.* 16, *cap. unic.* Fagnanum *in cit. cap.* 2, *num.* 19, *& seq. de observant. jejun.* Pirbingium *jus Ecclesiast. tit.* 46, *lib.* 3, *num.* 2.

(c) L'origine des Veilles n'est difficile à découvrir. Des que le Christianisme leur fait des progrés, il excita la haine des Juifs & de Païens, ils se firent un point de religion de le détruire, ils persecuterent ceux qui en faisoient profession. Les Chrétiens furent donc obligés de cacher leur culte, de ne s'assembler que la nuit, ou dans des lieux inconnus à leurs ennemis. Cette conduite même donna lieu à des calomnies, on leur reprocha ces assemblées nocturnas, on les accusa d'y commettre des crimes, on les appela par derision, *Nation ténébreuse & qui fuyoit le* grand jour, &c. *Minut. Felix c.* 8, *Plinius ep. ad Trajan. Tertull. Apolog. c.* 2, &c.

A cette raison de nécéssité se joignirent des motifs de religion; des l'origine, la Fête de Pâque fut la principale des solemnités chrétienes; les Fideles passoient la nuit du Samedi au Dimanche à célébrer les Saints Mysteres & à y participer, a chanter des Psaumes, à écouter des lectures & des instructions pieuses, & demeuroient assemblés jusqu'au lever du soleil, qui étoit l'heure de la Résurrection de Jésus-Christ. Peu à peu cette maniere de célébrer les *Veilles* s'etendit aux anniversaires des Martyrs. On y joignit le jeûne comme a la Fête de Pâque; & tout le monde convient que telle a été aussi l'origine des Offices de la nuit. De là enfin est né l'usage de commencer le jour ecclesiastique depuis les Vêpres ou le soir, jusqu'au lendemain à pareille heure, au lieu que le jour civil ne commence qu'à minuit; & on a nommé *Vigile* ou *Veille* tout le jour, qui précede une solemnité, pendant le quel on observe l'abstinence & le jeûne.

On ne peut pas disconvenir que cette pratique ne fût très-pieuse & très-édifiante, puisqu'elle étoit destinée a rapleraux Fideles le souvenir des Mysteres de nôtre Redemption, à leur inspirer une tendre reconoissance envers Jésus-Crist, qui à daigné les opérer & à renouveler le Mémoire des persècutions & des combats par les quels notre Sainte Religion s'est établie. Il s'y mêla sans doute quelquels abus dans la suite, lorsque les mœurs des Chrètienes se furent relâchées; quelques persones pieuses, sur-tout des femmes, s'aviserent de pratiquer par dévotion des *veilles* particulieres, & de passer la nuit a prier dans les Cimetieres; le Concile d'El-

gilias, eas præsertim, quæ diurnum jejunium consequuntur, comessationibus ebrietatibusque occasionem præbere, locumque facere iis, quæ dicuntur *opera tenebrarum*. Verum nocturnarum vigiliarum patrocinium defensionemque adversus Vigilantium suscepit S. Hieronymus, easque auctoritate Christi Dei Filii *pernoctantis in Oratione Dei* (Luc. VI, 12) discipulosque suos increpantis, *quod non potuissent una hora vigilare secum* (Matth. XVI, 40), exemploque Apostolorum ac primorum Christianorum *media nocte orantium & laudantium Deum* (Act. XII, 12, & XVI, 25) ab omnibus Adversariorum ictibus liberavit. Quod si eæ omnes res, quibus abutuntur homines, de medio tollendæ essent, aquam & ignem e mundo tollere deberemus; nec quidquam est tam sanctum, quod non aliquando improborum hominum violet audacia.

§. III. Vigilantii hæresim ab Hieronymo obmutescere jussam excitarunt,

---

d'Elvire en Espagne, tenu vers l'an 300, défendit cet abus, *can.* 35: „ nous défendons aux femmes de passer la nuit dans „ les Cimetieres, parce que souvent elles „ commettent des crimes sous prétexte de „ prier. " Aussi un Concile d'Auxerre, de l'an 578, *can.* 3, defend de célébrer les *veilles* ailleurs que dans les Eglises. *Act. Concil. Harduini* tome 3, p. 443.

Videndi sunt in primis S. Joannes Chrysostomus *Hom.* 1, *tom.* 6, *pag.* 95, *& Homil.* 4, *pag.* 121, *Homil.* 30 *in Genesim tom.* 4, *num.* 6, *pag.* 303, *Homil. de terraemotu tom.* 2, *pag.* 718, *edit. Paris. laudat.* S. Augustinus *confess. lib.* 9, *cap.* 7, *tom.* 1 *Opp. col.* 162, *edit. Venet.* 1729, Socrates *lib.* 1, *cap.* 37, *pag.* 73, *&* Sozomenus *lib.* 2, *cap.* 6 *&* 29, *pag.* 53 *&* 86, uterque *edit. Valesii Cantabrig.* 1720, Sidonius Apollinaris *lib.* 5, *ep.* 17, *pag.* 148, *edit. Paris.* 1652.

Cardinal. Garampius de jejun. Beatæ Claræ Ariminensis Diss VI, §. 18, *pag.* 222. L'Autor della *Leggenda* tra i digiuni prescritti dalla Chiesa nomina specialmente le *Vigilie degli Apostoli & de S. Giovambaptista*, che l'Ostiense fino dal XIII secolo dichiarò *jejunia solemnia generaliter indicta*; e assai prima S. Pier Damiano declamando contro l'abuso di quelli, che allora non le digiunavano tutte asserisce, che *absoluta auctoritas est Canonum, quæ generaliter præcipit omnes Apostolorum vigilias celebrari*. Ma riguardo a queste degli Apostoli è degno di osservazione, qualmente consultato Innocenzo III sopra di esse dall'Arcivescovo di Braga si contentò di esporgli nudamente il costume della Chiesa Romana, la quale col digiuno le osservava, senza che egli aggiungesse sopra di ciò comando alcuno più preciso. Ma nella compilazione, che Papa Gregorio IX fece poi delle Decretali dei Pontefici suoi Predecessori, riferendo il testo d'Innocenzo III, laddove questi aveva scritto: *apud nos Apostolorum omnium vigiliæ in observatione jejunii celebrantur*, egli accomodandosi alla più religiosa pratica del suo tempo mutò il testo in forma precettiva: *quod omnium Apostolorum vigiliæ sunt in observatione jejunii celebrandæ præter &c.* E così vennero a universalmente dichiararsi di precetto le vigilie di tutti quegli Apostoli, le feste dei quali cadono fuori del tempo Pasquale e Natalizio di Cristo.

S'inganna per tanto a mio credere il dottissimo Tomassino, il quale nel suo *Trattato dei digiuni* crede, che S. Raimondo compilatore delle Decretali Gregoriane a solo oggetto di abbreviar il testo

runt, atque in lucem eduxerunt juniores Hæretici (*d*), qui non tantum vigiliis, sed etiam jejuniis acerrimum bellum indixerunt. Verum horum audaciam fregerunt Baronius, Bellarminus, Cozza, Gottus, Natalis Alexander, aliique, qui jejuniorum usum ab ipso Christo nostræ Religionis satore institutum, atque ab Apostolis Christi doctrinæque propagatoribus ad omnes terrarum oras propagatum, necnon ab Apostolorum successoribus semper retentum, numquam intermissum, & ad nostra usque tempora constanti omnium Orthodoxorum consensione ac moribus custoditum, a nobis religiose custodiendum esse docuerunt.

§. IV. Ne igitur Majorum nostrorum degeneres esse, neve ab eo cursu, quem usque ipsi tenuerunt, deflectere videamur, solemniores anni dies præeunte jejunio recolamus ac celebremus, Ecclesiæque pareamus, quæ nos vetat in sanctioribus pervigiliis abdomini indulgere, jubetque animum a corporis obsequio ad divinarum rerum cogitationem avocare (*e*).

§. V. Si fontes tibi monstrari vis, e qui-

sto d' Innocenzo III ne mutasse l' espressione; e così proponesse ciò, che non era, se non un esempio della disciplina di Roma in forma di Costituzione, *ma senza necessità di obbligazione: perciocchè questo esempio non viene esposto nel testo della Legge Canonica della Chiesa, se non che per essere imitato; senza togliere con tutto ciò la libertà antica alle Chiese particolari di abbondare nel loro sentimento, e di conservare le loro pratiche antiche diverse da quelle di Roma, ma innocenti, e in se stesse indifferenti.* S' inganna, dico, il Tomassino, perchè la mutazione del suddetto testo non si fece per motivo di abbreviarlo, come egli suppone, tanto essendo le parole del testo primitivo Innocenziano, che del Gregoriano. Ma convien dire, che Gregorio IX, conosciute forse meglio le circostanze de' suoi tempi, volle appunto con ciò estendere a tutto il mondo Cattolico in forma precettiva ciò, che era stato soltanto particolarmente proposto all' Arcivescovo di Braga dal suo antecessore.

(*d*) Calviniani atque in primis Joannes Dallæus *lib. de jejun. & Quadrag.* contendunt de veteri Ecclesiæ more Christianos pro arbitrio suo, non autem ex necessitate jejunia celebrasse. Hinc, ajunt, jejuniorum disciplinam, quæ a Catholica Ecclesia constituta est, non abesse a sententia Montanistarum; quoniam ut his erant, ita Catholicæ Ecclesiæ stata jejunia, quæ ex necessitate observari debeant. Sed putidæ hæ calumniæ sunt, quas satis refutarunt Catholici, quos inter videndus est Natalis Alexander *Histor. Eccl. sæc. 2, dissert. 4, pag. 304, seq. edit. Venet.* 1776. Sane veteris Ecclesiæ jejunia non ex hominum voluntate & arbitrio, sed ex legis necessitate Christiani observarunt; & Montanistarum jejunia Ecclesia rejecit atque damnavit, quod ea illi ducerent ex figmento novarum revelationum, quas se a Paracleto Montanus accepisse jactabat.

(*e*) Observatio jejunii omnibus indicta est, qui ad constitutam ætatem pervenerunt; & Episcopus curare præsertim debet, ut hæc integra observatio fit (Concil. Trid. *sess.* 25, *de reform. Decret. de elect. lib. jejun. & dieb. fer.*). Verum carnes aut ova comedendi facultas a Præsidibus iis tribuitur, præserrim in Quadragesima, qui judicio medicorum propter adversam valetudinem cibos esuriales ferre non possunt. Sæpe etiam a summis Ponti-

quibus pleniores hujusce rei latices haurire possis, adi Alphonsum Ciacconium, qui de jejuniis & varia eorum apud antiquos observantia librum edidit Romæ anno 1559. Hunc postea secuti sunt Ludovicus Thomassinus Tract. Historico-Dogm. P. de l'Jole Hist. Dogmat. & Moral. de jejun. edit. Parisiis an. 1781, Petavius ad Epiphanium pag. 356, Rigaltius ad Tertull. de jejun. Baronius ad an. 57, Valesius ad Euseb. Hist. Eccles. Lib. V, cap. 24, Allatius de Synod. Photian. pag. 529, Gabriel Albaspinæus in Obs. Ecclesiast. Joannes Cabassutius, Dugnetus Conf. Ecclesiast. Tom. I, Dissert. VII & XXIII, Emmanuel Scheletratius in Dissert. Posthum. edit. Romæ 1739. Mamach. de morib. primor. Christ. Tom. II, Cap. V, §. 1, seqq. Franciscus Xaverius Manhart. in Lib. singular. do antiquitat. Christian. edit. August. Vindel. 1767, §. 3, num. 59, pag. 202, Galliciolus Isagoges Liturgiæ Cap. XIV, num. 23, Pellicia de Christianæ Ecclesiæ politia Tom. II, Lib. V, cap. 10, pag. 243. Adde his duas dissertationes, alteram Joannis Launoji de veteri ciborum delectu, alteram Joannis Nicolai de jejunii Christiani & Christianæ abstinentiæ vero & legitimo usu, edit. Paris. anno 1667.


Quod si vero pestiferos haustus non perhorrescis, consulere poteris Joannem Dallæum de Jejun. & Quadragesi. Guillelmum Beveregium in Cod. Canon. primitivæ Ecclesiæ Lib. III, Samuelem Basnagium Tom. II annal. Eccl. ad an. 204, Fridericum Ulricum Callixtum de jejun. Helmastadii 1676, Joachinum Hildebrandum de jejun. Helmastad. 1709, Schurzfleischium in controv. insignior. antiq. Eccles. a Walch. editis pag. 239, e quibus, licet lutulenti fluant, tamen aliquid habes, quod tollere possis.

---

tificibus integræ nationi justis de causis eadem hæc venia conceditur. (Inter cæteras, quæ a Romanis Pontificibus integræ nationi ea de re datæ sunt facultates, celebris est *Bulla Cruciata*; quæ ita dicitur, quod olim hæc Bulla concederetur militibus, qui rubro signo S. Crucis insigniti ad bellum contra Turcas proficiscebantur sub Urbano II, & in Consilio Lateranensi sub Julio II. Nunc conceditur Christianis omnibus in Regno Neapolitano, atque in regnis & provinciis Hispaniarum Regi subjectis certam opem sive operam in subsidium belli contra Infideles & Hæreticos conferentibus. Hoc idem privilegium an. 1743 Bened. XIV, *in Const. Quoniam 86, tom. 1 ejus Bullar. edit. cit. pag.* 172, attribuit etiam Militiæ Hierosolymitanæ & incolis insularum ipsius ditioni subjectarum. Qui ejus Bullæ beneficio utuntur præter alia privilegia illud etiam habent, ut perseverante anno Bullæ ovis, lacte, carnibus jejunii diebus vesci possint. Multa, quæ ad hanc Bullam pertinent, præter ceteros collegit Lucius Ferraris *Biblioth. verb. Bulla Cruciata*.) In quo illud animadvertere oportet, quod, quibus est permissus esus carnium, ovorum, casei, lactis, ii jejunii diebus unicam comestionem servare debent, (Bene-

nedictus XIV *Const. Non ambigimus* 19, §. 4, *pag.* 30, & *Const. Si Fraternitas* 99, *pag.* 217, *ejus Bullarii tom.* 1, *edit. indic.*) neque cum epulis, quibus ex venia utuntur, esuriales cibos miscere possunt, (Benedictus XIV *Constit.* 19, §. 4, & *Const.* 99, *mox laud.*) aut in vespertina cœnula carne, ovis, lacte, caseo vesci. (Benedictus XIV *ead. Const.* 99. Vide etiam ejusdem Benedicti *Constitutionem libentissime* 130, *pag.* 319, *tom.* 1 *ejus Bullarii*, ubi multa habes, quæ ad jejunii leges pertinent.)

Hac de re consule Joannem Marchetti, qui anno 1792 Dissertationem edidit adversus eos Episcopos, qui integrum sibesse rentur, veniam facere toti suæ Diœcesi, ut tempore Quadragesimali aliisque totius anni pervigiliis carnibus vescantur. In hac Dissertatione nihil est, quod amplius desiderare possis.



QU. XVI.



QU. XVI.

Recita tertium Ecclesiæ præceptum.

Peccatorum Confessio omnibus ne Christianis imperata (*)?

§. I. INnocentius III in Concilio Lateranensi IV hunc tulit canonem.

(*) *Jueninus De Sacram. Diss. VI, de Pænit. Cap. 2, Diss. VI, pag.* 402: Necessitas confessionis potest considerari habita ratione vel juris divini vel Ecclesiastici: de ea ad utrumque illum respectum comparata; hoc in capite dicendum nobis occurrit.

Superius, pag. 389, contra Calvinistas ostensum est peccatorum confessionem ipsimet Christo suam institutionem debere. Verum cum omnia, quæ juris sunt divini, non sint necessaria necessitate medii, quæremus hic primo, an ejusmodi sit peccatorum confessio: secundo, quando nam obliget divinum confessionis præceptum.

Utrum peccatorum confessio sit omnibus post Baptismum lapsis necessaria necessitate medii.

Conclusio. Peccatorum confessio cuique post Baptismum lapso necessaria est necessitate medii.

Probatur. Absolutio Sacramentalis est omnibus post Baptismum lapsis necessaria necessitate medii, ut fuse suo loco dicetur; ergo & confessio peccatorum: impendi scilicet absolutio non potest, nisi per modum actus judicialis, cum sit executio potestatis, quam hisce verbis, *Quæcumque ligaveritis super terram. &c.* Christus Apostolis eorumque in Sacerdotio successoribus pollicitus est, actus autem judicialis exerceri non possit in reum, nisi illius crimina prius innotuerint; innotescere vero non possunt, præsertim si secreto commissa sint, nisi per spontaneam reorum confessionem. Ergo &c.

Confirmatur illud argumentum ex Patribus, qui (ut ostensum est pag. 390) ex ea ligandi ac solvendi potestate, quam Christus Apostolis concessit, concluserunt, cuique lapso confitendi onus incumbere.

Confirmatur iterum ex eo, quod iidem Patres damnationem æternam minentur iis, qui confiteri detrectarint. Nam primo enim, qui peccata confiteri veretur, comparant cum iis, qui noxium & mortiferum humorem ex corpore non evomunt: ita Origenes hujusce nostri operis pag. 380. Secundo ajunt similem esse iis, qui medico non aperiunt morbum, quem in verecundioribus corporis partibus contraxerunt. Ita Tertullianus superius pag. 378. Tertio contenderunt hoc esse discrimen inter confessionem in antiqua lege

nonem: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia*

ge necessariam, et eam, quæ nunc requiritur, quod illa Deo soli fieret, ista vero Sacerdotibus fieri debeat ab impio, ut peccatorum suorum veniam consequatur. Ita Chrysost. supra pag. 384. Quarto expressis terminis docuerunt confessionem *necessario* fieri debere ab eo, qui lapsus est: *necessario*, inquit Basilius in Regulis brevioribus, *iis peccata aperiri debent, quibus credita est mysteriorum dispensatio*.

Objicies primo. SS. Patres recensent multa alia a confessione media, quibus peccatorum venia comparetur. Origenes homil. 2 in Leviticum præter Baptismum & Sacerdotis absolutionem quinque aliorum meminit: *est adhuc & septima* (via ad consequendam peccati remissionem) *licet dura & laboriosa &c.*

Resp. vias, quas Origenes subministrat, esse externa pietatis opera, quibus aut obtinetur aut probatur contritio, quæ cum confessionis voto impium in casu necessitatis, absente nimirum Sacerdote, & imminente pœnitentis morte, justificat.

Objicies secundo. Multos doctores (alioquin Catholicos) reperire est, qui docuerint confessionem non esse lapsis necessariam. Primo Petrus Lombardus Magister Sententiarum de necessitate confessionis hæc scribit lib. 4 Sent. dist. 17. *In his enim etiam docti diversa sentire inveniuntur, quia super his varia ac pene adversa tradidisse videntur doctores*. Secundo. Eamdem quæstionem dubiam ac ancipitem reliquit Gratianus; ubi enim 2 part. Decreti dist. I, cap. 89, diversos diversa sentientes recensuit, sic loquitur: Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis utraque sententia satisfactionis & confessionis innitatur, in medium breviter exposuimus. *Cui autem horum potius adhærendum sit, lectoris judicio reservatur. Utraque enim fautores habet sapientes & religiosos viros*. Tertio. S. Thomas de iis auctoribus eorumque sententia sic loquitur in 4. dist. 27. *An sufficiat soli Deo confiteri, Magister & Gratianus hoc pro opinione ponunt. Sed nunc, post determinationem Ecclesiæ sub Innocentio III factam, hæresis reputanda est*.

Resp. 1. apertam hæresim fuisse etiam ante Concilium Lateranense negare Confessionem auricularem negando clavium potestatem: unde opinio Calvinistarum, qui negant Confessionis necessitatem, quod negent potestatem clavium fuisse Sacerdotibus concessam, expresse fuit hæretica, ante canonis, *Omnis utriusque sexus*, promulgationem. *Quæritur hic* (inquit S. Bonaventura in lib. IV Sententiarum dist. XVII) *utrum tales* (seu qui asserunt sufficere, quod confessio soli Deo fiat) *fuerunt hæretici. Et quod non videtur, quia Magister recitet hoc tamquam opinionem probabilem. Sed contra est, quia negans confessionem, negat absolutionem, ac per hoc negat clavium virtutem; & id manifeste est contra Scripturam, & ita contra fidem*.

Resp. 2. auctores, qui, admissa potestate clavium, negabant absolutam necessitatem confessionis, seu qui asserebant utilem quidem esse confessionem, & confessos per virtutem clavium recipere peccatorum remissionem, quamvis contenderent confessionem absolute non requiri; respondeo, inquam, eos auctores quippiam humani passos fuisse. Et sane quæ ab eis in causa, de qua agitur, scripta sunt, unanimi præcedentium Patrum traditioni opposita sunt: unde licet non fuerint hæretici formaliter, ut vocant, seu cum pertinacia (quod unum volunt Magister Sententiarum & S. Thomas), materialiter tamen fuerunt hæretici, seu propugnarunt opinionem, quæ in se ipsa & a parte rei erat hæretica.

Quan-

omnia sua solus peccata saltem semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & in-

Quandonam obliget Divinum Confessionis praeceptum?

Divinum praeceptum confessionis per se obligat lapsos in probabili mortis periculo. Per accidens vero, cum quis aliquod Sacramentum vel administrare vel recipere tenetur.

Probatur prima pars. Commune est omnibus praeceptis affirmativis, ut obligent necessitatis tempore, cujusmodi est morale vitae periculum, ut dum quis conscius alicujus peccati mortalis committit se praelio vel periculo navigationis, dum mulier prima vice parit, vel aliis vicibus, si in primo partu ingentes dolores experta fuerit.

Probatur altera pars. Sacramenta vivorum praerequirunt in suscipiente gratiam sanctificantem, quae quidem (ut superius probatum est) ordinarie non habetur sine praevia peccatorum confessione. Administratio Sacramentorum (ut hujusce operis dissertatione prima ostensum est) indigne fit, cum peragitur a ministro, qui jacet in statu peccati mortalis.

Quaeres I, quaenam sint alia tempora, in quibus extra casum necessitatis per se urget divinum praeceptum confessionis?

Resp. primo Guillelmus Parisiensis hominem *statim* post admissum peccatum laethale teneri ad confessionem. Sed vera non videtur ea sententia, eo quod statim post peccatum non sit semper morale vitae periculum: unde licet reus, qui ad breve tempus differt confessionem, exponat se metaphysico periculo aeternae damnationis, non se exponit tamen morali, ac proinde lethaliter non peccat.

Nec obest, quod nonnulli reponunt ex S. Bonaventura, sanctum scilicet Doctorem censuisse quemque lapsum *statim* ad confessionem teneri. Nam nusquam id docuit S. Bonaventura saltem de laicis hominibus: sic enim loquitur in IV Sent. Dist. 17, part. 2, art. 2. *Aliter censendum de Religioso, aliter de Laico. Nam Religiosi totum tempus vitae est tempus poenitentiae; & ideo habita copia Sacerdotis, si peccavit mortaliter, credo quod tenetur sine mora confiteri & ad ipsum recurrere: Laicus vero potest rationabiliter expectare tempore Quadragesimae, quod est tempus poenitentiae.*

Confirmatur ex eo, quod laude dignus videatur peccator, qui differt confessionem, ut ad absolutionem paret se diligentius, per juges nimirum preces petendo contritionis donum, quod quidem Deus unico & brevi momento non est solitus concedere iis praesertim, qui in immane aliquod scelus lapsi sunt. Praeterea piam illam confessionis dilationem probat exemplum veteris Ecclesiae, quae ad Baptismum non admittebat Catechumenos, ubi primum nomen suum dedissent. Probat etiam praxis ejusdem veteris Ecclesiae circa poenitentes: licet enim eorum confessiones audiret, ubi primum id peroptabant, eis tamen ordinarie non impertiebatur absolutionem, nisi post expletam canonicam satisfactionem: illi igitur persuasum erat nullum inferri damnum lapsis ex eo, quod aliquamdiu absolutionis collationem differret, censebat nempe Deum in homine contrito & agente poenitentiam supplere virtutem Sacramenti in casu necessitatis.

Resp. secundo nonnulli alii scriptores, lapsum jure divino non teneri ad confessionem, nisi semel in anno, ita ut non peccet, si ad annum usque suam confessionem differat. Probant ex eo, quod, inquiunt, praeceptum ecclesiasticum confitendi semel in anno sit determinatio divini praecepti confessionis non absimili ratione, qua praeceptum ecclesiasticum sumendi Eucharistiam in Paschate est determinatio temporis, quo quisque adultus tenetur ad communionem.

Sed

& injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere; suscipiens ad

Sed veritate non nititur ea sententia. Nam primo sæpe est morale vitæ periculum intra annum: ac proinde æternæ se damnationis periculo exponit, qui ex segnitiæ ad annum usque suam confessionem protrahat. Secundo lapsus, qui, habita opportunitate loci, temporis, Sacerdotis, suam confessionem differt in annum, non potest, quin tamquam suæ salutis neglector audiat: unde Patres quondam nonnullis Catechumenis crimini verterunt, quod ex socordia & segnitie ad Baptismum accedere detrectarent; arguerunt quoque lapsos, qui de die in diem sui criminis exomologesim facere differrent.

Respondendum est igitur ad quæstionem, de qua agitur, divinum præceptum confessionis obligare lapsum intra breve tempus: ita ut lapso non liceat in multum tempus secundum prudentum æstimationem suam confessionem differre. Ratio est, quia ipsa naturali lege docemur, diu differre non debere reconciliationem cum Deo, quem offendimus. Unde, ait Estius, si amicus qui amicum offendit, si filius qui læsit patrem, rei sunt negligentiæ, cum non dant operam, ut pro opportunitate redeant in ejus gratiam, quem læserunt; multo magis reus est peccator, qui multum differt suam cum Deo reconciliationem, quæ quidem ordinarie non fit, nisi cum actu absolvitur a Sacerdote, ac proinde post peractam peccatorum confessionem.

An Confessio necessaria sit jure Ecclesiastico?

Omnibus Christianis adultis jure ecclesiastico necessaria est peccatorum confessio; idque semel in anno.

Probatur quarti Concilii Lateranensis canone 21, qui ubique promulgatus est: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum; nisi forte de consilio proprii Sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura.* Illa verba strictum præceptum continere ostenditur primo ex eo, quod Patres Lateranenses sancitam a se legem *statutum* appellent. Secundo eo quod eos, qui non obtemperaverint, damnent excommunicatione. Tertio Concilium Tridentinum sess. 14, can. 8, & quæ post illud habitæ sunt Synodi Provinciales, & tandem omnium Ecclesiarum consensus laudata verba Concilii Lateranensis de stricto præcepto exponunt. Unde concluditur, eum, qui ob rationabilem causam excusaretur a communione Paschali, ut ii sunt, qui timerent vomitum, non propterea liberum esse ab annuæ confessionis præcepto.

Quæres primo, qua anni parte obliget ecclesiasticum præceptum Confessionis?

Resp. Concilium Lateranense nullam in specie anni partem determinasse pro edenda Confessione, quamvis Paschale tempus pro Eucharistiæ communione determinaverit. Nonnulla tamen concilia, quæ in Provinciis habita sunt, pro Confessione non minus quam pro Communione tempus Paschale determinarunt, ut superius pag. 394 ostensum est. Quadragesimalis temporis meminit S. Joannes Chrysostomus homilia 30 in Genesim, ubi sic loquitur: *Quia in magnam hanc hebdomadam pervenimus Dei gratia, nunc maxime & jejunii cursus intendendus, & magis continuandæ sunt preces, faciendaque diligens & pura peccatorum confessio.* Ritualia Pœnitentialia, quæ post sæculum septimum conscripta sunt, præscribunt, ut

ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum: alioquin & vivus ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & mortuus Christiana careat sepultura (a).

§. II.

ut lapsi confiteantur ineunte Quadragesimali tempore, ut nempe Quadragesimam pœnitentiæ impendant. Chrodegandus vult, ut fideles ter in anno confiteantur: *Hæc est ratio pœnitentiæ & confessionis nostræ, quæ coram Deo & Sacerdotibus ejus a nobis pariter agendæ sunt* (inquit in regula, quam octavo sæculo pro Canonicis Metensibus conscripsit), *idest in unoquoque anno tribus vicibus, idest tribus Quadragesimis populus fidelis suam Confessionem suo Sacerdoti faciat*.

Quæres secundo, per quam confessionem impleatur præceptum Ecclesiasticum confessionis?

Resp. præceptum, de quo agitur, impleri tantum per confessionem, quæ valeat. Illam enim confessionem semel in anno faciendam præscripsit Ecclesia, quam Christus ipse injunxit: unde merito Alexander VII proscripsit hanc quorumdam recentiorum Casuistarum propositionem: *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ*.

Quæres tertio, utrum præcepto de annua confessione omnes omnino adulti fideles ligentur?

Respondent negative plures Theologi: volunt nempe Canonem Lateranensem eos tantum obligare, qui in statu peccati mortalis versantur. Verum contrariam sententiam superius defendimus tamquam probabiliorem; potestque ex S. Thoma confirmari, qui in suppl. quæstione VI, artic. III, sic loquitur: *Respondeo dicendum, quod ad confessionem dupliciter obligamur. Uno modo ex jure divino, ex hoc ipso quod est medicina; & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantum, qui mortale peccatum incurrunt post Baptismum. Alio modo ex præcepto juris positivi; & sic tenentur OMNES institutione Ecclesiæ edita in Concilio generali sub Innocentio III, tum ut quilibet peccatorem se recognosceret, quia omnes peccaverunt & egent gloria Dei, tum ut cum majori reverentia ad Eucharistiam accedatur, tum etiam ut Ecclesiarum rectoribus sui subditi innotescant, ne lupus intra gregem lateat*.

Quæres quarto, utrum is, qui præcepto non fecit satis statim post annum, confiteri teneatur?

Resp. affirmative, quia ideo Ecclesia præcepit confessionem semel in anno faciendam, ne ulterius differatur. Ergo quemadmodum solvendi debitum non desinit in debitore, cum præfixo tempore non solvit; ita nec in fideli cessat obligatio confitendi, cum statuto tempore non fecit satis præcepto de annua confessione.

Quæres quinto, utrum transgressores præcepti ecclesiastici de annua confessione sint ipso facto excommunicati?

Resp. negative. Ratio est, quia excommunicatio, de qua Concilium Lateranense loquitur, non est latæ sententiæ, sed ferendæ. Idest pastor vi canonis jus habet ad excommunicandum pertinacem transgressorem.

(a) Le quatrieme Concile de Latran tenu l'an 1215, sous Innocent III, can. 21, ordonè à tous les fideles de l'un & de l'autre sexe parvenus à l'âge de discretion de confesser tours leurs péchés, au moins une fois l'an, à leur propre Prêtre. Que si quelqu'un, pour une juste cause, vent confesser ses péchés à un Prêtre étranger, il en demandera & en obtiendra la permission de son propre Prêtre, parce qu'autrement cet étranger ne pouroit le lier ni le délier. C'est de ce canon que les Protestans ont pris occasion de soutenir que la *confession* sacramentale est une invention du Pape Innocent III, & qu'elle ne remonte pas plus haut que le

§. II. Difficile dictu est, quantopere hunc Canonem allatrent recentiores Hæterodoxi . Clamant illi, Sacramentalis Confessionis necessitatem

le treizieme siecle ; le contraire est suffisament prouvè..

Mais on a disputé, même parmi les Catoliques, pour savoir ce que le Concile de Latran a entendu par *propre Prêtre* & *Prêtre étranger*. Plus d'une fois les Religieux ont voulu soutenir que le *propre Prêtre* est non seulement le Curè, mais tout Confesseur approuvé : ils ont obtenu plusieurs Bulles des Papes, qui le déclaroient ainsi. En 1371, Jean XXII condamna Jean de Poilly, Docteur de Paris, qui avoit soutenu le contraire, à se retracter publiquement. Fleury, *Hist. Eccles.* liv. 92, §. 54.

Cependant, l'an 1280, un Sinode de Cologne, & l'an 1281, un Concile de Paris composè de vingt-quatre Evéques & d'un grand nombre de Docteurs avoient déja décidè la contestation en faveur des Curés. Aussi en 1451 & 1456 la Facultè de Thèologie de Paris en 1478 le Pape Sixte IV confirmerent cette décision, & elle a toujours été suivie dans le Clergè de France. C'est évidemment le sens du Concile de Latran puisqu'il exige que celui qui voudra se confesser à un Prêtre étranger, en obtiene la permission de son *propre Prêtre*. Certainement tout Prêtre approuvè ne peut pas donner cette permission, & sous le nom de *Prêtre étranger*, le Concile n'a pas erendu un Prêtre non approuvè ; aucune permission ne pouroit suppléer au défaut d'approbation. Mais cela n'ôte point aux Evéques le droit d'acorder a tout Prêtre approuvè pour leur diocèse, le pouvoir d'entendre les *confessions* paschales, sans qu'il soit besoin d'une permission expresse des Curés.

Ce même Concile de Latran a déclaré que le secret de la *confession* est inviolable dans tous les cas, & sans aucune exception. Il l'est en effet de droit naturel, puisque le bien de la sociètè chrétiene l'exige ainsi ; sans cette sûrete, qui est le pécheur coupable de grands crimes qui voudroit les accuser à un Confesseur ? Quoique l'on ne conoisse aucune loi divine positive, qui ordone ce secret inviolable, on ne peut pas croire que Jesus-Christ ait imposè aux pécheurs le jong de la *confession*, avec le danger de se diffamer euxmèmes ; il n'a pas même exigè l'aveu formel de ceux auxquels il acordoit le pardon, parce qu'il connoissoit leur intérieur. Quant à la loi ecclesiastique, qui prescrit au Confesseur un silence absolu, elle est très-ancienne, puisqu'au quatrieme siecle on supprima les Pénitenciers, parce qu'un crime accusè a celui de Constantinople étoit devenu public & avoit causè du scandale.

Il est donc étonant que dans le Dictionaire de Jurisprudence on ait decidè qu'il faut excepter du secret de la *confession* le crime de lésemajestè au premier chef, c'est-à-dire les conspirations tramées contre le Roi ou contre l'Etat, & que le Confesseur se rendroit coupable en ne le revelant pas. Nous soutenons avec tous les Théologiens, qu'au contraire il se rendroit très-coupable le révélant. Ou est le criminel qui voudroit accuser, dans le tribunal de la penitence, un pareil crime, s'il savoit que le Confesseur doit le réveler au Magistrat ? C'est le sceau inviolable de la *confession* qui seul peut l'engager à s'accuser, qui met le Confesseur à portée de le détourner de ce forfait, de l'obliger même par le refus de l'absolution à prévenir l'execution par des avis indirects du Jurisconsulte que nous réfutons, loin de pourvoir à la sûretè des Rois & de l'Etat, les met en plus grand danger. Henri IV le comprit très-bien, lorsque le Pere Coton, son Confesseur, lui allégua cette raison.

L'Auteur du Dictionaire s'en est laissè imposer par un de nos Philosophes ;

tem tunc primum ab Innocentio per hunc Canonem invectam esse, quæ antea voluntaria erat (*b*).

Sacramentalem confessionem non tum primum Innocentius præcepit, sed a Christo præceptæ tempus præstituit. *Ratio enim Ecclesiastici præcepti*, ut ait Cardinalis Cajetanus in Opusc. Tract. V de Confess. Qu. 1, p. 81, *non est præcipere confessionem, sed præceptam divino jure Confessionem determinare quoad tempus executionis; & propterea sub Ecclesiæ præcepto non alia comprehenditur Confessio, quam illa, quæ a Christo præcepta est*. Vid. ea, quæ supra diximus Lib. V, Qu. X, §. I & II, Not. c.

§. III. Vociferantur, hunc Canonem Parochorum potestatem auxisse, aliisque Parochialibus juribus facultatem

---

qui a écrit qu'en 1610, trois mois après le meurtre d'Henri IV, le Parlament de Paris décida par un Arrêt, qu'un Prêtre qui sait, par la *confession*, une conspiration contre le Rois & l'Etat, doit le révéler aux Magistrats. Si cet Arrêt étoit réel, il faudroit l'attribuer à un defaut de reflexion, & à la consternation dans la quelle tout le Royaume fut plongé par la mort funeste de ce bon Roi.

Mais comment ajouter foi à un Ecrivain aussi cèlebre par ses mensonges, & qui ajoute en même temps une autre imposture? Il dit que Paul IV, Pie IV, Clement VIII, & en 1622 Grègoire XV ont obligè les Confesseurs à dénoncer aux Inquisiteurs ceux que leurs pènitentes accusoient en confession de les avoir sèduites & sollicitées au crime dans le tribunal de la penitence. C'est une fausseté calomnieuse; voici ce que ces Papes ont ordonè. Lorsqu'une pénitente declare à son Confesseur, qu'elle a été sollicitée au crime dans la *confession*, même par un autre, ils exigent que ce Confesseur oblige sa pénitente à révèler aux Superieurs Ecclesiastiques la crime du Confesseur coupable; mais ils ne prescrivent pas au Confesseur de faire cette révelation lui-même; il ne peut & ne doit la faire dans aucun cas. La loi qu'ils imposent est donc établie contre la sûretè des Confesseurs, & non contre celle des pénitens; mais le Philosophe a confondu malicieusement la révèlation faite par une pénitente, avec la révèlation faite par un Confesseur, afin d'avoir occasiou de dire qu'il y a *une contradiction absurde & horrible* entre cette decision des Papes & celle du Concile de Latran, & une opposition formelle entre nos loix ecclesiastiques & nos loix civiles. Il n'y a rien ici d'absurde ni d'horrible que la mauvaise foi du Philosophe de la quelle un Jurisconsulte a été la dupe.

On sait qu'en 1383 S. Jean Nèpomucene aima mieux endurer des tourmens cruels & la mort, que de rèvéler à l'Empereur Venceslas la *confession* de l'Imperatrice son èpouse. Dès le sixieme siecle, S. Jean Climaque a dit: „ Il est „ inoui que les péchés, dont on a fait „ l'aveu dans le tribunal de la pènitenc „ aient été divulgués. Dieu le permet „ ainsi, afin que les pècheurs ne soient „ pas privès de l'unique espèrance de „ salut quiè leur reste " *Epist. ad Paston. c. 13.*

(b) *Boehm. J. E. P. Lib. V, Tit. 38*, §. 33. Est hæc necessitas auricularis confessionis omnibus *fidelibus* imposita clericis & laicis, nemine excepto, ne quidem, ut credo, *Pontifice*, quippe qui primum inter *fideles* locum tenet; unde etiam exemplo Regum & Principum suum habet confessarium proprium. Hæc *confessio auricularis* ab hoc tempore in *necessitatem absolutam* abiit, quæ antea *consilii* erat & *spontanea*, ut ex antea adlatis argumentis liquet.

(c),

tatem audiendi Parochianorum confessiones addidisse (c). Quam libenter huic mantissæ renuntiarent Parochi, atque hoc non tam jus, quam onus excuterent, nisi monitorem metuerent, qui aurem illis velleret, illudque insusurraret, quod olim ad Episcoporum aures ogganniit Ripa cap. 8, num. 20 & 30. *Pauperrimi Sacerdotes soli sunt, qui Confessiones audiunt, & soli sunt, qui peccata populi comedunt. Prælati autem bona pauperum devorant, &, nisi lautum ventrem inflatasque genas ostentent, se Prælatos esse & plenam Prælaturæ professionem adeptos fuisse non credunt.* Cæterum jus audiendi Parochianorum Confessiones Parochis non hoc Canone partum, sed confirmatum, illisque hanc potestatem ingeneratam esse satis ostendi in eo libro, quem de Parochialibus juribus institui. (Vid. Lib. VI, Qu. IV.)

§. IV. Conqueruntur, (d) ab hoc Canone ademptam Christianis fuisse libertatem erratorum suorum absolutionem petendi ab aliis, quam a proprio Parocho. At Catholicorum usus hunc Canonem aliter interpretatur. Prohibemur sane ab aliis Sacerdotibus, invito proprio Parocho, intra Parœciæ fines sacramentalem Absolutionem postulare; at non vetamur extra propriæ Parœciæ fines alienis Parochis conscientiam nostram aperire, sauciatæque animæ remedium quærere. Quod si Protestantes ad unum sui Parochi tribunal alligantur, id non oritur ex Canone Innocentii III, sed ex *numo Confessionario*, qui fere solus suorum Parochorum victui ac cultui relictus est; qui ne decurtetur, coguntur Parochiani in Parochi sui judicio sese sistere, seque illi comedendos præbere. (Vid. sup. Lib. VII, Qu. XVI, §.2.)

§. V. Displicet hic canon etiam ob id, quod videatur potestatem Parochis facere a genibus suis repellendi eos omnes, quos ipsi absolutione indignos judicant; quod repulsæ genus antiquitati ignotum fuisse contendunt (e). At hæc potestas implicita est atque cohæret cum po- te

(c) *Boehm. loc. cit.* Per hanc constitutionem *auricularis confessio* ad *jura parochialia* relata est, quod *proprio sacerdoti*, qui est parochus, saltem semel in anno confessio hæc fieri debeat.

(d) *Boehm. loc. cit.* Confessio proprio Parocho fieri debet, ita ut alieno Parocho facta nullius sit momenti, ut in Tr. *de jure paroch. Sect. IV*, c. 1, §. 2. seq. monstratum est. Ait enim Pontifex: *Si quis autem alieno sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absolvere, vel ligare.* Est enim incompetens judex in hoc *foro pœnitentiali* ad rationes civiles composito, in quo sententia a judice incompetente lata est nulla.

(e) Boehm. ibidem. Inde vero simul invaluit *excommunicatio minor*, Parocho & Sacerdoti, qui est a confessionibus, indulta, ut possit confitenti absolutionem ex *justa causa* denegare, & simul eum arcere ab *Eucharistiæ usu* tamquam *impœnitentem*, salva *communione ecclesiastica*.

Idem Lib. III, Tit. 47, §. 43: Constans & omnium Ecclesiarum praxis unanimis erat, quæ ex *principio communi* fluebat, neminem ab usu *S. Eucharistiæ* arceri & excludi posse, nisi *communionis Ecclesiasticæ* privatus esset, quod demum fie- bat

testate audiendi Sacramentales Confessiones. Quandonam, aut ubinam gentium auditum est, quemquam teneri absolvere eos, qui, suo judicio, indigni sunt qui absolvantur? Appellent, per me licet, hanc repulsam, *excommunicationis minoris* nomine, atque hoc nomen antiquitati ignotum esse clamitent, nihil impedio; non enim de nomine, sed de re laboramus: illud tamen mihi largiantur necesse est, eos, qui indigni

bat per *excommunicationem*. Atque hæc tantum *una*, non *duplex*, atat usque ad tempora *Innocentii* III excommunicationis *minoris* fabricatoris, qua jus antiquum admodum immutatum est; quia secundum hanc novam hypothesim quis ab his sacris arceri potest, salvo manente jure fraternitatis, h. e. nulla prævia excommunicatione, quam *majorem* vocant. Inter Ecclesiæ Romanæ auctores ingenue id fatetur *Espenius* P. I. l. Jur. Eccl. tit. II, c. 3, §. 20, & cum eo *Christianus Lupus* tom. I *Schol. in can. p.* 491: id quod ipsa disciplinæ Ecclesiasticæ ratio facile avincit. Hæc eo sollertiori animo hic ponderanda est, ut de *jure excludendi a S. cœna non excommunicatum* eo rectius constare possit, quippe de quo diversis animi motibus etiam inter Protestantes disputatur.

Videlicet nemo facile asserat, communicantes immediate ante usum S. cœnæ necessario ad *auricularem confessionem* adstrictos fuisse. Usum *pœnitentiæ* tum *privatæ*, tum *publicæ*, non nego, vestigia infinita ante *Innocentii* III tempora existunt. Nemo vero ad eam obstringebatur, nisi *crimine* maculatus, & quidem ad *publicam* in *notoriis* delictis, quæ simul *privationem communionis* secum trahebant; ad *privatam* vero in *occultis*, sed *gravioribus*. Nulla *delictorum* talium labe aspersi non confitebantur, nec *pœnitentiam* subire tenebantur. Proinde, qui communicare volebant, nulla lege ad *confessionem privatam* cogebantur. *Innocentii* III sanctio demum hanc imposuit necessitatem communionem desiderantibus in c. 12, X. *de pœnitent. & remiss.* ut ad minimum semel in anno *proprio Sacerdoti* ante usum S. cœnæ peccata sua confitarentur. Hoc ipso simul potestatem accepit peccatorum remissionem denegandi, si justa causa ad hoc ducatur, & per indirectum *usum Eucharistiæ*, cum cui peccata haud remittuntur, ad S. cœnam admitti non debeat. Ita per *indirectum* parochis *jus excludendi a S. cœna* datum est, quod *minorem excommunicationem* vocant: ejicere enim ex cœtu fidelium neminem possunt, quod actum *episcopalis jurisdictionis* involvit. *Van-Espen J. E. V. Part. III, Tit. XI, Cap. III*, §. 79, *pag.* 196. Est & quædam species excommunicationis apud Scholasticos & Canonistas recentiores notissima, licet hodie vix usitata, & veteribus plane incognita, quæ sola tamen hodie dicitur *excommunicatio minor*.

Hæc ex communi Theologorum & Canonistarum sententia incurritur propter communicationem cum innodato *majore* excommunicatione *extra crimen*, propterea quod excommunicari meruit; privatque solummodo passiva Sacramentorum perceptione, quemadmodum dicitur *in cap. fin. X. de Clerico excommunicato minist.* & *cap. penult. X. de sent. excomm.*

Utriusque hujus Decretalis auctor inscribitur Gregorius IX. Nescio, num antiquiora aut alia occurrant in Jure nostro Decreta hujus excommunicationis mentionem faciantia, quod & Glossa non obscure innuit, dum ad citatum *cap. fin.* notat, quod „ hæc Decretalis quoad suam materiam sit celebrior & famosior qualibet alia. Nam infinita jura sunt loquentia de „ excommunicatione *majore*, quæ infertur ab homine; sed de *minore*, quæ infertur „ a jure, sunt jura paucissima, & aperte „ non providentia, sicut hoc Capitulum ".

Fatetur & Christianus Lupus tom. I *Scholiorum in Canones pag.* 491: „ Antiquitus nulla erat excommunicatio *minor*, sed

digni habiti sunt, nullo umquam tempore absolutionis veniam impetrasse, atque ab sacra cœna exclusos semper fuisse. (Vid. sup. Lib. I, Qu. XI, & Qu. XIII.)



QU. XVII.

„ sed quivis excommunicato communicans „ incurrebat idem penitus excommunicationis vinculum, quomodo nunc communicans in crimine ". De hoc effectu excommunicationis dicemus infra.

Hanc speciem excommunicationis circa sæculum XIII forsan inductam, a multis annis prope obsoletam esse notavit Morinus *de Administratione Sacramenti Pœnitentiæ lib. 6, cap. 25, n. 13.*

Monet nihilominus ibidem Morinus *minoris* excommunicationis species quatuor, sive gradus apud antiquos fuisse frequentissimos.

Prima quidem a sola Eucharistiæ participatione excommunicabat, sive interdicebat.

Secunda priore gravior ab Eucharistia & precibus Eucharisticis sive fidelium arcebat.

Tertia addebat expulsionem, sive excommunicationem a precibus super Catechumenos & Pœnitentes subtractos factis.

Quarta denique ab omni Ecclesiæ ingressu eos excommunicabat.

Has quatuor excommunicationis species seu pœnitentiæ gradus latius explicuimus *part. 2, tit. 6, cap. 3.*

(*) *Ju-*



QU. XVII.

Quibusnam anni diebus Christiani ad Dominicam cœnam vocantur (*)?

§. I. Nihil erat, quod priscis Christianis majus solatium præberet, quam participatio mensæ Christi; nec quidquam erat, quod

(*) *Juveninus de Sacram. pag.* 238.

Utrum communio Eucharistica sit adultis necessaria necessitate præcepti?

Conclusio I. Fideles divino præcepto tenentur ad Eucharisticam communionem.

Probatur 1 ex his verbis Christi Matthæi 26: *Hoc facite in meam commemorationem*; qua quidem sententia Christus non solum Apostolis injunxit, ut sacrificium offerrent, sed etiam ut fidelibus Eucharistiam dispensarent, quemadmodum ipsi ab eo dispensatam receperant. Probatur iterum. Hæc alia Christi verba Joann. 6, *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, idem demonstrant; is enim est eorum sensus: Sub æternæ damnationis periculo, Divini legislatoris, qua fungor, auctoritate injungo vobis, ut edatis meum corpus, ut bibatis meum sanguinem. Nec obstat, quod nonnulli veteres, quibus Jansenius Gandavensis adhæsit, allatum ex Joanne textum de fide Incarnationis exposuerint. Siquidem (ut fuse probatum est a nobis, cum de veritate Corporis Christi in Eucharistia diceremus) unanimis fere fuit Patrum consensus, ut sextum Joannis caput de Eucharistia explicarent; iis Patribus Trident. Syn. Sess. 13 adhærere visa est, quippe quæ multa loca ex 6 Joannis capite laudet, quibus Eucharistiæ mirabiles effectus asserat.

Probatur 2 ex Patribus, quorum (ut præcedenti articulo dictum est) hoc fuit assertum, neminem posse consequi salutem, quin in voto saltem implicito Christi carnem manducet: at votum exequi juris est divini, si per tempus aliasque circumstantias liceat; proindeque, cum quisque fidelis, cum initiatus est Sacramento regenerationis, Eucharistiæ receptionem voverit, ad eam suo tempore recipiendam jure divino tenetur. Ea ratio desumpta est ex S. Thoma, qui 3 parte q. 8, art. 11, sic loquitur: *Respondeo dicendum*, quod (sicut supra dictum est) *duplex est modus percipiendi hoc Sacramentum, scilicet Spiritualis, & Sacramentalis: manifestum est autem, quod omnes tenentur saltem spiritualiter manducare, quia hoc est Christo incorporari* (*ut supra dictum est*). *Spiritualis autem manducatio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum, ut supra dictum est, & ideo sine voto percipiendi hoc Sacramentum non potest hominis esse salus; frustra autem esset votum, nisi impleretur, quando opportunitas adesset; & ideo manifestum est, quod homo tenetur hoc Sacra-*

quod majore mœrore eos conficeret, quam exclusio ab hoc sacro convivio. Quod si aliquando ex hujusce participationis jure excidebant, tunc

cramentum sumere, non solum ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini dicentis Luca 12: Hoc facite in meam commemorationem.

Objicies. Christus nullum determinavit tempus, quo Eucharistia reciperetur: nullam igitur de ea actu recipienda legem sancivit.

Resp. 1, unanimem esse Patrum ac Theologorum sententiam, a Christo pro Eucharistia actu recipienda implicite determinatum fuisse imminens vitæ periculum. Id vero colligitur ex eo, quod viri pii constituti in extrema vitæ periodo in Eucharistia spem collocaverint suam, antie & solicite eam habuerint in desideriis, ut patet ex Serapione sene, de quo, cum egimus de hocce Sacramento morituris dispensando, plura post Eusebium diximus. Colligitur igitur ex diligentia, quam veteres adhibuerunt, ne quisquam absolutione donatus absque Eucharistia dimitteretur ex hac vita, ut patet ex Cypriano, qui sedulo curandum asseruit, ut martyrium passuris, immo & lapsis, quos, dum sani essent, pœnituisset, dispensaretur.

Resp. 2, adultos divino jure sæpius in vita teneri ad Eucharistiæ participationem. Nec enim verosimile est, semel tantum in vita urgere præceptum recipiendi Sacramentum, quod non modo morituris, sed etiam pro sanis institutum est, quippe qui indigeant alimento quo sustententur, & viribus quibus rebellem concupiscentiam refrænent: quænam autem sint illa tempora, Christus sapienti Ecclesiæ judicio determinandum permisit.

Conclusio II. Fideles adulti Ecclesiæ præcepto tenentur ad Eucharisticam communionem.

Probatur 1 ex Decretali adscripta Fabiano Papæ, quam Gratianus in corpus juris Canonici retulit: ea scilicet epistola quisque fidelis jubetur, ut ter in anno, in Paschate nimirum, Pentecoste, & die natali Domini ad Eucharistiam accedat. 2 ex Concilio Lateranensi IV, sub Innocentio III, Can. *Omnis utriusque sexus*, præcipitur fidelibus, ut in Paschate Eucharistiam recipiant; quem canonem sacra Tridentina Synodus confirmavit: *Si quis dixerit* (inquit sess. 13, can. 9) *omnes & singulos Christi fideles, cum ad annos discretionis pervenerint, non teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ, anathema sit.*

Quæres 1, quo sæculo Ecclesia legem de Eucharistia sumenda primum sanciverit?

Resp. prioribus sæculis fideles ab Ecclesia permissos fuisse, ut pro sua pietate vel accederent ad Eucharistiam, vel ab ea recederent. Ratio est, quia nullum in monumentis septem priorum sæculorum mandatum legitur, quo sumendæ Eucharisticæ communionis tempus aliquod determinate præcipiatur. Nec est, quod quis opponat Epistolam Decretalem adscriptam Fabiano Papæ; siquidem apud peritos omnes exploratum sit, eam esse octavi sæculi fœtum, quem illius auctores Fabiani nomine inscripserunt, ut aliquod ei pondus conciliarent. Sacra Eucharistiæ fames ejusque recipiendæ ardor, quæ visa fuerint in prioribus Christianis, circa sæculum octavum in plerisque fidelibus penitus elanguerant. Ea Christianorum negligentia Ecclesiam adduxit, ut cuique sacram communionem saltem ter in anno frequentandam præciperet: id nempe colligitur ex Epistola decretali, quam ex Fabiano, De Consecr. Dist. 7, Gratianus laudat; cum enim circa id tempus exarata sit, complecti videtur disciplinam, quam ea ætate fideles servarent; sic autem habet illa Decretalis, *Et si non frequentius saltem in anno ter laici communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur,*

tunc nullis fletibus, gemitibus, ac plangoribus parcebant, magnisque pœnitentiæ laboribus sese frangebant, ut illud jus recuperarent, ut-

---

tur, *in Pascha videlicet*, *& Pentecoste*, *& Natale Domini*. Circa sæculum 13 eo progressa fuerat aliquorum Christianorum erga SS. Sacramentum tepiditas, ut parum curarent de moribus emendandis, quod illud reciperent; illi desidiæ Ecclesia consultum voluit in Conc. Lateran. IV, Can. *Omnis utriusque sexus*, sub excommunicationis pœna injunxit, ut quisquis fidelis saltem semel in anno, Paschali nimirum tempore ad Eucharistiam accederet.

Quæres 2, quo in templo quisque fidelis communione paschali donari debeat?

Resp. 1, edicere Canonem, *Omnis utriusque sexus fidelis*, ut a proprio Sacerdote Paschalem communionem recipiat. Idem injunxerunt Galliarum Ecclesiæ, sic enim habet Concilium provinciæ Burdigalensis habitum anno Christi 1584, Tit. de Eucharistia: *Statuimus, ut prædicto tempore Paschæ nemo extra suam parochiam absque rectoris sui facultate alio se conferat hoc Sacramentum percepturus. Sed & quibus dabitur ea facultas, parochum certiorem faciant, quo loco Sacram Eucharistiam sumpserint*. Idem legére est in altera Burdigalensi Synodo habita anno 1624: *Sacris Canonibus insistentes* (verba sunt Concilii, Titul. de Eucharistia) *statuimus eo tempore omnes Christi fideles tum ad confessionem peccatorum proprio parocho, aut alii de ejus licentia faciendam, tum ad Sacram Eucharistiam in eadem Ecclesia percipiendam teneri & obligari, nullosque alias præcepto Ecclesiæ satisfecisse*. Eamdem disciplinam præscribunt aliæ Synodi provinciales, quæ in Galliis post Concilium Tridentinum celebratæ sunt.

Resp. 2, nullum fidelem ipso Resurrectionis die posse in aliis a propria parochia templis communionem recipere, quamvis hebdomada sanctiore jam annuæ communionis Ecclesiastico præcepto fecerit satis, Ratio est 1, quod Leo Papa X, qui privilegiatis facultatem fecit Eucharistiam quovis anni die fideli populo distribuendi, ipsam excepit Resurrectionis diem. 2 Congregatio Cardinalium, interpretum Sacri Concilii Tridentini, idem, quod ante Leo X, decrevit (si tamen resolutiones, quæ Congregationis nomine circumferuntur, illius sint). 3 Constantissime viget ea lex in Galliis: *Nemo* (inquit can. IX, Tit. de Euch. Concilium Bituricense habitum ann. 1584) *ad diem Paschæ Eucharistiam ab alio, quam a proprio parocho seu curato sumere præsumat: qui contra fecerit, excommunicetur. Sacerdos, qui contra hoc decretum administrarit, cujuscumque gradus & ordinis fuerit, extraordinarie puniatur*. Singulis annis illustrissimus Episcopus Dux Lingonensis innovat Statutum Lingonensi rituali præscriptum, quo decernitur, ne quis præterquam in parochianis Ecclesiis Eucharistiam a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive aut recipiat, aut dispenset.

Quæres 3, utrum is, qui prævidet se propter legitimum impedimentum non communicaturum Paschali tempore, ipsum antevertere teneatur; An is, qui nec eo tempore, nec antea communicare potuit, lege Ecclesiastica communionem paschalem præcipiente ligetur postea?

Resp. ad utrumque quæsitum affirmative. Ratio est, quia præceptum Ecclesiasticum duo præcipit, annuam nimirum communionem, & paschale tempus determinat: ergo licet ultimum præ casu aliquo executioni mandari non possit, non ob id prioris robur desinit. Præterea qui debitum aliquod statuto tempore creditori non solvit, non ob id a solutione alio tempore præstanda liber censetur. Nec valet, quod nonnulli objiciunt ex jejunio aut ex horarum canonicarum recitatione, quæ quidem, inquiunt, si statuta die non ser-

utque, unde dejecti erant, restituerentur.

§. II. Quam porro falsa sunt ea, quæ a Boehmero J. E. P. Lib. V, Tit. XXXVIII, §. 34, & Lib. III, Tit. XLI, §. 43, & seqq. prædicantur, scilicet neminem antiquis temporibus a sacra cœna exclusum umquam fuisse, qui ab Ecclesia non esset ejectus (a)! Liceat mihi hanc Boehmeri sententiam eo ipso Augustini testimonio infirmare, quo ille confirmare nititur. Accipe igitur Augustini verba: *Nos a communione prohibere quemquam non possumus*, (*QUAMQUAM HÆC PROHIBITIO NONDUM MORTALIS SIT, SED MEDICINALIS*) *nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive sæculari, sive ecclesiastico judicio nominatum atque convictum*. Nonne hæc verba perspicue distinguunt eos, qui ab Eucharistiæ communione exclusi sunt, ab iis, qui ab Ecclesia sunt ejecti, cum illos salutari, hos mortali percussos vulnere dicat? Duplex igitur Augustino excommunicatio nota fuit, altera *mortalis*, quæ respondet illi, quam nos Anathema seu excommunicationem majorem dicimus; altera *medicinalis*, quæ eadem est ac ea, quam nos excommunicationem minorem appellamus, quæque in Sacramentorum privatione sita est. At cur

---

serventur, non obligant postea; non valet, inquam, eo quod hujusmodi onera sic certæ diei affixa sint, ut ipsamet dies sit obligationis ratio: Communio vero Eucharistica non est diei alicujus onus, nec tale in individuo tempus est ratio, propter quam injungitur, sed est ipsummet jus divinum, cujus executioni Ecclesia determinatum tempus præfixit, ut fideles præ desidia impositum sibi a Christo communicandi præceptum ulterius non differant.

Quæres 4, utrum præcepto Ecclesiastico de communione Paschali fiat satis per communionem sacrilegam?

Resp. negative. Ratio est, quia filius non censetur patris mandato facere satis, cum præceptum exequitur quidem, sed eo modo, quo patri summa irrogetur injuria. 2. Cum præceptum Ecclesiasticum de annua communione sit divini præcepti quædam explicatio ac determinatio, non est dubium, quin Ecclesia eam, quam Christus injunxit, communionem, idest piam & religiosam fidelibus præscribat; unde Concilium Lateranense, can. *Omnis utriusque sexus fidelis*, sic loquitur: *Suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum*. 3. Vitæ conservandæ præceptum is non adimplet, qui cibo vescitur, quem sibi noxium fore certo aut noverit, aut nosse debuerit. Nec audiendi sunt, qui hoc axiomate nixi, quod nempe Ecclesia de internis non judicet, contendunt actus internos ab ea præcipi non posse; falsum est nempe hujusmodi principium, quum actus interni absolute ad debitam externorum executionem requirantur, ut revera requiruntur non tantum ut quis digne communicet, sed etiam ne gravi se sacrilegio devinciat. Ex iis argumentis invictissime colligitur, merito ab Innocentio Papa XI proscriptam fuisse novam hanc & Patribus omnino contrariam recentiorum quorumdam, qui se Casuistas dicunt, propositionem: *Præcepto communionis annuæ satisfit per sacrilegam domini manducationem*.

(a) *Boehm. loc. cit.* Augustinus hom. 1, cap. 4, disciplinam antiquæ Ecclesiæ exprimit his verbis: *Nos vero a communione prohibere quemquam non possumus*,

Boehmerus mutilum hunc Augustini locum recitavit? cur illa verba, *quamvis hæc prohibitio nondum mortalis sit, sed medicinalis*, malitioso silentio præteriit, nisi quia suæ sententiæ lethalem plagam imponebant? Quod si antiquiores testes quæris, qui summæ inscitiæ Boehmerum redarguant, adsunt tibi Eliberitani Patres, qui can. 14 hæc statuerunt. *Virgines, quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, duxerint & tenuerint, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt*. Hæ mulieres ab Ecclesia pulsæ minime erant, quinimmo neque in ullam pœnitentium stationem detrusæ; & tamen Eucharistiæ participes esse prohibebantur. (Vid. Albaspinæum Observ. ad hunc Can. pag. 165, edit. Neapol. 1790). Numquid aliquem etiam Ecclesiæ Orientalis Patrem hac de re audire cupis? En tibi Theodoretus Ep. 77 ad Eulalium, cujus hæc sunt verba: *Arceantur a participatione Sacrorum Mysteriorum, a Catechumenorum autem Oratione non prohibeantur, neque divinarum Scripturarum auditione, neque Magistrorum auditione*. Theodoreto adde Gregorium Thaumaturgum ep. cap. 5. & 8, Basilium Canon. 1 ad Amphilochium; ex quibus disces, multos Sacramentorum expertes esse jussos, quin Ecclesiæ exortes esse juberentur.

§. III. Cæterum si eos dempseris, quibus Sacramentorum participatio interdicta erat, olim Fideles omnes, qui sacris Mysteriis intererant (intererant autem quotidie, vel saltem singulis diebus festis) Eucharistiæ participes fiebant. Justin. Apol. 2, num. 65, Cyprian. de Orat. Auctor Lib. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 3, §. 12, Can. 10 Apost. apud Cotelerium PP. Apostolic. pag. 443: *quo damnantur fideles, qui ingrediuntur Ecclesiam, & Scripturas audiunt; non autem perseverant in Oratione, nec sanctam communionem percipiunt*. Quin sua etiam ætate quotidianam communionem Romæ viguisse testatur Hieronymus Ep. 48 ad Pammachium, num. 15.

§. IV. Imminuta Christianorum charitate, crebra illa communio sensim desiit, ac denique necessitas sumendæ Eucharistiæ præcipuis quibusdam anni diebus ab Ecclesia impositi-

---

nisi aut sponte confessum, aut in aliquo judicio sive sæculari sive ecclesiastico nominatum atque convictum. Quis enim utrumque sibi audeat asserere, ut cuiquam ipse sit accusator & judex.

Manifestum inde redditur, neminem ab his sacris arceri potuisse, nisi ab Ecclesia ejectum necdum plene restitutum: crimine occulto maculatos *sponte abstinere* potuisse ab eorum usu, *volentes* autem admissos fuisse, licet de crimine essent suspecti, quamdiu adhuc *integri status* erant: ne quidem sacerdotem repellere potuisse eum, de cujus crimine ipse solus scientiam habebat; sed eum demum, qui vel *convictus* vel *confessus* esset, ut tamen sedulo admoneretur, ne indignus accederet. Ne quidem *notorium peccatorem* repulsam tulisse, nisi criminibus illis esset inquinatus, ob quæ excommunicari debuerit, quo casu ab usu S. cœnæ pellendus erat, quatenus *excommunicationi* necef-

posita est. Primum ter in anno, nimirum recurrentibus diebus festis Natalis Domini, Paschatis, ac Pentecostes (*b*), postremo semel, saltem tempore Paschali, Christiani omnes ad Eucharistiam accedere jussi sunt, ita edicente Concilio Tridentino Sess. XIII, cap. 9. *Si quis negaverit, omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit.*



QU. XVIII.

---

cessario subjiciebatur. Adeoque σιδηρόξυλον creditum fuisse, aliquem jure communionis ecclesiasticæ frui, & tamen a sacris *Eucharistiæ* arceri, & ita excommunicationem *minorem*, qua aliquis, salva *communione ecclesiastica*, ab *usu S. cœnæ* repellitur, novum esse inventum post Sæculi XII tempora demum natum, quo fabricari cœpit *confessio auricularis* ante usum S. cœnæ.

(b) Concilium Agathense habitum VI sæculo *can.* 18, *col.* 1000, *tom.* 2 *collect. Harduini*, *Edit. Paris. Sæculares*, inquit, *qui Natali Domini, Paschate, & Pentecoste non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur*. Eadem habet *Synodus Turonensis III*, *habita IX sæculo*, *can.* 50, *col.* 1030, *tom.* 4 *collect. Harduini*. Falso Gratianus Agathensem Canonem Concilio Eliberitano, ac Turonensem Fabiano Pontifici adscribit *can.* 19, & 21, *dist.* 2, *de consecr.*: nam hæc disciplina multo post Eliberitanum Concilium ac Fabianum Pontificem inducta est.



QU. XVIII.

Explana nobis quartum Ecclesiæ præceptum.

Quænam sunt ea anni tempora, quibus Christiani prohibentur Nuptias celebrare?

§. I. Quemadmodum priscis Patribus olim visum fuit, Christianis Pœnitentiæ stadium decurrentibus nec uxorum consuetudinem, nec nuptiarum celebrationem convenire; ita visum est, hæc ipsa non convenire iis diebus, qui lege Ecclesiastica pœnitentiæ & luctui fuissent præstituti. Hinc a Concilio Ilerdensi relato (*a*) apud Gratianum can. 10, caus. 33, Qu. 4, *Vetitum celebrare nuptias a Septuagesima usque ad Octavam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Joannis Baptistæ* (quibus jejunia indicebantur, ut in Quadragesima), *& ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam*, quæ tempora jam tum dicebantur *feriata* seu *clausa*; unde ille dicendi modus ad hanc usque æta-

(*a*) Hic canon laudatur a Gratiano nomine Concilii Ilerdensis; at neque in Ilerdensi, neque in aliis, quod noverim, Conciliis legitur. Immo nonnulli ex eruditis asserunt, in hoc fragmento referri disciplinam recentioris ætatis in ea parte, qua tria anni sacri tempora distribuuntur; hæc enim eadem tempora post octavum tantummodo Ecclesiæ sæculum ea ratione dividi cœperant. Ego hoc in loco suspicor de Burchardi fide, qui sententias Capitularium Francorum referre voluerit, atque de more suo mutato auctorum nomine Concilio Ilerdensi adscribere. Porro in Capitulis Regum Francorum ab Hetardo Archiepiscopo Turonensi collectis cap. 62 hæc leguntur: *Ut diebus festis jejuniorum a conjugibus se abstineant, & quia non est concessa uxor causa libidinis, sed filiorum, & omnia prohibeantur illicita, parcaturque a licitis*. In his itaque videmus generaliter constitutam disciplinam illam noni sæculi, juxta quam conjugiorum fœdera temporibus jejuniorum prohibebantur. At rursum illa ætate solemnes tres fuisse jejuniorum ferias, colligitur ex lib. 6 Capitularium can. 187, in editione Parisiensi anni 1677, his verbis: „ Admoneant „ Sacerdotes, ut jejunia tria legitima in „ anno agantur, idest quadraginta dies „ ante Nativitatem Domini, & quadra„ginta dies ante Pascha, ubi decimas „ anni solvimus, & post Pentecostem qua„draginta dies ". Ex his ergo Capitibus Burchardus, & ex eo Ivo & Gratianus memoratum fragmentum composuerunt; quod tamen disciplinæ suæ Provinciæ Burchardus accommodavit loco Quadragesimæ se-

tatem usurpatus *claudendi & aperiendi nuptias* (*b*). Utrum vero apud veteres hæc celebrandarum nuptiarum prohibitio ejusmodi esset, quæ nuptias celebratas tempore feriato illicitas dumtaxat diceret, an vero irritas etiam esse juberet, equidem in præsentia non quæro, nedum definio.

§. II. Illud hoc loci affirmo, placuisse Patribus Tridentinis tempus *feriatum* sive *clausum* brevioribus terminis circumscribere; ideoque præceptum Sess. 24, de Matrim. Reform. cap. 10, *ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari .... in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permissum*. Ac ne quis auderet cum Hæreticis consentire hanc prohibitionem superstitionis vitio notantibus, can. 11 ejusdem Sess. inflictum fuit anathema iis, qui dixerint, probitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam ab Ethnicorum superstitione profectam.

§. III.

Septuagesimam scribens, & loco quadraginta dierum post Pentecostem memorans tres hebdomadas ante festivitatem S. Joannis Baptistæ, de quibus etiam sermo est in cap. 4 de feriis, quod Doctores & Interpretes bene multi illustrarunt.

(*b*) Martene *de Ant. Eccl. Ritib. Tom. III*, *pag.* 122. Cum sua sint in Ecclesia pœnitentiæ assignata tempora, quibuscum carnale commercium gaudiaque varia, quæ nuptias comitari solent, compati nequeunt; sapientissime omnino ab antiquis Patribus provisum est, ut nulla his temporibus inirentur Matrimonia. Quænam vero illa sint, discimus ex Concilio Ilerdensi apud Gratianum 33, q. 4. (Non oportet a Septuagesima usque in Octavam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Joannis Baptistæ, & ab Adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur). Quia nimirum tria illa temporis intervalla solemni jejunio & pœnitentiæ erant destinata. In Capitulis tamen Martini Bracarensis Episcopi cap. 48 dumtaxat lego: (Neque nuptias liceat in Quadragesima celebrare.) Et in Responsis Nicolai Papæ I ad Interrogata Bulgarorum cap. 48: (Nec uxorem ducere, nec convivia facere in quadragesimali tempore convenire posse nullatenus arbitramur.) Concinit Herardus Turonensis Archiepiscopus in Capitulari n. 112. (A Quinquagesima usque ad Octavam Paschæ non fiant nuptiæ.) Et certe Caroli Calvi nuptiæ XIX Calendis Januarii ac proinde in Adventu apud S. Quintinum celebratæ sunt, teste Nithardo in Hist. lib. 4, sub finem; a quo non discrepat ipse Carolus in Diplomate pro monasterio S. Dionysii edito lib. 6, de re Diplom. cap. 97, in quo hæc habet: (Nec non & in Idibus Decembris, quando Deus me dilectam conjugem Yrmentrudim uxorem vinculo copulavit.) Crediderim tamen passim prævaluisse Ilerdensis Concilii decretum, utpote quod magis ad mentem Ecclesiæ accedit. Id plane constat ex Durandi Rationali lib. 1, cap. 9. Paulo tamen aliter in Concilio Nemausensi, an. 1284 celebrato, quo vetantur fieri nuptiæ (ab Adventu usque ad Octavam Epiphaniæ, & a Septuagesimâ usque ad Octavam Paschæ completam, & a tribus diebus ante Ascensionem usque ad Dominicam primam post Pentecostem.) Idem videre est in statutis synodalibus Ecclesiæ Caturcensis,

§. III. Sed de eo merito dubitari potest, quid nimirum sibi velit Concilium Tridentinum, dum solemnes nuptias prohibet tempore feriato, vel potius solemnes nuptiarum prohibitiones ab antiquis Canonibus factas probat & confirmat. Nimirum secundum unanimem Scriptorum doctrinam hoc sibi vult, ut 1 prohibeat nuptiarum benedictiones: 2 apparatus conviviorum: 3 solemnem sponsæ traductionem a paternis sedibus ad ædes mariti; immo si Fagnanum audimus, non solum traductionem solemnem, sed etiam secretam atque privatam. Cum enim per illa tempora, de quibus loquimur, tum ex plurium Canonistarum ac Theologorum doctrina, tum ex judicio Sacræ Congregationis, præter nuptiarum solemnitates, etiam copula prohibita sit; ideo prohibita censeri debet non minus publica, quam privata uxoris traductio.

§. IV. Quidquid autem hasce nuptiarum solemnitates prohibitas per Concilium esse constet; at nuptias ipsas quocumque tempore etiam feriato contrahi rite posse disertis verbis edicit Rituale Romanum. Esset, cur nos quoque hoc jure, si quando liberet, uteremur, nisi peculiaris consuetudo obstaret, secundum quam nisi vel urgente necessitate, vel venia ab Episcopo impetrata, neque publice, neque privatim nuptiæ fieri consueverunt (c).

sis, Ruthenensis, & Tutelensis a nobis editis Anecdotorum tom. 4, pag. 724. Illud decretum ab Ilerdensi in hoc tantum differt, quod nuptiarum interdictum ad Octavam usque Epiphaniæ protrahat, liberamque earum celebrationem permittat ante festum S. Joannis, sed eas vice versa a prima Rogationum die ad completas Pentecostes Octavas prohibeat propter singularem dierum illorum devotionem. Nemausensi Concilio concinere videtur Senonense anno 1475 celebratum articulo 3, cap. 5, decernens, ut (certis anni temporibus matrimonia ab Ecclesia prohibeantur celebrari, scilicet tempore Adventus, Septuagesimæ, & Rogationum: quia tunc omnes magis quam aliis temporibus debent orationi & devotioni intendere, a quibus tamen plurimum retrahit carnale commercium.) Eadem ratione canone 18 Concilii Aquisgranensis, anno 836 celebrati, cautum est diebus Dominicis nuptias pro *reverentia tantæ solemnitatis* celebrari. Ante Concilium illud Gregorius Papa III, in suis Judiciis cap. 30, decreverat, ut (si quis nupserit die Dominico, petat a Deo indulgentiam, & unum vel tres dies pœniteat.) In Excerptis etiam Egberti Eboracensis Archiepiscopi cap. 106, ita habetur: (Qui nocte Dominica nupserit, VI dies pœniteat.) Deinde additur: (Qui quarta & sexta feria, III dies pœniteat: qui in Quadragesima ante Pascha, unum annum pœniteat.) In quibusdam etiam Germaniæ locis diebus triginta post assumptæ in cœlos Deiparæ festum nuptiis interdicitur. Hujus consuetudinis testis est Mabillonius in suo Germanico Itinere pag. 46, ubi narrat in Ecclesia S. Uldarici Augustana post Assumptionis B. Mariæ festum vidisse appensam ejusdem Beatæ Virginis imaginem in panno serico depictam: cujus rei (causam sciscitanti, inquit, responsum est hunc esse morem in totos triginta a festo dies, quibus per totam provinciam citra dispensationem nuptias celebrare non licet.)

(c) Benedictus XIV, *Instit.* 80. Jam veteri consuetudine concedi solet in hac Ecclesiastica Curia, cum pecularis aliqua & le-

& legitima causa postulaverit, facultas, ut Matrimonium temporibus vetitis contrahatur, nempe ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam, & a feria quarta Cinerum ad totam Octavam Paschatis. Idem Nos ipsi institutum servavimus, cum justa causa intercessit, neque illud abrogandum in posterum ducimus. Attamen non ignoramus, cum de his Matrimonium agitur, non omnes Parochos in eadem sententia ac disciplina versari. Plerique, dum Matrimoniis intersunt, Benedictiones Ecclesiæ, quæ in Missali præscribuntur, nequaquam omittunt; perpauci foriasse eas negligunt. Aliqui putant eos Conjuges, qui, facultate accepta, Matrimonium vetitis temporibus inierunt, sine crimine permisceri non posse, nisi postquam vetitum tempus effluxerit. Alii vero diversam opinionem tuentur. Quamobrem has litteras Parochis omnibus scribendas existimavimus, postquam rem totam diligenti accuratoque studio perpendimus, & mentem nostram viris doctrina præstantibus exposuimus, ut suum nobis consilium patefacerent, quod nostro prorsus consentaneum deprehendimus. Itaque censemus non impertiendas Benedictiones a Missali indictas illis Conjugibus, qui vetitis temporibus Matrimonio junguntur, licet ad rem gerendam facultas necessario interveniat; Parochum vero, qui illis utatur, peccati labem admittere judicamus, neque ullam religionem aut criminis metum injiciendum illis, qui matrimonio indulgeant, quod vetitis temporibus celebrarunt.

Atque ut primam sententiam, quam proposuimus, ratione comprobemus, hæc potissimum pro certo asserimus: 1. Matrimonium quocumque tempore contrahi posse: 2. illud solum certis temporibus ab Ecclesia prohiberi, pompam nempe apparatumque nuptiarum: 3. hujus pompæ nomine Benedictiones præsertim nuptiarum contineri, ita ut, sicut solemnis pompa interdicitur in Matrimoniis, quæ vetito tempore fiunt, etiam Benedictiones elargiri non liceat: 4. cum facultas obtinetur Matrimonium ineundi vetitis temporibus, non ideo permitti affirmamus, ut etiam Benedictiones Matrimonio superaddantur, aut ulla pompæ species instituatur: 5. consensu unanimi hujus Civitatis ac Diœcesis observata semper ac probata fuisse omnia, quæ superius enumeravimus.

Sed jam singula percurramus. Matrimonium quocumque tempore iniri posse ex auctoritate Cœlestini III satis aperte colligitur: *Licet*, inquit, *ea sit Romanæ Ecclesiæ consuetudo, ut quocumque tempore Matrimonium contrahatur, consensu interveniente legitimo de præsenti*. Idem in Rituali Romano his verbis decernitur: *Matrimonium autem omni tempore contrahi potest*.

Secundo loco pompam & apparatum nuptiarum certis temporibus ab Ecclesia penitus improbari asseruimus, quod ex jure Pontificio deprehenditur. *Nuptias celebrare, convivia facere*. Nec Tridentina Synodus quidquam novi super hac re constituit, sed solum, *Antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari, Sancta Synodus præcipit*. Sermo est de tempore, quod ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam, & a feria quarta Cinerum ad totam usque Paschatis Octavam interjicitur: *In aliis vero temporibus nuptias celebrari permittit*. Insuper Canone II sic habetur: *Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam ab Ethnicorum superstitione profectam &c. anathema sit*. Idem prorsus statuitur in Rituali Romano: *Postremo meminerint Parochi, a Dominica prima Adventus usque ad diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive solemnitates nuptiarum prohibitas esse*.

In hac eadem opinione non solum Theologi, sed Canonum Interpretes una-

nimes versantur. Inter primos hi recensentur potissimum, Sanchez, Pontas, Perez, aliique plurimi.

Inter Canonum Interpretes afferri possunt Barbosa, Anacletus, Laurent., aliique plurimi. Postremo hanc eamdem sententiam approbat Sacra Concilii Congregatio, ut inferius demonstrabimus.

Tertio, sicut feriatis temporibus omnis nuptiarum celebritas, ita eadem ratione Matrimonii consuetæ Benedictiones prohibentur. Id apparet clarissime ex Romano Rituali, ubi inter res vetitas hæ potissimum numerantur: *Nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia*. Theologi pariter, quos superius indicavimus, Benedictiones primum locum inter celebritates Matrimonii obtinere testantur, & ideo minime adhibendas, cum vetitis temporibus aguntur Matrimonia, & Parochum, qui contrarium fecerit., gravi criminis labe inquinari: *Et ideo* (inquit Sanchez) *in his feriarum temporibus Benedictiones nuptiarum prohibitas esse nemo dubitat, quia consuetudo totius Ecclesiæ id testatur &c. Quare culpa esset lethalis huic præcepto contravenire; nam tamquam de re gravi semper intellexit Ecclesia*. Pontas vero sic tradit: *Mihi quidem videtur, in violatione ejus legis committi peccatum lethale: & quidem, quod attinet ad Benedictiones Ecclesiæ, clarum est, cum sit violatio legis in materia gravi*. Idem Rosignolius docuit: *Quod autem graviter peccet Parochus solemniter benedicens, & contrahentes recipientes Benedictiones pro temporibus feriatis, ex eo arguitur, quod Concilium Tridentinum gravibus verbis præcipit servari hanc Ecclesiæ prohibitionem, & Ecclesia consuevit hoc præceptum recipere tamquam de re gravi. Ergo transgressores talis præcepti culpæ gravis rei constituuntur*. Idem sentiunt Leander ac Giribaldus: immo cum aliqui Theologi putaverint illos levis tantum culpæ reos, qui in celebrando tunc Matrimonio exiguam solum pompæ speciem instituerint, omnes tamen, cum de Benedictionibus agitur, lethali culpæ obnoxios declarant, qui tali præcepto non paruerint: *Utrum vero*, ait Coron, *hæc prohibitio sit sub mortali? Quoad Benedictionem omnes affirmant*.

Satis perspectum est omnibus, quid gerendum sit, cum Matrimonium celebratur. Nam peractis jam tribus promulgationibus, ex quibus nullum impedimentum cognitum fuerit, Parochus stola ac superpelliceo indutus adesse in Templo debet, ac Clericum habere comitem cum superpelliceo, qui Librum & Vas aquæ lustralis præferat. Deinde coram duobus vel tribus testibus a viro exposcit, an eam mulierem sibi in legitimam uxorem ducere velit: post hæc ad mulierem idem sermo convertitur, an eum virum in legitimum maritum sibi deposcat. Postquam mutuum ipsorum consensum Parochus expressit, hæc verba pronunciat: *Ego vos conjungo in Matrimonium in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Eodem tempore signum Crucis manu efficit, & conjuges aqua lustrali aspergit. Deinde Parochus Benedictionem annulo impertit, & aquam lustralem superinfundit, eumque Sponso tradit, qui digito annulari Sponsæ innectit. Interim Sacerdos reliquas preces prosequitur, quæ a Rituali Romano præscribuntur, & signum Crucis toties efformat, quoties in ipso Rituali indicatur.

Nulla sane Benedictio solemnis in his omnibus continetur, & peragi sine ullo dubio possunt, licet feriarum temporibus Matrimonium fiat. Id præsertim ex eo comprobatur, quod hæc omnia, quæ superius explicavimus, permittuntur in celebrandis secundis nuptiis, quæ tamen solemni benedictione carere debent, quod etiam præcipitur in Rituali Romano: *Caveat etiam Parochus, ne, quando Conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eis in secundis benedicat, sive mulier, sive etiam vir ad secundas nuptias transeat*.

His peractis Sacrum facit *pro Sponso ac Spon-*

Sponsa, quod ultimum inter Sacra votiva in Missali proponitur. Sed quoniam die Dominico aut aliis festis diebus Sacrum ejusmodi fieri nequit, si tunc nuptiæ faciendæ fuerint, Sacrum præscribitur de die Dominico, seu festo, cui superadditur Oratio *pro Sponso ac Sponsa*, ut in Missali perhibetur. Aliæ pariter Orationes *pro benedictione Sponsi ac Sponsæ* adduntur, quæ post *Orationem Dominicam*, & *Ite Missa est*, proferri consueverunt.

Dum hoc sacrum agitur, solemnis benedictio Sponsis dari intelligitur: *Benedictio*, inquit Bissus, *Nuptiarum fit cum Missa, quæ habetur pro Sponso & Sponsa in Missali in fine Missarum Votivarum*. Quare cum hæc Missa solemnes benedictiones contineat, tunc solum celebranda est, cum licet Nuptiis benedictionem impertiri, non autem cum hæc benedictio prohibetur: *His expletis* (sic legitur in Rituali Romano), *si benedicendæ sint Nuptiæ, Parochus Missam pro Sponso & Sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus, quæ ibi præscribuntur*. Sacrum ejusmodi, cum pompam ac solemnitatem Ecclesiasticam præseferat, quam tempore Adventus & Quadragesimæ Ecclesia improbat, ideo celebrari nequit a prima Dominica Adventus usque ad Epiphaniam, & a feria quarta Cinerum usque ad totam Paschatis Octavam, quo tempore Benedictiones solemnes Nuptiarum non permittuntur, quæ cum eodem Sacro conjunctæ sunt; uti Bissus expendit, qui post ea verba, quæ nuper commemoravimus, nempe *Benedictio Nuptiarum fit cum Missa, quæ habetur pro Sponso & Sponsa in Missali in fine Missarum Votivarum*, hæc statim subjicit: *Hæc benedictio Nuptiarum fieri non potest a prima Dominica Adventus usque ad diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschatis inclusive, quo tempore prohibentur Nuptiæ*. Quamobrem, si novi Sponsi Sacrum exposcant, in quo Divinam Eucharistiam simul percipiant, uti consentaneum est, Parochus Sacrum ejus diei faciat, non illud tamen, quod modo indicavimus, cum quo solemnes benedictiones feriarum temporibus vetitæ junguntur. Neque eas Orationes *pro Sponso & Sponsa* recitare poterit, uti perspicue ostendimus, cum diebus Dominicis aliisque Festis extra feriarum tempus aguntur Matrimonia, quibus diebus Sacrum *pro Sponso & Sponsa* in Missali propositum fieri non conceditur, quod paulo ante exposuimus.

Illud pariter affirmavimus, neque benedictionem, neque ullam pompam permitti ob eam facultatem, quæ ad contrahenda Matrimonia feriarum temporibus tribui consuevit. Id ex verbis ipsius facultatis apertissime desumitur, ut supplices coram Ecclesia in Matrimonium conjungat, licet feriarum tempus intercedat, tamen hæc simul præcipiuntur: *Sponsis tamen indicimus, ne ullam Nuptiarum pompam hoc tempore statuant &c.* Rejecto quocumque vano apparatu, hæc Parocho mandantur. *Insuper tu servabis consuetam normam sacri Concilii Tridentini ac Ritualis Romani*. Quare cum solemnes benedictiones, quas antea memoravimus, juxta Tridentinam Synodum ac Rituale Romanum feriarum temporibus impertiri non liceat; neque id sane licitum erit ob facultatem, quam Sponsi pro ineundo iisdem temporibus Matrimonio consecuti sunt.

Quid igitur ponderis habet hæc facultas, inquiet aliquis, si hoc beneficium & Matrimonii solemnitatem nequaquam præstat; cum antea dictum a nobis præsertim fuerit, Matrimonium feriarum tempore confectum esse licitum & validum, si tamen apparatu & celebritate careat? Attamen hoc responsum satis esse ducimus, ut omnem dubitationem auferamus.

Equidem ejusmodi Matrimonium omnino probatur, si juris communis ratio habeatur; contra vero ob Synodi Decreta aut peculiarem alicujus Diœcesis consuetudinem idem Matrimonium non licet; quamvis sine apparatu ac pompa duca-

Q 2 tur,

tur, dum feriarum tempus interjicitur. Ita rem sapienter exponit Vanespenius, cujus testimonium inferius afferemus; eamdem sententiam tuetur Clericatus. Hac pariter ratione potest explicari quorumdam Theologorum opinio, qui asserunt nullo modo feriarum tempore Matrimonium iniri posse, sive solemnitas intercedat, sive omni pompa careat.

His itaque præhabitis, cum in hac Diœcesi ob veterem consuetudinem Matrimonia contrahi vel absque pompa non liceat, dum feriarum tempus agitur, necessario facultas obtinenda est, ut ipsa licite conficiantur. Cum hæc ita sint, eadem facultas non exiguum affert beneficium, quæ Matrimonia his temporibus vetita permittit, quamvis ob ipsam nec vanus pompæ apparatus, nec ulla Ecclesiæ solemnitas adhiberi possit. Neque sane Decessores nostri, ac nos ipsi facultatem eamdem pro ineundis feriarum tempore Matrimoniis absque ulla celebritate temere aut inconsulto concessimus. Quippe in dubium revocari nequit, nos ea auctoritate præditos esse, ut contrariam consuetudinem abrogemus; dubitari tamen potest, an solemnitatem ullam Nuptiarum vetitis temporibus elargiri possimus, cum omnis pompa a sacris Canonibus tunc proscribatur. Illud tamen incertum semper foret, an sufficiens causa interveniret; nam qui auctoritatem Episcoporum in hac re magnopere prædicant, maximam semper causam exquirunt, ut Sacrorum Canonum Decretis iidem Episcopi contrarium aliquid suscipiant.

Postremo hoc loco exposuimus probata semper fuisse in hac Diœcesi ac diligenter observata omnia, quæ superius declaravimus. Franciscus Leo Vicarius generalis hujus civitatis ac Diœcesis, cum Alphonsus Paleottus hanc sedem teneret, librum Typis edidit ita inscriptum: *Thesaurus Fori Ecclesiastici*, in quo hæc docet: *Et licet Nuptiarum solemnitates certis anni temporibus etiam prohibita reperiantur, tamen etiam tempore prohibito sine Nuptiarum solemnitatibus Matrimonium contrahi potest, cum tantum solemnitates, non Matrimonia sint prohibita*. Paulo ante Patris Giribaldi opinionem adduximus, qui per tot annos Pœnitentiarii munere in hac civitate functus est. Ipse præsertim inquirit: *Quid intelligatur post solemnitates Nuptiarum, quæ dictis temporibus* (nempe Adventus & Quadragesimæ) *prohibentur*; atque ita respondet: *Per solemnitatem prohibitam Nuptiarum intelligi benedictionem solemnem, quæ scilicet solemniter intra Missæ sacrificium in Ecclesia celebratur, necnon sæcularem pompam cum festivis lætitiæ signis, traductionem sponsæ in domum sponsi cum plausu, comitatu, & strepitu, convivia, choreas, cantus, & similia, juxta communiorem Doctorum sententiam*. Deinde etiam quæstionem instituit, cujusnam culpæ reus habeatur, qui hoc mandatum detrectaverit, & statim hæc subdit: *Respondeo, Benedictionem solemnem graviter prohiberi, adeo ut peccent mortaliter Sacerdotes Benedictionem illis temporibus dando, & Laici ipsi conjugati eam petendo & suscipiendo; quia est res gravis & sub verbis præceptivis præscripta a Tridentino, & ita in praxi servatur*. Cardinalis autem Gabriel Paleottus postquam indixit, ne Sacerdos secundis Nuptiis benedicat, ita sermonem prosequitur: *Neque item primis ipsis Nuptiis benedicet temporibus a Sacro Concilio prohibitis, hoc est a prima Dominica Adventus usque ad Epiphaniam inclusive, & a feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschatis Resurrectionis inclusive sub pœnis & censuris a Sacris Canonibus injunctis*. Alphonsus Paleottus, qui in ejus locum suffectus fuit, hæc quoque decernit: *Sacerdos numquam secundis Nuptiis benedicet, sive Mulier, sive vir tantum ad secundas Nuptias transierit. Neque primis Nuptiis benedicat, cum feriarum tempus interponitur; nempe a prima Dominica Adventus usque ad Epiphaniam, & a feria quarta Cinerum usque ad Octiduum totum Paschatis*.

Sed jam sermonem convertamus ad eam

quæ-

quæstionem, utrum Matrimonio vacare liceat, quod initum fuit feriatum temporibus. Non inficiamur Canonum Interpretes magis præclaros in ea fuisse opinione, ut sine culpa fieri non putaverint, adducti auctoritate *Capitis Capellanus*, illiusque potissimum verbis *quocumque tempore de feriis*. Illorum testimonia Fagnanus etiam probat, atque integre commemorat. Illud pariter non ignoramus, aliquas sententias a Sacra Concilii Congregatione promulgatas esse, quæ opinionem eamdem tueri ac confirmare videntur. Neque Pignatellus eo loco, quem inferius nominabimus, hanc difficultatem satis dissolvit, cum affirmat haud satis constare de iisdem sententiis, vel editas fuisse, cum peculiare aliquid statuendum proponeretur. Nam illas nos ipsi perspeximus; & licet pro eventu aliquo peculiari pronunciatæ fuerint, plurimi tamen faciendæ sunt, legemque indicunt, dum mentem Concilii interpretantur. Illud quoque fatebimur moneri a Tridentino Synodo, ne Sponsi Matrimonio indulgeant, priusquam a Sacerdote benedictionem acceperint. Attamen, si contra fiat, nullum crimen admitti existimamus, quod etiam a celeberrimis Theologis & Canonum Interpretibus merito defenditur.

Ac primum Cardinalis Bellarminus Sanctum Thomam, Cajetanum, & Navarum prius nominat, ac deinde sic tradit: *Non interdici illis temporibus celebrationem Matrimonii per verba de præsenti, & etiam consummationem, sed solemnem tantum Sponsæ deductionem, & publicam illam pompam & convivia, quæ in solemnitate Nuptiarum adhiberi solent*. Ipsius sententiam plurimi alii unanimes sequuntur.

Illam tenendam reipsa ducimus, ne vinculum fidelibus inficiatur, quod a nulla lege clare præscribitur. Insuper id consuetudini & instituto Ecclesiæ valde consentaneum est, quæ, humanæ fragilitatis gratia rationeque habita, paulatim a veteri disciplina recessit, cum de re ejusmodi quæstiones inducerentur. Siquidem primis temporibus feriati dies non impedimentum simplex, sed dirimens inferebant, uti conjicitur ex epistola 11 S. Petri Damiani: *Censura Canonica Nuptias illicitis temporibus institutas remoto omni scrupulo dividit*. Hinc Christianus Lupus hæc scripta reliquit: *Quod contractum extra tempora Conjugium fuerit omnino substantialiter nullum, fateor cum Sancto Petro Damiano*. Olim feriati dies totum spatium a Septuagesima usque ad Paschatis Octavam, & præter Adventum Domini tres quoque hebdomadas ante Festum S. Joannis Baptistæ complectebantur.

Nunc autem ii solum dies feriati dicuntur, quos Tridentinum Concilium expressit, ut jam dictum est. Neque nobis adversari possunt sive Canonum interpretes, qui contrarium sentiunt, neque Decreta a Sacra Congregatione Concilii Typis evulgata, neque ipsum Tridentinum Concilium. Equidem Canonum Interpretes severitati veterum Canonum plus æquo inhærentes tamquam præceptum statuerunt, quod intra consilii limites solum continebatur: *Quidquid sit de hac sententia* (inquit Vanespenius, qui Canonum Interpretes & Fagnanum ipsum, uti nos etiam, magni pendebat), *attenta Canonum antiquorum rigorosa expressione, hoc certum est hodie, dictis temporibus* (de vetitis ad ineundum Matrimonium diebus sermo est) *nequaquam vetitum esse actum Matrimonialem, sed ad summum consilii esse eis temporibus abstinere, ut mente clariore & a carnalibus voluptatibus magis libera vacent orationi & pietatis exercitiis*. Neque sane contraria sunt Decreta Sacræ Congregationis, quæ non Matrimonium, sed ipsius pompam feriatum temporibus prohibuit, videlicet convivia facere, Sponsam domum deducere, & corpora permiscere: *Sacra &c.* (ita semper respondit Sacra Congregatio) *censuit, etiam temporibus expressis cap. 10, sess. 24, de Reform. Matrim.*

trim. posse Matrimonium contrahi coram Parocho, sed Nuptiarum solemnitates, convivia, traductiones ad domum, & carnalem copulam prohiberi. Attamen adhuc incertum est, utrum his sententiis agatur *tam de privata, quam de solemni traductione ad domum*. Incertum pariter, an sponsi ab omni commercio abstinere debeant *post publicam traductionem ad domum*, an vero *post privatam traductionem*. Cum tamen in Tarsensi Synodo, quam Cardinalis Carolus Barberinus habuit anno 1685, juxta mentem Sacræ Congregationis, expositum fuerit, quod *licentia hujusmodi obtenta sufficiet etiam ad traductionem Sponsæ ad domum Sponsi statim post celebratum Matrimonium, ita tamen ut omittantur solemnitates in traductione alias adhiberi solitæ*. Hinc quisquis intelligere potest, non ita facile Sacræ Congregat. Decreta congruere, ut suas opiniones ipsi Interpretes sustineant. Postremo illa Tridentinæ Synodi verba contraria non videntur: *Præterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut Conjuges ante benedictionem Sacerdotalem in Templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent*. Hæc enim nequaquam rem præcipiunt, sed consulunt, uti Monacellus ac Baruffaldus hujus nostri Centensis Oppidi Archipresbyter sapienter advertunt: Baruffaldus variis etiam rationibus corroborat ea omnia, quæ in has litteras congessimus.

Paulo ante declaravimus licentiam pro contrahendo Matrimonio feriarum temporibus satis esse, ut Sponsa privatim ad ædes Sponsi deducatur, quod Sacræ Congregationi consentaneum est. Id autem declaravimus non solum adducti Tarsensi Synodo, quam nuncupavimus, sed quia nos ipsi hoc Decretum ipsius Congregationis deprehendimus inter pagellas, quas accuratissimo studio collegimus, cum in eadem Sacra Congregatione Secretarii munera fungeremur.

Dubium traductionis Sponsæ.

Nonnulli Parochi pro sua & Matrimonia contrahentium quiete supplicant declarari: An concessa per Episcopum licentia contrahendi Matrimonium temporibus a Sacro Concilio vetitis in iis locis, in quibus dispositio ejusdem Concilii ad ipsum quoque Matrimonii contractum reperitur a consuetudine extensa, dicatur etiam permissa traductio Sponsæ seu uxoris ad domum viri.

Altovitus quidem tunc temporis a Secretis contrariam opinionem exhibuit ob reliquas Sacræ Congregationis sententias, quas superius indicavimus. Id apertissime constat ex ipsius suffragio, quod nos diligenter servamus. Verum Sacra Congregatio sic respondit: *Affirmative, dummodo traductio fiat absque solemnitatibus*.

Quamobrem nemo in posterum hac de causa nec sibi, nec aliis religionem aut scrupulum injiciat; quod si pravas consuetudines in hac re de medio tollere vehementer cupiat, curam omnem studiumque conferat, ut penitus extinguat falsam illam opinionem vulgi, quæ jam nimis invaluit, nempe infaustis auspiciis uxorem duci mense Majo: *Abolenda sane* (sic decernitur in Synodo Burdigalensi) *perversa illa ac superstitiosa quorumdam opinio, mense scilicet Majo uxorem non ducendi, quasi aliquid ex eo omiais emanaas fidelitati Contrahentium ac prosperitati Nuptiarum officere possit. Doceatur igitur populus, & ab omnibus Parochis sæpe instruatur, ut superstitiosis illis nugis fidem haudquaquam adhibeat, sed præter ea tempora, in quibus ex præscripto Ecclesiæ a celebratione Nuptiarum abstinetur, nullum esse, quo ipsæ jure & canonice celebrari prohibeantur*.

Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis. XXXVII, num. 5, pag. 156*. Circa tempus feriatum duæ sunt examinandæ ac resolvendæ Quæstiones. *Una* est, qua hora incipiat prohibitio Nuptiarum, adveniente Ad-

Adventu vel Quadragesima? Et qua hora cesset eadem prohibitio, Adventu ac Quadragesima recedentibus? Pro resolutione scire oportet, quod dies naturalis (qui simul cum nocte expletur spatio viginti quatuor horarum) varie a variis populis computatur. Persæ sumunt diei principium ab ortu Solis, & durare faciunt usque ad subsequentem Solis ortum. Athenienses & Marcomani ab occasu Solis usque ad alium occasum. Galli, Hispani, & fere omnes Germani ab uno meridie usque ad alium meridiem, ut ex Aulo Gellio, Tiraquello, ac aliis ostendit Antonellus *de Tempore Legali lib.* 1, *cap.* 3, *num.* 30. At secundum morem Romanum, quo utitur Ecclesia Catholica respectu jejuniorum ac festivitatum, dies naturalis incipit a media nocte præcedente, & finitur media nocte subsequente. *l. More Romano*, ubi Glossa, & DD. *de Feriis*. Decius *in cap. Consuluit*, *num.* 40, *De Offic. Deleg.* Riccius *in praxi part.* 4, *resol.* 568; & tali pacto est computandus dies pro non celebrandis vel celebrandis Matrimoniis, adveniente vel recedente Adventu Domini & Quadragesima, videlicet a media nocte ante primam Dominicam Adventus, quia tunc incipit prohibitio, usque ad mediam noctem post Festum Epiphaniæ, in qua eadem cessat, & a media nocte ante feriam quartam Cinerum usque ad mediam noctem post Dominicam in Albis: & juxta hanc præfixionem temporis vetiti incipientis ac desinentis in medietate noctis intelligendum est Calendarium Patavinum, quando dicit: *Hodie in sero clauduntur nuptiæ*: & *Hodie in mane aperiuntur Nuptiæ*, nempe ly *in sero*, ideſt in media nocte subsequente, & ly *in mane*, in media nocte antecedente, juxta computationem diei naturalis more Romano jam dicto: verba enim sunt proprie accipienda secundum terminos habiles, ac juxta dispositionem juris. Rota *coram Durano Decis.* 228, *num.* 9; & Barbosa *in Votis decisivis lib.* 3, *Vot.* 97, *num.* 76. Nec est omittendum, quod juxta hanc computationem diei naturalis a media nocte ante usque ad mediam noctem subsequentem incipiunt Menses Apostolici & Menses Ordinarii pro conferendis beneficiis, quæ vacant vel in fine vel in principio Mensis, ubi Episcopi habent alternativam cum Apostolica Sede, ut differit Gonzalez *ad Regul.* 8 *Cancellar. glossa* 11, *num.* 9 & 10, Jordanes *lib.* 10, *tit.* 12, *num.* 43, & Antonellus *de Tempore legal. lib.* 7, *cap.* 3, *num.* 28. Est tamen verum, quod dies Ecclesiasticus pro mutatione officii seu horarum Canonicarum, atque pro recipiendis Indulgentiis in visitatione Ecclesiæ alicuo die festo incipit, ac numeratur a primis Vesperis diei antecedentis, & durat usque ad Vesperas diei subsequentis, quarum nomine venit tota dies usque ad occasum Solis, *cap.* 1, *extr. de Feriis*. *Clem.* 1, *in fin. de Reliq. & Vener. Sanct.* Antonellus *d. lib.* 1, *cap.* 3, *num.* 31 & 38, ubi ulterius notat, quod dies civilis habet suam propriam numerationem, nempe ab ortu Solis usque ad occasum, exclusa nocte; ideoque aliquando est longior, aliquando est brevior juxta varietatem signorum, quæ Sol scandit in Zodiaco ascendendo vel descendendo, ut late traduut Ludovicus Passeronus *de Sphæra Artific. ac Natur. cap.* 8, & D. Guarinus de Guarinis Clericus Regularis *in compendio sphæræ cœlestis cap.* 6.

Altera difficultas est, an Parochus tempore Adventus & Quadragesimæ possit assistere Matrimoniis absque licentia seu dispensatione Episcopali, omissa Sponsorum benedictione? Pro resolutione difficultatis sciendum est, Theologos morales communiter dicere, *tempore feriato*, ideſt in Adventu & in Quadragesima, prohibitas esse ab Ecclesia solemnitates Nuptiarum, non etiam ipsas Nuptias. Sanchez *d. lib.* 7, *disp.* 7, *num.* 12, ubi DD. qui appellatione *solemnitatum* intelligunt tum convivia, cantus, choreas, traductionem spon-

sæ

sæ de domo paterna ad domum Sponsi cum pompa, ut antiquitus erat in usu; de quibus pompis ac solemnitatibus fuse agit Sherlogus *in Cantic. tom. I Anteloq. 3, sect. 3, a num.* 86, *&* *seqq.* ubi historiæ ac eruditiones plures: tum benedictionem a Missali Romano *in Missa pro Sponso ac Sponsa* præscriptam, quam Parochus Sacrificium celebrans his conversus ad Sponsos adstantes super eis effundit. Igitur quæritur, an, his solemnitatibus sacris ac profanis omissis, licitum sit Parocho assistere Matrimoniis in Adventu ac Quadragesima absque Episcopali licentia? Et respondetur negative, si contraria sit consuetudo Diœcesis, vel id vetent Synodales constitutiones. Sanchez *d. lib.* 7, *disp.* 7, Bonacina *de Matrim. q.* 3, *punct.* 14, *num.* 4, & Pax Jordanus, *lib.* 3, *tit.* 7, *num.* 135. Ratio est manifesta, quia tam Synodus Diœcesana, quam consuetudo Diœcesis habent vim legis, cap. fin. de consuetudin. & derogant. *cap. Capellanus De Feriis* ac Rituale Romano dicentibus, Matrimonium quocumque tempore celebrari posse. Eminent. Cardin. de Lauræa *d. disput.* 36, *num.* 51 *&* 55. Propterea si Parochus absque licentia Episcopali assisteret Matrimonio in hac Diœcesi Patavina tempore Adventus vel Quadragesimæ, in qua contraria est consuetudo, peccaret mortaliter. Fagnanus *in cap. Si quis num.* 42, *de Regul. tom.* 5, & esset de jure punibilis.



QU. XIX.

QU. XIX.

Quam definitionem nobis tradis earum nuptiarum, quæ a Christianis hominibus celebrantur?

Christianorum Matrimonium consistere ne potest absque Sacramento?

§. I. CHristianorum Matrimonium est societas corporum rite (*a*) & recte inita a viro & muliere cum Sacramento (*b*)

(a) Hæc verba excludunt Concubinatum aliasque illegitimas conjunctiones. Concubina proprie est mulier, quam quis non mariti animo, sed concubitus tantum causa domi retinet; atque hæc consuetudo sive concubinatus individuam non continet vitæ consuetudinem, & procul abest a Matrimonio, quod dissolvi non potest. Decet tamen animadvertere, quod concubina interdum dicitur vera uxor, ducta tamen sine dote & nuptiali solemnitate, ut colligitur ex *L.* 144, *ff. de verbor. signif.*, *L.* 32, *ff. de donat. & Novell.* 18; eaque a vera uxore tantum dignitate differebat, quia scilicet concubina, etsi vera esset uxor, non transibat in familiam mariti, neque uti uxor legitima ejus jurium, privilegiorum, honorum particeps fiebat: quod ostendunt Metillus *observat. lib.* 3, *cap.* 16, Antonius Augustinus *de emendat. Gratian. lib.* 1, *dialog.* 15, *opp. tom.* 3, *pag.* 80, *edit. Lucæ*, Du-Cangius *in Glossar. verb. dos.* De his concubinis, quas a pellicibus sedulo distinguere oportet, loquuntur antiqui canones, qui concubinas ad Baptismum, & concubinarios ad Communionem admittunt; & has porro spectant Auctor *Const Apostolic. lib.* 8, *cap.* 32, apud Coteleriun *G. P. Apostolic. pag.* 418, *tom.* 5, *edit. Amstelædami* 1724, Patres Concilii Toletani I, & Isidorus apud Gratianum *can.* 4, & 5, *dist.* 34. Ad hoc sane concubinatus genus non adverterunt Van-Espenius & cæteri, qui Gratianum reprehendunt, quod Toletanum illum canonem in Decreto descripserit. Occurrit & mentio concubinarum, quas viri accipiebant non solum sine tabulis nuptialibus, sed etiam cum vinculo, quod solveretur; & cum his quidem viri individuam servabant vitæ consuetudinem, sed eas tamen suo lubitu dimittebant. Genus hoc concubinatus non infrequens olim fuit; neque deerant, qui licere putarent unam sibi feminam jungere, quam a se abjicerent suo arbitratu: sed Ecclesia semper hujusmodi conjunctiones extra Matrimonium improbavit. De concubinatus discrimine late agunt Bened. XIV, *de Synod. diœces. lib.* 9, *cap.* 12, & Carolus Baschus *in epistola de interpretatione can. fraternitatis dist.* 34, *inter ejus opuscula*

(*b*) implicitâ atque cohærens. Non is ego ſum, qui cum Simone Vigorio Chriſtianorum Matrimonium ſine Sacramento conſiſtere poſſe putem, ſed cum Tridentinis Patribus, Seſſ. XXIV de Reform. Matrim. cap. I, illud ſemper pro certo habui, nullum inter Chriſtianos verum Matrimonium eſſe poſſe, quod etiam ratum non ſit. Quid ſi ratum? Continuo etiam Sacramentum eſt, clamat Innocentius III, rel. in cap. *Quanto* de Divort. *Etſi Matrimonium verum inter Infideles exiſtat, non tamen eſt ratum. Inter Fideles autem verum & ratum, quia Sacramentum Fidei, quod ſemel eſt admiſſum, numquam amittitur, ſed RATUM EFFICIT CONJUGII SACRAMENTUM.*

§. II. Cum Chriſtus Dei Filius Sacramentum Matrimonii inſtituit, illud ipſum Matrimonium, quod initio Mundi a Deo fuit inſtitutum, ad Sacramenti dignitatem evexit. Porro Matrimonium divinitus inſtitutum fuit ante omnem civitatem, tum cum genus humanum non aliis, quam naturæ ac Religionis legibus tenebatur. Quodcumque igitur Matrimonium (modo intra naturæ ac Religionis leges conſiſtat) Sacramento a Chriſto Domino auctum eſt. Quod ſi apud Infideles Matrimonium, licet verum, tamen caret Sacramento; id non ex eo oritur, quod illorum Matrimonium ex ſe ſe non ſit Sacramentum, ſed ex eo, quod ii careant Baptiſmo, qui Sacramentorum omnium fundamentum ac ſolum habetur & eſt. Cæterum ubi ad verum Infidelium Matrimonium Baptiſmus accedit, (juxta ea quæ infra qu. XXXV dicemus) illico fit Sacramentum, *quia Sacramentum fidei, h. e. Baptiſmatis, ratum efficit conjugii Sacramentum*. Atque hoc quidem illud eſt, quod ſibi volebat Divus Auguſtinus Lib. de bono Conjug. cap. 18, cum ait, *Sacramentum Matrimonii eſſe omnibus gentibus commune*. Huc ſpectavit Honorius III, in cap. ult. de Tranſac. cum inquit, *Conjugii Sacramentum non ſolum apud Latinos & Græcos, ſed etiam apud Fideles & Infideles exiſtere*. Huc denique reſpexit Innocentius III, in cap. *Gaudemus*, *de divort.* cum reſpondit, *Sacramentum conjugii inter Fideles & Infideles exiſtere*.

Manet igitur, Chriſtianorum Matrimonium ita cum Sacramento copulatum, conglutinatum, ac coagmen-

Neapoli edita an. 1758, *pag.* 1 *& ſeq.*

(b) Quæ tria ad conſtituendum proprie dictum Sacramentum requiruntur, nempe ſignum ſive ſymbolum externum rei ſacræ, divina inſtitutio, & gratiæ promiſſio, ea omnia in Matrimonio concurrere probat præ cæteris Bellarminus *tom.* 2 *Controverſ. lib.* 1, *de Matrim. cap.* 1, *& ſeq.* Idque auctoritate ſacrarum utriuſque Teſtamenti Litterarum, Summorum Pontificum, Patrum, & Conciliorum generalium, tum Florentini in decreto unionis Armenorum, tum Tridentini, *Seſſ.* 24, *can.* 1, §. *gratiam vero*, *in decreto de Sacram. Matrim. & can.* 1, *ibidem*. Qua in re notandum in primis quod habetur apud Paulum *ad Epheſios* 5. *Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto & Eccleſia*; in authentico Græco ſcriptum: εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν, *in Chriſtum & in Eccleſiam*; qua loquendi

mentatum esse, ut ab eo nullo modo divelli aut distrahi possit, atque ubi Matrimonium, ibi & Sacramentum necessario sit, a quo autem Sacramentum abest, ab eo etiam Matrimonium abesse debeat (c).

---

di forma indicatur conjugium esse verum & magnum Sacramentum, quatenus ejus significatio refertur ad conjunctionem Christi cum Ecclesia. Notat sane S. Cyrillus *lib. 2 in Joan. cap. 22*, Christum sanctificasse conjugium, & gratiam Nuptiis præparasse; Augustinus autem *lib. 1* de bono conjugali *cap. 18*. *Bonum Nuptiarum*, inquit, *per omnes Gentes atque omnes homines in causa generandi est*, *& in fide castitatis*: *quod autem ad populum Dei pertinet*, *etiam in sanctitate Sacramenti*. Hinc post P. Lombardum D. Thomas 4 *Sentent. dist. 26, q. 2, art. 2 & 3*, scribit tria in Matrimonio distinguenda esse tempora. Primo quidem in statu primævæ innocentiæ institutum illud fuisse in officium naturæ, generationis scilicet causa; deinde in statu naturæ corruptæ fuisse additum, ut esset in remedium concupiscentiæ ad vitandam incontinentiam; ac denique in Lege nova evectum esse ad Sacramenti dignitatem. Hujus autem potissima ratio est, quod sit imago perpetuæ Christi cum Ecclesia unionis per caritatem, qua Christus tamquam sponsus & caput eam velut sponsam unicam diligit, ipsaque Christo vicissim adhæret. Neque hæc solum unio per Matrimonii Sacramentum designatur, sed præterea conjunctio animæ fidelis & justæ cum Deo, & verbi divini cum natura humana.

(c) Sanchez *de Matrimonio Lib. II*, *Disput. X*, *num. 6*, *pag. 128*. Ex Christi institutione inseparabile est a contractu Matrimonii Esse sacramenti; unde intentio non conficiendi Sacramentum repugnat intentioni legitimæ faciendi Matrimonium, ut est contractus: sicut e contra, qui intenderet facere Sacramentum Matrimonii, non autem contractum, nihil efficeret; quia ex Christi institutione hæc duo sunt inseparabiliter conjuncta, & ita mutuo se ponunt ac destruunt: unde non est simile, si objicias, eum, qui vellet assumere ordinem sacrum, non autem obligari voto castitatis, manere ordine insignitum, non autem ligatum voto; quia id votum non ex jure divino annexum est ordini inseparabiliter, ut Matrimonii contractui Esse Sacramenti, sed tantum ex statuto Ecclesiæ, quæ circa Sacramentorum substantiam nil potest immutare.

Inter fideles sive baptizatos nullo modo nequidem per intentionem contrahentium posse valide separari rationem Sacramenti a contractu Matrimonii; idest, probabilius nequit fidelis valide inire Matrimonium solum ut contractum, non vero ut Sacramentum. Sic Sanchez *lib. 2 de Matrim. disput. 10*, *num. 6*, Suarez *tom. 1 de Sacram. quæst. 64*, *art. 10*, Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst. 42*, *art. 1*, *dub. 7*, *in solut. ad primum & secundum*, Rosignolus *de Matrim. contract. 15*, *prænot. 2*, *num. 2*, Esparsa *de Matrim. quæst. 114*, *ad 3*, Layman *lib. 5*, *tract. 10*, *part. 2*, *cap. 2*, *num. 2*, Lugo *de pœnit. disput. 14*, *num. 42*, Tannerus *tom. 4*, *disput. 7*, *quæst. 4*, *num. 85*, Cardenas *in 2 Crisi dist. 20*, *num. 77*, Haunold. *lib. 4*, *num. 716*, Germ. *disp. 5*, *num. 345*, Bonesp. *de Matrim. disp. 4*, *dub. 1*, Coninch *disp. 24*, *num. 22*, & mordicus Aversa *quæst. 1*, *sect. 5*, La Croix *lib. 6*, *part. 3*, *num. 276*, cum Hiquæo, Pontio,

tio, Brancato, Bellarmin. Præposit. & aliis ibi citatis, Pignatell. *tom.* 7, *consult.* 22, *num.* 7, aliique plurimi apud ipsos, Sperell. *decis.* 9, *num.* 23, ubi dicit, hanc esse veram sententiam & Romæ approbatam; & ratio est, quia ex institutione Christi in statu Legis Evangelicæ ratio Sacramenti est essentialiter imbibita in ratione contractus marrimonialis; & hæc videtur esse etiam germana Scoti opinio, qui *in* 4, *dist.* 26, *num.* 13, sic ait: *Ideo dici potest, quod contractui matrimoniali annexuit Deus Sacramentum proprie dictum saltem pro Lege Evangelica, alioquin non esset Sacramentum novæ Legis*; unde Concilia & SS. Patres dicunt absolute, quod Matrimonia fidelium sunt Sacramenta; & favet Innocentius III, *in cap.* 7, *de divortiis*, ibi: *Etsi Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum & ratum existit, quia Sacramentum fidei, quod semel est admissum, numquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum*; quibus verbis videtur aperte asserere, quod Baptismus hoc ipso, quod inamissibiliter sit admissus, faciat contractum Matrimonii baptizatorum esse Sacramentum; adeoque dicendum, non posse fideles seu baptizatos separare rationem Sacramenti a contractu Matrimonii; nullum enim est solidum fundamentum dicendi, quod Christus reliquerit privatis fidelibus potestatem separandi unam rationem ab altera: aliter posset prudenter suaderi iis, qui in mortali existerent, nec vellent pœnitere ante Matrimonium, ut intenderent solam rationem contractus, & non Sacramenti, ne committerent sacrilegium. Item posset dari, quod unus conjugum, intendens contractum & Sacramentum, susciperet Sacramentum; alter autem, intendens solum contractum, non susciperet Sacramentum: quæ, ut recte notant Aversa *loc. cit. Sect.* 5, La Croix *loc. cit. num.* 276, & alii, plane sunt absurda, & præter mentem Ecclesiæ ac existimationem fidelium.

Nec valet dicere, quod ad substantiam seu validitatem Sacramenti requiritur intentio Ministri volentis illud conficere, adeoque non haberi hic validum Sacramentum, cum nedum non habeatur intentio Ministri volentis illud conficere, sed & ipsius positiva nolitio, seu exclusiva intentio. Non valet, inquam, quia Christus Dominus ita inseparabiliter connexuit contractui Matrimoniali rationem Sacramenti, ut, quamvis positio contractus pendeat a voluntate fidelium, eo tamen ipso non pendeat a voluntate fidelium ratio Sacramenti; sed eo ipso, quod legitime ponatur contractus matrimonialis, statim ex Christi institutione sit ei annexa ratio Sacramenti, taliter quod, quicumquo fideles volunt vere contrahere Matrimonium, volunt etiam virtualiter accipere Sacramentum: & e contra, si nollent Sacramentum suscipere, consequens esset, ut neque Matrimonium contrahere intenderent, sicque contractus irritus esset; quia, deficiente intentione quoad Sacramentum, deficit etiam essentialiter intentio quoad contractum, cum inter fideles intentio vere contrahendi Matrimonium indivisibiliter efficiat tam Sacramentum, quam contractum, adeoque deficiens quoad unum, non trahitur ab altero.

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificia inter fidelem & infidelem est Sacramentum ex parte fidelis seu baptizati; quia, ut jam dictum est, fidelis seu baptizatus ex divina ordinatione nequit contrahere, nisi simul efficiat Sacramentum, quia ipsemet fidelis seu baptizati contractus est ipsummet Sacramentum; & quamvis Christus non prohibeat fidelem cum infideli nondum baptizato contrahere, non propterea eximit fidelem ab iis, quæ circa fideles ipse ordinavit, quod nempe non possint inire matrimonialem contractum sine Sacramento: unde dicendum est, quod ex tali contractu respectu baptizati consurgat ratio Sacramenti, uti quantum ex vi contractus resulta-

ret.

ret etiam respectu alterius non baptizati, nisi obsisteret incapacitas defectu Baptismi. Hinc Divus Thomas *in 4, dist. 39, quaest. unic. art. 3, in fine*, Echius *tom. 4, hom. 73, de Sacramentis*, Paludanus *in 4, dist. 27, quaest. 4, art. 3, num. 25*, Argentina *in 4, d. 59, q. 1, art. 1, ad primum*, vera Crux 2 *part. Speculi, art. 36, conclus.* 2, Vega *lib.* 4 *Summae*, *Cas.* 113, Aversa *quaest.* 1, *sect.* 6, Rebellus, Catherin. & alii, & ex Scotistis tale Matrimonium esse Sacramentum ex parte fidelis tenent Hiquaeus, Pontius, Brancatus, & Frassen *de matrim. tract.* 3, *disp.* 2, *art.* 1, *quaest.* 2, *quaeres* 1, & videtur conformior menti Scoti, ut observat ejus fidelis interpres Hiquaeus *in Commentario ad dist.* 26, *num.* 36, & alii contra Vasquez, Henrinquex, Sanchez, Coninch, Becan. Krimer, La Croix *loc. cit. num.* 277, & alios.



QU. XX.



QU. XX.

Matrimonium est ne contractus civilis, an naturalis?

§. I. CUM Matrimonium ante omnem civilem societatem fuerit institutum, cumque non ex civili societate Matrimonia, sed ex Matrimoniis civiles societates ortæ sint (S. August. de bono Conjug. cap. 1), cumque, quæ potestas inest Civili Societati, in eas res insit, quæ ab ipsa partæ sunt, non in eas, a quibus ipsa parta est; efficitur, ut Matrimonii vis non ab humano civilique jure, sed a solis naturalibus ac divinis seu Religionis legibus pendeat (*a*).

§. II. Non ignoro tum ab Ethnicis, tum a Judæis Matrimonium ab naturalium contractuum albo expunctum fuisse, ac civilium stipulationum jugum subire jussum esse, illisque legibus parere, quæ primævæ suæ institutioni valde sunt inimicæ. Nam & libellum repudii, & Poligamiam, ritusque ab Religione abhorrentes perferre coactum fuit. Verum humani generis reparator Christus Jesus, licet civilem potestatem nulla ex parte imminutam voluerit, eamque sartam tectamque suisque in sedibus firmam reliquerit, tamen eas leges, quas conjugii vinculo civilis societas imposuerat, omnes sustulit, ac Matrimonium ad primævam suam institutionem revocavit. Etenim a Pharisæis interrogatus, num viro fas esset uxori suæ nuncium remittere, id minime licere respondit; atque hoc suum responsum non humanarum legum præsidio sepsit, sed ipsius naturæ Matrimoniique institutoris auctoritate munivit ac fulsit. *Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo Patrem & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.* Cumque Pharisæi opponerent leges civiles *mandantes dare libellum repudii*, respondit Christus, rem ab initio non ita se habuisse: *Ab initio autem non fuit sic;* quibus verbis satis aperte declaravit, leges civiles ad Matrimonii vinculum pertinentes nullo in numero habendas esse, utpote ab iis latas, qui nullam hujusmodi legum ferendarum potestatem habent.

§. III.

(a) Doujatius in Lancellotum Lib. II, Tit. IX. Ejus autem conjunctionis recte constitutio a jure divino est. Et vero illius ineundæ ritus in parte Religionis ubique

§. III. Nondum de Christianorum Matrimonio loquor. Sed si Ethnicorum ac Hebræorum conjugium ex Christi sententia civilium legum imperium detrectat, quanto magis Christianorum Matrimonium Sacramenti vi ac dignitate cumulatum? Neque existimandum est, Servatorem nostrum Sacramentorum ad nostram salutem datorum vim ab infensissimis Religionis nostræ hostibus, cujusmodi erant ii, quorum legibus tunc Christiani omnes parebant, pendere voluisse. Quid? Fac nullum Matrimonium valere, nisi quod a civilibus legibus ratum habetur. Illico actum esset de Religione Christiana. Nam si Nero eam legem tulisset, quæ eorum omnium, qui Diis thus non adolessent, nuptias irritas esse jussisset, Christiani ab omni conjugio abstinere debuissent; proindeque Christianorum Religio in suis incunabulis penitus interitura fuisset. Si nostris hisce calamitosissimis temporibus ea in Galliarum conventu rogata lex esset, quæ illorum omnium Matrimonia nullius momenti ac roboris esse statuisset, quæ *juramento civico* (Religionum omnium busto) roborata non essent; hæc una lex Catholicæ Fidei ac Religioni exilium indixisset. Quo quid absurdius dici aut existimari potest?

§. IV. Alia igitur nobis est imbibenda sententia, non quæ civilem contractum Matrimonii sedem statuit, sed quæ Matrimonium in naturalium contractuum numero habet, hoc est illorum contractuum, qui omnibus gentibus ac populis communes, quique solis naturæ ac Religionis legibus obnoxii sunt (b). Quinimmo, si me audis, Matrimonium, ut-

que habentur, & apud Ethnicos ipsos juris Pontificii sunt. Hinc consulti ab Augusto cum suis de Livia nuptiis Pontifices, teste Tacito initio Annalium.

(b) *Lettres sur l'Histoire de la terre & de l'homme Tom. I*, p. 48. J'ai frémi toutes les fois que j'ai entendu discuter philosophiquement l'article du *mariage*. Que de manieres de voir, que de systèmes, que de passions en jeu! On nous dit que c'est à la législation civile d'y pourvoir; mais cette législation n'est-elle donc pas entre les mains des hommes, dont les idées, les vues, les principes, changent ou le croisent? Voyez les accessoires du *mariage* qui sont laissès à la législation civile; etudiez, chez les différentes nations & dans les differéntes siecles, les variations, les bizârreries, les abus qui s'y sont introduits; vous sentirez à quoi tiendroit le repos des familles & celui de la société, si les législateurs humains en étoient les maîtres absolus.

Il est donc fort heureux que, sur ce point essentiel, nous ayons une loi divine superieure au pouvoir des hommes. Si elle est bonne, gardons-nous de la mettre en danger, en lui donnant une autre sanction que celle de la religion. Mais il est un nombre de raisoneurs qui prètendent qu'elle est dètestable; soit; il en est pour le moins un aussi grand nombre qui soutienent qu'elle est très-sage, & aux-quels on ne fera pas changer d'avis. Voilà donc la confirmation de ce que j'avance, savoir que la société se diviseroit sur ce point, selon la prépondérance des avis en divers lieux. Cette prépondérance changeroit par toutes les causes qui rendent variable la législation civile, & ce grand objet qui exige l'uniformitè & la constance pour le repos & le

utpote ante inventos contractus institutum, ne in contractuum quidem loco pones, sed fontem contractuum esse dices atque principium, unde contractus omnes, pacta, atque conventa suam regulam ac normam hauserunt didiceruntque (Vid. infra Qu. 1). Consule Jacobum Clementem Traitè du pouvoir irrefragabile, & inebranlable de l'Eglise su le Mariage des Catholiques, & Auctorem operis de l'autoritè des Deux puissances cap. 3, §. 8, Tom. II.



QU. XXI.

le bonheur de la sociétè, seroit le sujet perpétuel des dispures les plus vives. La religion a donc rendu le plus grand service au genre humain, en portant sur le *mariage* une loi sur laquelle la bizârerie des hommes est forcée de plier; & ce n'est pas là le seul avantage, que l'on retire d'un code fondamental de morale auquel il ne leur est pas permis de toucher. Hæc Auctor ex Protestantium grege, qui rectius ac melius, quam plures ex Catholicorum numero, hac de re sentit.

QU. XXI.

Quænam materia Sacramenti Matrimonii?

§. I. CUM unigenitus Dei Filius non aliud Matrimonium ad Sacramenti dignitatem evexerit, quam illud, quod a Deo Patre inter Mundi primordia institutum fuit (Vid. sup. Qu. XIX); idcirco juverit in primæva Matrimonii institutione hujusce Sacramenti materiam expiscari. Cum Adam e sopore, quem Deus imis illius sensibus diffuderat, experrectus sese muliere auctum sensit, statim divino instinctus spiritu exclamavit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:* quæ verba non obscure declarant viri & mulieris corpora Matrimonii ejusque Sacramenti esse materiam (*a*).

§. II.

(*a*) Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis. V*, *num.* 7, *pag.* 15. Opinio, quæ inter probabiliores admittitur, est S. Antonini 3 *part. tit.* 1, *c.* 2, *art.* 1, necnon Vasquezii *tom.* 4, *in* 3 *p. disp.* 3, *de Matrim. cap.* 5, & aliorum citatorum a Collegio Salmaticensi *tom.* 12 *de Matrim. tract.* 9, *cap.* 3, *n.* 58, & a Laymano *lib.* 5, *tract.* 10, *punct.* 1, c. 2, tenentium materiam Sacramenti Matrimonii esse corpora contrahentium mutuo tradita vel tradenda, formam vero esse verba vel alia signa externa æquivalentia, quibus exprimitur internus consensus eorumdem corporum mutuæ traditionis & translationis. Probatur hæc opinio ita. Christus Dominus, ut passim repetunt Theologi, in nullo penitus immutavit contractum Matrimonii; sed solummodo evexit ad statum Sacramenti, ut esset gratiæ collativus. Ergo eadem materia & forma est assignanda in hoc contractu, quæ in aliis contractibus civilibus assignari solent, quæ Sacramenta non sunt. Liquido autem constat, in aliis contractibus materiam illam esse, de qua contrahitur, ut in venditione domus vel equi ipsa domus vel ipse equus; formam vero esse mutuum contrahentium consensum signis externis & sensibilibus expressum circa eumdem contractum. Igitur cum eadem sit materia & forma Matrimonii, quatenus Sacramentum est & quatenus contractus, & materia hujus contractus sint corpora mutuo tradenda, forma autem consensus expressio circa eamdem traditionem; concludenter dicitur, materiam Sacramenti Matrimonii esse corpora tradenda contrahentium, formam vero expressionem consensus per verba aut signa vel nutus æquivalentes circa eamdem corporum mutuam traditionem. Probatur secundo hæc opinio ita. Eugenius IV *in præcitato Decreto Fidei de Sacram.* dicit: *Omnia Sacramenta tribus perfici: rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & intentione Ministri.* Sed secundum hanc opinionem corpora tradenda a contrahentibus

§. II. Qui Matrimonii contractum (*b*) hujusce Sacramenti materiam esse volunt, ii Matrimonium ipsum materiam Sacramenti Matrimonii esse concludunt. At Paulus Apostolus ad Ephesios 5 Matrimonium non materiam Sacramenti, sed Sacramentum esse dixit: *Viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo umquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam; quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, & de ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. SACRAMENTUM HOC MAGNUM EST. Ego autem dico vobis in Christo & in Ecclesia.* Hic loquitur Paulus de una viri & mulieris conjunctione, ex qua contractus Matrimonii conglutinatur, atque hanc viri & mulieris conjunctionem Sacramentum esse pronuntiavit. Neque ii omnes, quos tunc affabatur Paulus coram Ecclesia, sese in Matrimonio collocarant, sed plerique, antequam Christi fidem amplexi essent; & nihilominus illorum omnium Matrimonium *Sacramentum magnum* appellavit. Non igitur Matrimonii contractum materiam Sacramenti, sed ipsum Sacramentum esse dices. Quid si Sacramentum? In ipso ergo contractu indaganda materia, forma, atque minister hujus Sacramenti.

§. III. Quid quod Christianorum conjugium per se unum, licet ei desit sacer ritus ac Sacerdotis ministerium, tamen *imaginem & similitudinem gerit ejus sanctificationis, cujus signum & causa esse* perhibetur (*c*)? Accipe orationem, quae habita fuit in Concilio Carnotensi an. 1124, apud Mansium Tom. II, pag. 559. *Matrimonium sacrae rei signum esse non contemnenda tradit auctoritas. Quod sub nubilibus annis celebrandae sint nuptiae, sacrae rei signum est. Quod unus uni tantum conjungatur, sacrae rei signum est. Quod indulgeatur invicem genitivo usui, sacrae rei signum est. Quod separari non possint in Domino conjuncti, sacrae rei signum est.* Id-

tibus Matrimonium sunt res; eorumque consensus expressio stat in verbis; intentio quoque ipsorum concurrit tamquam Ministrorum. Ergo supradicta vere & proprie sunt materia & forma Sacramenti Matrimonii.

(b) Melchior Canus *de loc. Theol. Lib. VIII, Cap.* 5. Teneamus oportet, Sacramenti Matrimonii Ministrum esse Sacerdotem, formam esse benedictionem seu sacra verba, quibus ille conjugibus bene precatur, materiam vero esse contractum civilem ab ipsismet contrahentibus mutuo consensu perfectum.

(c) Augustinus *ad Bonifacium Ep.* 23 *tradit*, oportere res ipsas corporeas, quibus Sacramenta constant, imaginem & similitudinem gerere ejus sanctificationis, cujus signa & causae esse dicuntur. Ut Baptismus lotione exterius administrata spiritualis ablutionis, quam efficit, imaginem ac figuram habet. Eucharistia refectione potus cibique visibilis invisibilem refectionem adumbrat. Eodemque omnino modo in caeteris Sacramentis externa actione ac repraesentatione sanctificatio interior delineatur & quasi sub oculos ponitur.

(d)

Idcirco cum Apostolus loquebatur: Magnum, inquit, hoc Sacramentum, dico autem in Christo & in Ecclesia; nimirum Sponsus Ecclesiæ Christus, sponsa Christi Ecclesia (d).

§. IV. At unde, inquis, Matrimonio obvenit Sacramenti sanctitas, si non ex sacro ritu sacroque ministerio? Ex Baptismo (e), dum administratur, si Matrimonium antea (f)

(d) Clarius dicam: Non a Mundi incunabulis Christus adveniens sibi Ecclesiam Sponsam elegit, sed certum expectatum est tempus: en nubilium annorum imaginem. Sponte & liberaliter & omnino ex benevolentia Christus sibi Ecclesiam, nec nisi consentientem, sociavit: en imaginem consensus viri & uxoris. Unicam Christus sibi elegit Ecclesiam sine benevolentiæ divisione: en imaginem conjugii, quod unum esse debeat & individuum. Per Christum in Ecclesia regenerantur homines Sacramentis, & ad cœlestem beatam universitatem diriguntur: en imaginem conjugalis generationis & liberorum educationis ad bonum societatis humanæ. Promisit Christus Ecclesiæ suæ, se eidem perpetuo vinculo adhæsurum: en imaginem conjugii nunquam a viro aut uxore dissolvendi. Fuerunt isti miri sane & vere divini modi, quibus humana ratio post lapsam naturam inferiore appetitu quodammodo subjugata tandem aliquando, juvantibus Christi meritis, in libidinem & in alios non rectos impetus firma moderatione ac temperantia dominaretur.

(e) Sanchez *de Matrim. Lib. II, Disp. IX, pag. 126.* Utrum Matrimonium infidelium, dum baptizantur, efficiatur Sacramentum, gratiamque eis conferat? Triplex est sententia. Prima ait, nullo modo effici Sacramentum. Probatur primo, quia quantumcumque verba repetant, consensumque renovent, non est novum Matrimonium; ergo nec novum Sacramentum: cum igitur ante Sacramentum non esset, nec erit modo.

Et confirmatur, quia novum Sacramentum indiget nova materia & nova forma, quæ post Baptismum minime adhibetur; & consensus etiam iteratus non est novus, sed præteriti ratificatio.

Secundo, quia in omni Sacramento est res & Sacramentum, quod in Matrimonio fidelium est vinculum inde resultans: sed vinculum Matrimonii infidelium non potest esse res & Sacramentum; hoc enim est effectus Sacramenti, quem vinculum illud præcedit. Hanc tenet quidam gravis Doctor, ut refert Veracrux 2 parr. speculi, art. fin. & multi Discipuli D. Thomæ, ut refert Petrus de Ledesma de Matrim. Qu. 59, art. 2, dub. 3, & dicit esse valde probabilem; & vere ita est.

Secunda sententia docet effici Sacramentum, gratiamque conferre, non tamen statim ac baptizantur, sed cum habent novum consensum, aut antiquum verbis vel nutibus vel copula maritali approbant. Probatur esse Sacramentum, quia si facta venditio non est ita rata, quin in potestate cujuslibet ex contrahentibus eam irritare sit, dicitur proprie facta denuo, cum ita firma efficitur, ut annullari nequeat: sed Matrimonium infidelium poterat ab alterutro dissolvi, eo solo admittente fidem; &, dum baptizantur, novo consensu ita ratificant, ut amplius dirimi nequeat Matrimonium: ergo tunc dicitur contrahi, & subinde erit Sacramentum tamquam Matrimonium post Baptismum contractum. 2. Matrimonium infidelium nec est ratum, nec indissolubile, c. Quanto, de Divort. eo quod Sacramentum non sit, sed ubi baptizantur fit indissolubile; ergo Sacramentum.

Tertia, quia jam perfecte signat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quod est proprium Sacramentum Matrimonii.

Probatur autem esse necessarium novum consensum, quia non potest esse novum Sacramentum absque nova materia & forma; prior autem consensus, cum tunc

(f) celebratum fuerit (ac ratum habeatur juxta ea, quæ dicemus infra Qu. XXXV); sin postea, cum Matrimonium celebratur: tunc enim Ba-

non esset Sacramentum, nec modo est, quia jam transiit, non potest esse Matrimonii, quod denuo Sacramentum debet esse, materia. Hanc tenent Capreol. 4, dist. 26, q. unic. art. 3, ad. 5, Ekhius tom. 2, homil. 73 de Sacrament. immediate ante §. fortissima objectio, Bellar. l. 1 de Matrim. c. 5, in fin. Henriq. l. 77 de Matrim. c. 8, n. 1, in fine, & c. 15, n. 13, in fin., & multi Discipuli D. Thomæ, ut refert & sequitur Pet. de Ledesma de Matrim. q. 59, art. 2, dub. 3, male tamen refert pro hac sententia Sylvestr. Matrim. l. 8, q. 10, dicto 2, ad fin. ubi dicit oportere, ut infideles suscepto Baptismo denuo consentiant, quia loquitur, quando prius Matrimonium irritum fuit. Et valde est probabilis hæc sententia.

Tertia sententia, quæ mihi probabilior est, affirmat cum secunda effici Sacramentum gratiamque conferre, dum infideles baptizantur; diffidet tamen ab ea, quia ait non desiderari aliquem novum consensum, sed, statim ac baptizantur, tunc effectum subsequi. Probatur prior pars argumentis secundæ sententiæ; posterior autem, quia, statim ac baptizantur, Matrimonium istud repræsentat unionem Christi cum Ecclesia, cum in Christi fide contractum perseveret, efficiturque indissolubile saltem, ut Matrimonium ratum fidelium: ergo, statim ac baptizantur, efficitur Sacramentum. Hujus sententiæ videtur D. Thomas 4, d. 39, q. unic. art. 3, ad 1; dicit enim Matrimonium infidelium esse Sacramentum non actu, quia non contrahunt in fide Ecclesiæ, sed habitu; ergo sentit, statim ac baptizantur, effici Sacramentum: alias frustra esset potentia illa, quæ ad actum non reduceretur. Et tenet expresse Palud. 4, d. 27, q. 4, art. 3, n. 25, in solut. ad 5, & ibi Deza q. 1, art. 4, ad 5, Argent. 4, d. 39, q. 7, art. 1, Veracrux 2 p. Speculi art. 36, concl. 2; Pet-Bollo œconomia canonicæ classe 2, c. 4, §. 7, paulo post princ. Vega lib. 4 summæ, cas. 113.

Ad primum argumentum propositum n. 3 respondetur esse novum Matrimonium novumque vinculum non omnino, sed in quantum prius Matrimonium, quod erat contractus naturalis profanus, efficitur facet & repræsentans unionem Christi cum Ecclesia, sicut in Trid. sess. 24, de Matrim. can. 7 dicitur, Christum instituisse Matrimonium in lege nova, cum tamen jam constitutum esset, quia illud, ut esset sacramentum, evexit.

Ad confirmationem dico, eo ipso quod baptizantur, consentire in Matrimonium præcedens ut indissolubile, signetque Ecclesiæ cum Christo unionem; quare illi consensus eo signo externo expliciti sunt nova materia & nova forma.

Ad secundum dico, illud vinculum esse tem & Sacramentum, nec omnino fuisse antea, ut proxime explicui.

Ad ultimum argumentum propositum n. 4 constat ex dictis; nam eo ipso, quod infideles baptizantur, est novus consensus novusque actus, cum implicite velint prius Matrimonium esse indissolubile.

(f) Sanchez *loc. cit. Disp. V*, *n.* 7, *pag.* 125. Observandum est, quod sicut Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum, non tantum dum est in fieri, sed etiam dum est in facto esse, nam species permanentes sunt signum sensibile interni alimenti per gratiam, & dum est in fieri, tota essentia consistit in verbis consecrationis, panis autem & vinum concurrunt, ut materia circa quam, at dum postea permanet, species sunt materia ex qua; sic Sacramentum Matrimonii est Sacramentum, dum est in fieri, & ejus materia & forma sunt verba, & contrahentes sunt materia circa quam; est etiam Sa-

Baptismi virtus reviviscit eodem fer. me modo, quo reviviscit in eo, quem (g) post Baptismum pœniteat peccatorum, quæ ante Baptismum perpetrarat. Quo testimonio id af. firmem, ais? Innocentii III. *Sacramentum Fidei*, h. e. Baptismatis, *quod semel est admissum, numquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum*. Hæc Innocentius III, in Cap. Quanto, de Divortiis.

Sacramentum, posteaquam permanet factum, viventibus enim conjugibus ea conjunctio est signum externum conjunctionis Christi & Ecclesiæ, & tunc contrahentes sunt materia ex qua, & in hoc sensu est vera quarta Sententia posita. Sic Bellarmin. lib. 1 de Matrim. cap. 6.

(g) Lucius Ferraris V. Baptismus *Art. V, n.* 31. Fides & dolor de peccatis non requiruntur ad recipiendum Baptismum valide, sed solum ad recipiendum fructuose, nempe cum effectu gratiæ. Unde si quis adultus sine actu Fidei & doloris de peccatis commissis Baptismum susciperet, valide eum susciperet, quia characterem susciperet; non tamen fructuose, quia non reciperet gratiam & cæteros effectus ex illa pendentes. Habetur clare *in c.* 151, *de consecr. dist.* 4, §. 1, ex istis præcisis verbis S. Augustini: *Non interest, cum de Sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramentum: interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad Sacramenti quæstionem nihil interest. Item manifestum est fieri posse, ut fide non integra integrum quoque maneat Sacramentum Baptismi*, & expresse habetur ex cit. cap. Majores 3, de Baptismo ibi: *Sicut & is, qui ficte ad Baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum*. Recedente vero fictione, idest posito actu Fidei & doloris, tum gratiam & cæteros effectus reciperet absque reiteratione Baptismi ex vi præteriti Baptismi recepti sine Fide & dolore de peccatis; quia Sacramentum irreiterabile non debet carere suo fructu recedente fictione recipientis, idest adveniente vera Fide & vero dolore de peccatis commissis. Habetur expresse *in cap. Tunc valere incipit* 42, *de consecr. dist.* 4, ex istis verbis S. Augustini: *Tunc valere incipit ad salutem Baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ, corde in malitia vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem non sinebat fieri*. Et idem de Hæreticis, qui baptizati in Hæresi recipiunt valide Baptismum, & recedente fictione, idest abnegata hæresi, per conversionem ad veram Fidem recipiunt statim gratiam & virtutem Spiritus Sancti. Habetur clare *in Cap. Quamvis* 29, *de consecr. distinct.* 4, ibi: *Quamvis unum Baptisma sit & Hæreticorum, eorum scilicet, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizant, & Ecclesiæ Catholicæ; tamen, qui foris Ecclesiam baptizantur, non sumunt Baptismum ad salutem, sed ad perniciem, habentes nimirum formam Sacramenti, virtutem autem ejus abnegantes; & ideo eos Ecclesia non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, & ipsa est profecto forma Sacramenti. Ideo cum reversi fuerint, accipiunt virtutem Spiritus Sancti, quam, qui foris Ecclesiam baptizantur, nondum habent*. Unde S. Thomas in 4, dist. 4, quæst.

quæst. 3, art. 2, ad 2, sic ait: *Baptismus recedente fictione habet illum effectum, quem prius habuisset, si fictio non fuisset; & ideo peccata praecedentia Baptismus remittit & quoad culpam & quoad pœnam; sed peccata sequentia remittuntur virtute contritionis, quæ fictionem amovet quantum ad culpam, sed non quantum ad pœnam totaliter.* Sic enim Scotus *in* 4, *dist.* 4, *quæst.* 5, & alii communiter juxta Trid. *sess.* 6, *cap.* 14, & *sess.* 7, *Canon.* 10.



QU. XXIII.

QU. XXII.

Materia Sacramenti Matrimonii quibus qualitatibus prædita esse debet?

§. I. *Cum ea in Ecclesia potestas semper fuerit, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statuerit vel mutarit, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, ac locorum varietate magis expedire judicaret* (Concil. Trid. sess. 21, c. 2); hinc factum est, ut Ecclesia materiam Sacramenti Matrimonii iis qualitatibus indutam voluerit, quas sponsorum utilitas, Sacramenti sanctitas, temporum, locorum, rerumque varietas sibi depoposcerunt.

§. II. Cautum igitur in primis fuit, ne contrahentium corpora (in quibus hujusce Sacramenti materia sita est. Vid. sup. Qu. XXI) ex eodem sanguine ac semine prognata essent. Matrimonium enim inter alia, quæ sibi proposita habet, hoc etiam imbibit, ut homines mutuo amore, benevolentia, & charitate sibi conciliet. Cum autem eos, qui ex eodem semine ac sanguine prognati sunt, natura ipsa atque ipsa sanguinis vis illos inter se satis conciliet; ideo Matrimonium ad illorum conciliationem adhibendum esse visum est, quos sanguinis propinquitas non conciliat. Quod si initio mundi Fratres inter ac Sorores potuit consistere Matrimonium, hoc factum est, quia nulli alii tunc erant homines (a), qui majore indigerent conciliatione. At

(a) S. Augustinus *Lib. XV de Civitate Dei cap. 16.* Habita est ratio rectissima charitatis, ut homines, quibus esset utilis atque honesta concordia, diversarum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in uno multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisque habeat patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. Utrumque autem unus Adam esse cogebatur & filiis & filiabus suis, quando fratres sororesque conjugio jungebantur. Sic & Eva uxor ejus utrique sexui filiorum fuit & socrus & mater; quæ si duæ feminæ fuissent, mater altera & socrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denique jam soror, quod etiam uxor fiebat, duas tenebat una necessitudines, quibus per singulas

At postquam humanum genus multiplicari ac propagari cœpit atque in familias scindi, tunc Matrimonium adhiberi cœpit ad colligandos eos, quos fraterna aut propinqua necessitudo non colligabat. Hinc nullum modo Matrimonium, inter quos cognatio aut affinitas intercedit (*b*).

§. III.

---

gulas distributis, ut altera esset soror, altera uxor, hominum numero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc ut unde fieret, tunc non erat, quando nisi fratres & sorores ex illis duobus primis nulli homines erant . . . . , Fuit antiquis Patribus religiosæ curæ, ne ipsa propinquitas se paullatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret, & propinquitas esse desisteret, eam nondum longè positam rursus Matrimonio colligare, & quodammodo revocare fugientem.

(b) Cognatio triplex est, spiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis cognatio est attinentia quædam proveniens ex Sacramenti collatione, vel ad Sacramentum detentione. Dixi *ex collatione Sacramenti*, Baptismi nempe vel Confirmationis, non item ex collatione Sacramenti alterius, vel detentione ad illud. Cognationem vero hanc ideo induxit, & his dumtaxat duobus Sacramentis conjunxit Ecclesia, quia hæc duo Sacramenta spiritualiter quodammodo hominem generant. Baptismus enim nobis largitur primam vitam, quam Confirmatio deinde roborat ac perficit. Si igitur ex generatione naturali naturalis oritur cognatio Matrimonium dirimens, nonne decebat, ut spiritualis quoque generatio eam pareret cognationem, quæ dirimendi Matrimonii vim haberet? eoque magis, quia ita fovebatur reverentia & observantia, quam spiritualiter nati spiritualibus genitoribus præstare debent.

Cognationem hujusmodi spiritualem tribus prioribus Ecclesiæ sæculis haudquaquam cognitam fuisse verosimile credit Jueninus dist. 16 de Matrim. q. 7, c. 4, art. 3, §. 4. Certe tamen ejus meminit Justinianus (sæcul. 6.) in l. 26, C. de Nuptiis, ubi ea persona omnimodo ad nuptias venire prohibendo declaratur, quam aliquis . . . . a sacro suscepit Baptismate.

Qui in Sacramentis adhibentur, & pro initiandis fidem suam interponunt, *Susceptores* sive *Sponsores*, quos Græci eosdem sensu ἀναδόχους vocant, post auctorem Hierarchiæ a D. Thoma laudatum D. Augustinus *Fidejussores* nominat, *can. 101, dist. 4, de consecr.* Ii Patrum Spiritualium loco habentur: unde vulgo *Patrini* & feminæ *Matrinæ* appellantur, Amalario aliisque Ecclesiasticis Scriptoribus cognita voce, temporibus saltem Lodovici Pii. Sic & Circumcisionis testis apud Hebræos dicitur *Pater Fœderis*. Primum itaque vetitæ fuerunt Nuptiæ cum ea, quæ ex sacro Baptismate suscepta tamquam filia est susceptoris, quod per hujusmodi nexum eorum animæ, Deo mediante, copulatæ sint, ut loquitur Imperator *l. si quis alumnam 26, Cod. de nupt.*, unde natum *Filiolæ* & ex consequenti *Filioli* nomen. Hanc prohibitionem Quinisextæ in Trullo Synodi Antistites, *d. can.* 53 (Spiritualem hanc cognationem majorem prioremque corporum conjunctione & carnali cognatione pronunciantes) ad matres puerorum produxerunt, quos quis ex Baptismate excepisset. Inde Græci Latinique non solum inter Compatres & Commatres, sed introducta etiam spirituali fraternitate inter eorum filios filiasque, sive eorum alter sive neuter causam huic cognationi dedisset, (hoc est, quamvis neuter conjungendorum ab alterius patre aut matre susceptus e sacro fonte aut chrismate fuisset) pari religione, ac in naturali cognatione servabatur, prohibitionem longissime extenderunt. Hinc fiebat, ut propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contra-

§. III. Statutum præterea est, ut viri & mulieris corpora eo impedimen-

traherentur Matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseverabatur, vel non sine magno scandalo dirimebantur. Volens itaque S. Synodus Trid. (cujus ipsissimis verbis uti placet) huic incommodo providere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens statuit (quod pertinet ad Baptismum & cognationem inde provenientem), ut unus tantum, sive vir sive mulier juxta SS. Canonum instituta, vel ad summum unus & una baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur... Quod si alii ultra designatos, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, baptizatum ipsum tetigerint, voluit ut hi cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.

Nam quod pertinet ad Confirmationem, ea quoque cognatio, inquit Synodus, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum illiusque patrem & matrem ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis, Cap. 2, Sess. 24, de Reform. Matrim.

Cognatio hujusmodi spiritualis Matrimonia contracta dirimit, non simpliciter, sed postea contracta; nam si vir vel mulier ex ignorantia vel dolo proprium filium de sacro fonte susceperit, propter hoc separari non debet, nec alteri debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci; quia, si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur, si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quin immo pro tali ausu, Matrimonio in sua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

Potest tamen pater baptizare proprium filium ex causa necessitatis, modo tamen sit legitimus, *c. ad limina 3, q. 1, c. si vir de cognat.* Dixi *filium legitimum*; nam si pater in casu necessitatis baptizat filium, quem ex concubina suscepit, cognationem cum ea contrahit ita, ut illam in uxorem ducere nequeat; rationisque disparitas est, quia legitimi conjuges habent jus acquisitum petendi debitum, quo non debent privari propter opus religiosum & laudabile; concubinarius vero nullum jus habet petendi a concubina debitum.

Error facti in suscipiente impedit, sive in patre respectu propriæ prolis, sive in alio quocumque, ne impedimentum cognationis spiritualis contrahat. Probatur prima pars ex *cap. 2 de cognat. spiritual.* ubi sic loquitur Alexander III: *Si vir vel mulier . . . ex ignorantia filium suum de sacro fonte susceperit, eos ignorantia excusare videtur.* Probatur secunda pars, quia etsi ad contrahendam cognationem hanc necessaria non sit intentio ejusdem contrahendæ, ut male censent aliqui apud Sanchez lib. VII, disp. 58, at certe necessaria est intentio fungendi munere patrini, cum nemo simpliciter invitus possit patrinus constitui: sed qui per errorem levat filium Petri existimans se levare filium Joannis, intentionem hanc non habet: ergo non contrahit cognationem spiritualem cum filio aut parentibus Joannis, quia revera non suscipit filium Joannis. Secus dicendum, si habeat intentionem suscipiendi puerum præsentem, quisquis ille sit. Ita Sanchez ibid. n. 7, Bonacina n. 17, & alii. Longe alia ratio est de eo, qui baptizat filium unius credens se alterius filium baptizare; quia minister Sacramenti tenetur habere animum & intentionem baptizandi personam præsentem, quæcumque ea sit, ne irritum faciat Sacramentum.

Susceptores, seu Patrinus & Matrina possunt inter se Matrimonio jungi, quia inter eos nulla exurgit cognatio. Sacra Congreg. Cardinalium Conc. Trid. interpretum censuit, non confirmatum, si suscipiat aliquem in Sacramento Confirmationis, non contrahere cognationem spiritualem. Vide Gener de Matrim. c. 6.

Cognatio legalis est proximitas per adoptionem proveniens. Adoptio autem est actus legitimus, per quem is, qui natura filius non est, in adoptantis filium aut nepotem assumitur. Ejus autem duæ sunt species: una, quæ temporalem impedienti Matrimonium causam continet; alia, quæ perpetuam. Temporalem causam impedimenti continet ea, quæ inter te & eam, quæ tibi per adoptionem soror esse cœperit, intercedit. Nam per adoptionem quæsita fraternitas eo usque nuptias impedit, donec maneat, & soluta non fuerit per mortem adoptantis vel per emancipationem adoptati. Perpetuam vero prohibitionis causam continet adoptio: ut puta, quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxoremque adoptati, & inter adoptatum uxoremque adoptantis intercedit.

Ab ista specie legalis cognationis excludendi sunt primo nati illegitimi adoptantis; hi enim non censentur esse in potestate Patris sui, §. *ult. inst. de nupt.* Secundo eadem ratione emancipati, quæ est probabilior opinio, Covar. *in epist. par.* 2, c. 6, §. 5. Tertio excludendi sunt fratres & sorores adoprivi; hi enim, si sint ex diversa familia, inter se contrahere nullo jure prohibentur. Vid. *Covar.*

Conditiones a civili jure præscriptæ, ut quis possit adoptare, istæ sunt: 1 ut adoptans sit sui juris: 2 major viginti quinque annis: 3 ut sit masculus; fœminæ namque adoptari quidem possunt, sed non adoptare nisi ex privilegio: 4 ut adoptans habeat naturalem generandi potentiam; non tamen excluduntur ii, qui, cum a nativitate habuissent illam, ex accidenti amiserunt, aut secti gladio, aut facti ex morbo eunuchi, sed excluduntur frigidi ex natura *leg. 2, dig. de adopt.* 5 ut adoptans sit ejus, quæ adoptari ætatem excedat annis decem & octo: 6 ut persona extranea, cum adoptatur, præsens sit adoptanti, & in adoptione consentiens; non enim fieri potest per litteras aut per procuratorem adoptio. *l. neque & l. post mortem finali dig. de adoptionib.* consule *inst. lib* 1, *tit.* XI, *de adopt.*

Naturalis cognatio est, quæ medio Consanguinitatis vel Affinitatis contracta reperitur. Est autem Consanguinitas attinentia personarum ex eo proveniens, quod una descendit ab altera, vel ambo ab eadem: *vel* Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur Consanguinitas, quasi Sanguinis unitas; quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt.

Affinitas est quædam personarum proximitas ex coitu proveniens: ex eo dicta, quasi duorum sit ad unum finem unitas. Cum enim duæ cognationes diversæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

Nec intererit, quoad Consanguinitatem vel Affinitatem contrahendam, ex justis Nuptiis aliqui, an ex damnato coitu copulati fuerint; in damnato enim coitu vir fœminæ se immiscens fit una caro, cum ea non solum oriatur ex Matrimonio secundum illud Genes. 2. *Erunt duo in carne una*; sed etiam extra Matrimonium secundum illud Apostoli ad Corinthios 6. *Nescitis, quoniam qui adhæret meretrici unum corpus efficitur?* Ad cognationem autem hanc contrahendam requiritur coitus perfectus, & ad prolis generationem sufficiens. Quare non orietur affinitas vel ex osculo cum commixtione, vel ex aliis tactibus, quamvis enormibus; non item ex aversa venere, vel alia qualibet naturæ incognita pollutione, quæ generandæ proli apte non inserviat.

Per quatuor priora Ecclesiæ sæcula rata

ta babita sunt Matrimonia in secundo gradu lineæ collateralis, seu inter consobrinos & consobrinas, h. e. filios & filias fratrum & sororum. Labente 4 sæculo hic secundus gradus in linea collaterali exclusus fuit a nuptiis, lege lata a Theodosio seniore, cujus legis institutum religiose servatum fuit usque ad sæculum 6, nulla habita ratione legis contrariæ ab Arcadio & Honorio Imperatoribus sancitæ sæcul. 5, h. e. 405, quæ Consobrinis priorem Matrimonii invicem ineundi facultatem largiebatur. Demum sæcul. 6, eoque jam adulto consuetudo obtinuit, ut Matrimonia non fierent intra 7 consanguinitatis gradum. Sed cum hujusmodi consuetudo difficultatem frequenter induceret & aliquando periculum animarum, ineunte sæculo 13 in Concilio IV Lateranensi ab Innocentio III decretum fuit, ut Matrimonia intra 4 gradum dumtaxat prohiberentur.

Ad hunc locum tradam rationem supputandorum graduum consanguinitatis & affinitatis. Cognatio igitur distinguenda est per lineas & gradus. Linea est ordinata series personarum ab eodem stipite descendentium. Gradus est distantia personarum consanguinearum inter se a communi stipite. Linea porro ipsa dividitur in rectam & transversam. Linea recta continet illas personas, quarum una descendit ab altera, ut parentes, liberos, nepotes; quæ alia dicitur ascendens, alia descendens. Linea recta ascendens dicitur, quando a generato ad generantem recto ordine sursum ascenditur, ex. gr. a filio ad patrem, hinc ad avum, inde ad proavum. Linea recta descendens appellatur, quando a generante ad generatum recto ordine descenditur, ex. gr. a parente ad liberos, ab his ad nepotes, & ad pronepotes. Linea transversa seu collateralis continet personas, quarum una non descendit ab altera, sed omnes tamen descendunt ab eadem tertia (quæ, quod sit communis aliarum origo, sacrato in Scholis vocabulo dicitur stipes), ut sunt duo fratres, duæ sorores, quarum neutra descendit ab alia, ambæ tamen ab eodem stipite, seu ab eodem patre descendunt. Hæc quoque linea collateralis alia est æqualis, alia inæqualis. Æqualis est ea, quæ continet personas pari gradu seu æquali distantia a communi stipite remotas, ut sunt duo fratres, quorum uterque uno tantum gradu a stipite communi, qui est pater, distat. Inæqualis, quæ continet personas impari gradu a stipite communi remotas, ut si ex iis duobus fratribus secundogenitus habuerit prolem. Nam primogenitus uno tantum gradu, proles secundogeniti duobus gradibus a communi stipite (qui est pater primogeniti, & avus prolis a secundogenito habitæ); & proinde linea inæquali primogenitus & proles secundogeniti inter se distant.

Ad distinguendam cognationem ejusque gradum, h. e. distantiam, diversæ traduntur regulæ pro diversitate linearum, quas modo exposuimus. In linea recta, sive illa ascendens sit sive descendens, hæc regula esto: *Tot sunt gradus, quot sunt personæ, una dempta*. Ita si cupiam scire, quoto gradu cognatus ego sim abavo meo, numero omnes personas inclusive, quæ sunt a me usque ad abavum meum, me 1, patrem 2, avum 3, proavum 4, abavum 5; & invenio 5 personas. Ex his quinque personis secundum regulam huc facientem, dempta una, quatuor remanent. Cognosco igitur, me 4 gradibus distare ab abavo meo. In linea transversali duplex est regula. Una æqualem afficit, altera inæqualem. In linea igitur transversali æquali hæc est regula: *Quot gradibus quævis duarum personarum, de quibus quæritur, distat a proximo communi stipite, tot gradibus distant inter se*. Porro ut intelligam, quibus gradibus quævis duarum personarum, de quibus quæritur, distet a proximo communi stipite, quandoquidem quævis harum personarum relata ad communem stipitem est in linea re-

recta; propterea iterum computo gradus secundum regulam lineæ rectæ, & ubi deprehendero, quot gradibus quævis duarum personarum distet a proximo communi stipite, totidem cognosco eos distare inter se. Ita e. g. ubi deprehendero, quemvis e duobus fratribus a communi stipite h. e. a patre distare secundum regulam lineæ rectæ uno tantum gradu, & proinde æqualiter statim secundum regulam lineæ collateralis æqualis cognosco, eos uno pariter gradu distare inter se, proindeque cognatos esse in primo gradu. In linea demum transversa inæquali hæc regula traditur: *Quot gradibus remotior ex personis, de quibus quæritur, distat a proximo communi stipite, totidem distant inter se.* Jam vero ad cognoscendum quibus gradibus remotior e duabus personis, de quibus quæritur, a proximo communi stipite distet, cognosco simul, quot personæ illæ distent inter se; ita ex. gr. cognoscens me (qui remotior a communi stipite sum, quam patruus meus) distare ab avo communi proximo stipite gradibus duobus, cognosco simul me distare duobus pariter gradibus a patruo meo, proinde me patruo meo cognatum esse in secundo gradu. Atque hæc computandorum graduum doctrina hodie certa est & communis in foro Canonico, quæque proinde ad Matrimonii contractum pertinet diversa ab ea, quæ adhibetur de jure civili in successionibus hæreditariis.

Infideles, qui secundum veteris vel propriæ legis instituta circa gradus Consanguinitatis vel Affinitatis a Canonibus notatos conjuncti sunt, si Domino inspirante conversi fuerint; matrimonium antea contractum non erit post Baptismi lavacrum irritandum. Unde & proles inde nata legitima censebitur.

Tria erant antiquitus affinitatis genera can. de propinq. 3, c. 35, q. 3. Primum erat inter mulierem cognitam & consanguineos viri cognoscentis, & vicissim inter virum cognoscentem & consanguineos mulieris cognitæ. Secundum oriebatur inter ipsos affines & maritum seu uxorem sui affinis. Tertium nascebatur cum marito seu uxore illius conjuncti in secundo affinitatis genere. Exemplo res clara fiet. Tu desponsas sororem tuam Maximo: tu primo affinitatis genere Maximo conjungeris. Mortua sorore tua, Maximus ducit Nympham: hanc Nympham affinis tui uxorem simul cum filiis ex hoc secundo Matrimonio procreatis secundo affinitatis genere propinquam habes. Demum defuncto ipso Maximo, Nympha nubit Peregrino: Peregrinus hic fit tertio affinitatis genere affinis tibi, qui secundo affinitatis genere Nymphæ conjungebaris.

Sed affinitas tam secundi, quam tertii generis sublata est ab eodem Concilio IV. Lateranensi, a quo impedimentum affinitatis primi generis coarctatum est intra 4 gradus. Atque hæc intelligenda de affinitate orta ex copula licita. Nam Synodus Trident. sess. 24, de Reform. Matrim. c. 4, gravissimis de causis adducta impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contracta inducitur, & Matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui primo & secundo gradu conjunguntur, restringit; in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem Matrimonium postea contractum non dirimere.

Memoria retinenti doctrinam superius traditam ad computandos gradus consanguinitatis facile constabit de ratione computandorum graduum affinitatis. Eodem enim modo computantur lineæ & gradus in affinitate, quo in consanguinitate computari supra diximus. Quapropter quo gradu quis est consanguineus uni conjugum vel copulatorum, eodem gradu est affinis alteri. En exemplum. Soror uxoris meæ eidem uxori meæ in primo gradu est consanguinea: sed quo gradu quis est consanguineus uxori meæ, eodem gradu est affinis mihi: ergo soror uxoris meæ erit affinis mihi in primo gradu. Idem dic de filio.

filio vel nepote descendente a sorore uxoris meæ. Quia enim ille in secundo, hic in tertio gradu est consanguineus uxori meæ, ideo ille in secundo, hic in tertio gradu est affinis mihi.

Quamquam autem omnes consanguinei viri & uxoris sint affines; inter consanguineos tamen uxoris & viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos Matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia, item duo cognati cum duabus cognatis licite contrahere poterunt juxta illud tritum in Scholis: affinitas non parit affinitatem.

Affinitas Matrimonio jam contracto superveniens, ut si Titius cum uxoris suæ sorore vel nepta incestum commiserit, Matrimonium non dissolvit, quod ubi legitime consummatum est, sola morte dissolvitur. Sed hunc parit effectum; ut, qui peccavit cum uxoris suæ consanguinea in primo vel secundo gradu, licet eidem uxori, quæ jure suo privari non meruit, debitum redd.re teneatur, non tamen illud exigere possit, nisi obtenta ab Episcopo dispensatione.

Franceschinis in Opere, cui titulus: *La Legislazione dedotta dai principj dell' Ordine Tom. I*, Lib. III, *Cap. II*, *pag.* 282. Crescendo la famiglia di figli e di figlie, potranno questi tra essi matrimonio contrarre? Se non l' avessero potuto, l'umana specie dal suo nascere finita sarebbe, o illecitamente sarebbesi propagata, giacchè i figli d' Adamo non potevano che con le sorelle loro maritarsi. Crediamo per tanto, che simili nozze sieno contro il naturale diritto secondario, ma non primario; giacchè per una parte si ottiene il primo fine del matrimonio, dall' altra non inducono opposizione diretta di rapporti, ma solo mischianza: dove al contrario nelle nozze in linea retta, cioè tra ascendenti e discendenti, e mancherebbe assai volte per la disparità dell' età il fine del conjugio cioè la procreazion della prole, e turpissima opposizione di relazioni nelle stesse persone indurebbesi: onde tali nozze crediamo assolutamente vietate e in modo, che forse per niuna ragione potrebbe Iddio permetterle, come di fatti sappiamo che mai non lo furono, come il furono in linea transversa e collaterale e tra affini; e di ciò pure l' universale costante abborrimento delle genti tutte n' è argomento. Ma se ciò è, come pressochè tutti convengono, credo, che la ragione della disparità non possa da altro ripetersi che dall' opposizione suddetta di relazioni, che inducono le nozze tra ascendenti e discendenti, la quale nelle nozze tra collaterali ed affini non si verifica. L' ordine e la natura, che il segue, non può mai approvare, che uno vesta riguardo alla stessa persona dei rapporti contrarj, e provi perciò dei sentimenti opposti: il figlio, sposo della madre, superiore sarebbegli come marito ed uguale nei diritti del talamo, ed inferiore come figlio; perciò rispetto, e confidenza, ubbidienza, e subordinazione, e direzione, ed impero dovrebbe allo stesso tempo sentire ed usare, lo che è impossibile.

Ma questo del fratello p. es. sposo della sorella non si verifica; giacchè l' uguaglianza, che tra essi passa, non si oppone alla dipendenza, che incontra la sorella divenendo sposa, come non vi si oppone l' uguaglianza, che avrebbe con esso qualunque altra giovine, che sposa gli divenisse: oltredichè ed abbastanza di uguaglianza il carattere di moglie col fratello le lascierebbe, e non poco d'inuguaglianza con esso lui già aveva dalla condizione dello stesso. Quelli, che desumono la intrinseca malizia delle nozze incestuose per retta linea dallo scoprimento dell' ignominia e della turpitudine, che illecito sia tra quelli, che sono vicendevolmente una stessa carne, o che sono carne della stessa carne, o riguardo alle moglie di quelli, che è una sola carne con noi, ed è nato dello stesso sangue e dello stesso seme, o finalmente verso della

mento non laborent (c), quod præcipuo Matrimonii fini adversetur. Hinc irrita sunt conjugia illorum, qui consuesse non possunt; quæ sane Matrimonia perosi sunt ii ipsi, quibus nullum Christianæ Religionis lumem umquam affulsit. Quam absonæ quamque absurdæ spadonum nuptiæ Ægyptiorum auribus semper acciderint, narrat Grotius ad Deuter. 23, 2. Quantopere ab Eunuchorum Matrimoniis aversos animos gerant Turcæ, ostendit Ricautius *dans l'état present de l'Empire Ottoman* 2, 21. Et tamen inter Christianos nostrorum temporum non defuit, qui contenderet, uxorem ducere licere illi, cui ferrum demessuit testes; quam in rem libellum edidit Hieronymus Delphinus inscriptum de Eunuchi conjugio, quod ipse lepide appellat *Die Capannen heyrath*, recusum Jenæ an. 1743. Id vero merito retuleris inter portenta hujusce nostri sæculi, de quibus jam sua ætate Juvenalis Sat. 1, v. 22. *Cum tener uxorem ducat Spado, Mævia Tuscum Figat aper, & nuda teneat venabula mamma; Difficile est Satyram non scribere*.

Quæ

---

la moglie di quegli, che forma una stessa carne con noi con tal ragione, come sono tutte le altre dedotte dai sentimenti di aversione a di ribrezzo a simili congiunzioni, che fortissima sono, perchè in conto aver si debbono di voci e d'impressioni naturali, non mi sembrano la vera differenza stabilire, che comunemente credesi passare tra la proibizione delle nozze tra ascendenti e discendenti, e tra collaterali ed affini, perchè variar non sembrano che del più o del meno. Perciò credo doversi essa dalla contraddiziona indicara di relazioni o di sentimenti e diritti, che nel primo caso si avrebbe, cha pure l'affinità comprende in linea retta, derivare, a che non si avrebbe negli altri casi, par i quali militano poi le comuni ragioni della riverenza che devesi al proprio sangue, non che dell'onestà domestica che in continui pericoli sarebba, se tra stessi parenti coabitanti insieme aver si potesse speranza di matrimonio, ed il bisogno o il bene che le affinità si multiplichino a si diffondano il più cha sia possibile, con le quali perciò crescano i vincoli di unione a di amicizia tra gli uomini: le quali ragioni io non saprai intieramente civili ragioni chiamare come vuole il Coccejo, parendomi che direttamente contribuiscano al fine dell'onestà e società naturale.

(c) Coeundi impotentia oritur vel ex maleficio, vel ex causa naturali, quaque afficitur æqua fœmina, ac vir. Fœmina ex arctitudine vasis, vir vel ex nimia frigiditate, vel ex attritione, aut abscissione testium adeo, ut semen intra vas muliebre nequeat effundere. Constat hinc impotentiam aliam esse a sterilitate: hæc siquidem non impedit copulam per se aptam generationi, quemadmodum impotentia, quamvis generationem ipsam non minus sterilitas, quam impotentia impediat. Quia autem fieri potest, ut quis vel sit impotens cum omnibus mulieribus, vel sit impotens cum aliqua tantum; ideo impotentia ipsa alia dicitur in Scholis impotentia absoluta, alia respectiva. Immo utraque rursus dividitur in perpetuam, & temporalem. Temporalis est ea, quæ tolli potest honestis remediis vel materialibus vel supernaturalibus, vel exorcismis contra maleficia ab Ecclesia institutis. Perpetua est ea, quæ tolli nequit vel sine vitæ periculo, vel sine peccato, vel sine miraculo.

Si absoluta sit, impedimentum affert cuilibet Matrimonio; si respectiva, illi Matri-

Quæ causa eunuchos arcet a conjugio, eadem etiam nuptias interdicit pueris, qui nondum quatuordecim annorum ætatem attigerunt, atque puellis, quæ minores duodecim annis nondum subacta ferre jugum valent cervice, nec viri pondus in venerem ruentis; eoque magis, quod cum hæ tum illi non solum procreandæ, sed etiam educandæ soboli impares sint (*d*).

§. IV. Cum hujusce Sacramenti materia sint corpora viri & mulieris sibi invicem tradenda, ratio dictat, ut

---

trimonio dumtaxat, cui deprehensa est obstare impotentia. Atque hæc, si impotentia sit perpetua; ex temporali enim nullum prorsus impedimentum provenit. At quid si, inquis, dubitetur, utrius generis impotentia sit? Distinguo: si dubitetur ante Matrimonium, abstinendum a Matrimonio est, ut evitetur periculum administrandi inutiliter Sacramentum ex decreto Cœlestini III, in c. laudabilem 5, de frigidis & malef. Si post Matrimonium, concedendum triennium conjugibus ad experientiam copulæ carnalis: si autem expleto triennio, quod numquam se invicem cognoverint, se invicem fateantur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, tactis Sacrosanctis Evangeliis uterque jurejurando dicat, quod numquam per carnis copulam una caro effecti fuerint; & tunc videtur, quod mulier, quæ impotentia non afficiebatur, valeat ad secundas nuptias convolare, irrito facto Matrimonio, quod cum viro impotente fuerat contractum. Nisi enim qui judicio Ecclesiæ ex causa impotentiæ perpetuæ semel separati fuerint, quando non amplius possunt cohabitare tamquam mariti & uxores, malint simul cohabitare tamquam fratres & sorores. Id enim ipsis permissum apparet a Lucio III, in c. consultationis 4, de frigid. & malef. Sed ita intelligenda est, inquit Sanchez, si modo absit, quod perquam raro fiet, periculum incontinentiæ.

(d) Lex conjugiorum impuberibus dicta duplicem habet partem: in prima jus naturale versatur, quod & consilii expertes, & necdum corpore idoneos a conjugio repellit; in secunda jus positivum versatur, quod ex naturali quadam verecundia corporum inspectione sublata, certa tempora determinavit, quibus primum contrahentes præsumerentur puberes ac propterea idonei. Prima illa pars conjugii substantiam spectat, propterea que adversus illam contrahentes nihil agent. Altera pars, quia pubertas annorum numero designatur, naturam quidem sequitur in iis, quæ ut plurimum contingunt, non semper tamen cum natura consistit, quoniam natura in quibusdam citius, in quibusdam tardius & animi & corporis vires absolvit; atque in hoc non naturalis, sed positiva lex est mutationi obnoxia. Porro in posteriore hac parte illud erit officium publicum, ut nemo ad conjugium infra designatam ætatem admittatur: quod si ad conjugium jam accesserit, ad dissolutionem conjugii deveniatur, quasi numquam constiterit, nisi natura ipsa facto, veluti prole suscepta, demonstraverit contrahentes vere idoneos fuisse. Numquam vero indulgendum est, ut Matrimonia contrahantur inter pupillos, etiamsi profiteantur, se idoneos esse & paratos ad conjugii fines; siquidem, ut utar phrasi Innocentii III, in cap. 6, in fine de frig. & malef. *de talibus non est facile judicandum, cum finale judicium pendeat ex futuro.*

Non quemadmodum de impuberibus dictum est, de senibus etiam ut ut provectissimæ ætatis recepta fuit disciplina. Quamquam enim apud veteres lege Julia & Papia conjugio interdictum fuerit viris sexagenario & fœminis quinquagenario majori-

ut nulli alii antea sint tradita vel promissa (*e*). Hinc viribus omnibus carent illorum Matrimonia, qui aliis nuptiis (*f*) implicati sunt; ac ne tum quidem convalescunt, cum prior conjux naturæ concesserit. Immo neque

---

joribus, ea tamen lex non diu viguit abrogata primum a Claudio Cæsare, uti testatur Svetonius in ejus vita cap. 13, deinde abs Justiniano in l. 27, Cod. de Nuptiis: nimirum licet vix ex illis nuptiis sperari soboles possit, experientia tamen constitit, aliquando frustra naturæ viribus generalem ab hominibus legem imponi, quemadmodum tradidit Justinianus idem in l. 12, Cod. de legit. hæred. Quamobrem sicuti Romanorum jure recipiendum fuit, ut senilis ætas nuptiis impedimento non esset, l. 6, ff. de liber. & posth. ita Ecclesia nullo umquam tempore senes a nuptiis arcuit. Quod si adhuc quæratur, cur leges temperaverint a definienda provectiorum ætate, quando ætatem puberum definierunt, alias autem utroque in casu jugum quodammodo naturæ viribus imponatur; ego facile dixero, legum auctores in conjugiis potissimum respexisse ad integrum animi judicium, utpote quod præcipue Matrimonium facit; istud enim vel in ipsa ingravescente senum ætate vigere solet, licet corporis vires paullatim deficiant: at respectu pupillorum & corpus æque & animus sensim adolescere & perfici videtur.

(*e*) Qui Sponsalia semel cum una contraxit, impeditur nova Sponsalia & novum Matrimonium cum alia contrahere. Quod enim ex promissione uni debitum est, alteri promitti nequit; ac si promittatur, inutiliter promissum censetur. Neque solum si promittatur simpliciter, sed etiam si promittatur interposita religione jurisjurandi, vel etiam facta carnis commixtione. Merito id quidem, tum quia non debet esse *obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum* c. 58, de R. I. in 6, tum ne latior aperiatur via dolis ac fraudibus hominum; quod si quando a priore sponsa sejungi cuperent, illico se liberarent spondentes nempe alteri, & postretiorem sponsionem nefario concubitu firmantes.

(*f*) Ligamen est vinculum prioris conjugii sive rati, sive consummati; quod prius conjugium quamdiu durat, secundum, si forte contrahatur, & illegitimum & irritum esse constat ex jure divino, quo probatur Polygamiam vetitam esse. Nullus igitur (ex c. 2 de secundis Nuptiis) ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quod ab hac vita migravit conjux ejus. Constat, inquam, non jam ex sola absentia multorum annorum, non ex sola fama, sed vel legitimo testimonio, quando haberi possit, vel alio etiam modo, qui superioris judicio probetur. Sæpe siquidem (ex Can. si testes 11, sæpe. c. 4, q. 3,) etiam sine publicis documentis cujusque rei veritas deprehenditur: alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem: non ergo ad unam probationis speciem cognitionem statim judex alligare debet, sed ex sententia animi sui existimare, quid aut credat, aut probatum parum sibi opinetur.

Oritur impedimentum publicæ honestatis ex duobus, nimirum ex Matrimonio rato non consummato, atque ex Sponsalibus de futuro. Ortum impedimentum ex Matrimonio rato easdem omnino leges hodie habet post Conc. Trid., quas antea ex jure Decretalium habebat. Id expressis verbis edicit Pius V, in sua Institutione ad Romanum 62, quæ habetur ad calcem Conc. Trid. Quemadmodum igitur etiam ante Conc. impedimentum hoc ex Matrimonio rato proveniens usque ad 4 gradum attingit; rursus quemadmodum ante Conc.

or-

que Sponsalia intimo etiam corde tantum concepta, quæ comitem habent aut conjugis necem, aut adulterium, sanari possunt (g). Nec ullo in numero habenda sunt connubia illorum, qui antea Deo corpora sua devoverunt (h) despoponderuntque

ortum impedimentum censebatur ex Matrimonio etiam quavis ratione nullo, præterquam ex defectu consensus; ita & post Concilium impedimentum ex quovis Matrimonio procedit, etiamsi Matrimonium ob quamcumque causam, præter defectum consensus, irritum fuerit. Verbo, quidquid statutum in jure Decretalium habetur de hoc impedimento in genere, id totum etiam hodie obtinet de eodem impedimento, quoties ex Matrimonio rato nondum consummato procedit. Nam quoties procedit ex sponsalibus tantum de futuro, tunc vero omnino confugiendum est ad recentiora Trident. Patrum decreta, quibus jus Decretalium in hac parte abrogatum est. Nam quod statutum in eo fuerat, ut impedimentum hoc etiam ex sponsalibus quavis ratione nullis, præterquam ex defectu consensus, proveniret; hoc ita abrogatum est, ut justitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, S. Synodus prorsus sustulerit. Rursus quod statutum in eo fuerat, ut productum semel impedimentum ita se extenderet, ut quartum quoque consanguinitatis gradum attingeret; hoc pariter ita abrogatum est, ut, ubi valida fuerint sponsalia, primum gradum non excedant: quoniam in ulterioribus gradibus, inquit loc. cit. Concilium, jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari.

(g) Crimen duplex est, quod (præter raptum, de quo inferius) facit irritum Matrimonium, homicidium scilicet, & adulterium. Si igitur duo simul conspirent, ut alterutrius conjugem occidant, tum sive per se, sive per alium, sive opera sua, sive etiam dumtaxat jussu vel consilio conjugi mortem inferant animo postea contrahendi Matrimonii; rursus si committant duo adulterium, postea horum alter etiam sine præcedenti conspiratione conjugem suum enecet eo consilio, ut superstiti adultero per Matrimonium copuletur; hi ratas inter se nuptias celebrare numquam possunt utpote impediti impedimento criminis, quod ex tali homicidio contraxerunt. Sed enim impediuntur impedimento criminis etiam ii, qui adulterium committunt, & vel ante vel post ipsum, vel quantum in ipsis est, ineunt Matrimonium vivente conjuge, vel saltem hoc mortuo promittunt se inituros. Quare non quodlibet homicidium, vel quodlibet adulterium impedimentum præstat; sed, quod ad homicidium spectat, illud dumtaxat, quod vel adjunctam habeat conspirationem, vel sine mutua conspiratione adjunctum habeat adulterium, perpetratumque sit eo consilio, ut liceat post mortem conjugis inire Matrimonium cum conjurato, vel adultero. Quod autem spectat ad adulterium, illud dumtaxat, quod primo scienter ab utroque commissum sit: secundo, quod sit consummatum: tertio, quod vel præcesserit vel sit consecuta promissio contrahendi, quando licuerit, Matrimonii; etiam quin promissio mutua sit, dummodo fuerit saltem acceptata, immo ex nonnullorum sententia etiam quin promissio sit sincera.

(h) Binas votorum species, quas hodie nos distinguimus, simplicium scilicet & solemnium, veteres non agnoverunt. Quare si leges ab iis latas in hanc rem, quarum plures inseruit suo Decreto Gratianus, nos inspiciamus, id universim statuamus oportet, Matrimonia tam virorum, quam mulierum voto castitatis obstrictarum primis Ecclesiæ sæculis omnino vetita fuisse; ita tamen ut, si contracta aliquando essent, non juberentur separari, pro-

At poſtquam humanum genus multiplicari ac propagari cœpit atque in familias ſcindi, tunc Matrimonium adhiberi cœpit ad colligandos eos, quos fraterna aut propinqua neceſſitudo non colligabat. Hinc nullum modo Matrimonium, inter quos cognatio aut affinitas intercedit (*b*).

§. III.

---

gulas diſtributis, ut altera eſſet ſoror, altera uxor, hominum numero ſocialis propinquitas augeretur. Sed hoc ut unde fieret, tunc non erat, quando niſi fratres & ſorores ex illis duobus primis nulli homines erant . . . . . Fuit antiquis Patribus religioſæ curæ, ne ipſa propinquitas ſe paullatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret, & propinquitas eſſe deſiſteret, eam nondum longè poſitam rurſus Matrimonio colligare, & quodammodo revocare fugientem.

(b) Cognatio triplex eſt, ſpiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis cognatio eſt attinentia quædam proveniens ex Sacramenti collatione, vel ad Sacramentum detentione. Dixi *ex collatione Sacramenti*, Baptiſmi nempe vel Confirmationis, non item ex collatione Sacramenti alterius, vel detentione ad illud. Cognationem vero hanc ideo induxit, & his dumtaxat duobus Sacramentis conjunxit Eccleſia, quia hæc duo Sacramenta ſpiritualiter quodammodo hominem generant. Baptiſmus enim nobis largitur primam vitam, quam Confirmatio deinde roborat ac perficit. Si igitur ex generatione naturali naturalis oritur cognatio Matrimonium dirimens, nonne decebat, ut ſpiritualis quoque generatio eam pareret cognationem, quæ dirimendi Matrimonii vim haberet? eoque magis, quia ita fovebatur reverentia & obſervantia, quam ſpiritualiter nati ſpiritualibus genitoribus præſtare debent.

Cognationem hujuſmodi ſpiritualem tribus prioribus Eccleſiæ ſæculis haudquaquam cognitam fuiſſe veroſimile credit Jueninus diſt. 16 de Matrim. q. 7, c. 4, art. 3, §. 4. Certe tamen ejus meminit Juſtinianus (ſæcul. 6.) in l. 26, C. de Nuptiis, ubi ea perſona omnimodo ad nuptias venire prohibendo declaratur, quam aliquis . . . . a ſacro ſuſcepit Baptiſmate.

Qui in Sacramentis adhibentur, & pro initiandis fidem ſuam interponunt, *Suſceptores* ſive *Sponſores*, quos Græci eoſdem ſenſu ἀναδόχους vocant, poſt auctorem Hierarchiæ a D. Thoma laudatum D. Auguſtinus *Fidejuſſores* nominat, *can. 101, diſt. 4, de conſecr.* Ii Patrum Spiritualium loco habentur: unde vulgo *Patrini* & feminæ *Matrinæ* appellantur, Amalario aliiſque Eccleſiaſticis Scriptoribus cognita voce, temporibus ſaltem Lodovici Pii. Sic & Circumciſionis teſtis apud Hebræos dicitur *Pater Fœderis*. Primum itaque vetitæ fuerunt Nuptiæ cum ea, quæ ex ſacro Baptiſmate ſuſcepta tamquam filia eſt ſuſceptoris, quod per hujuſmodi nexum eorum animæ, Deo mediante, copulatæ ſint, ut loquitur Imperator *l. ſi quis alumnam 26, Cod. de nupt.*, unde natum *Filiolæ* & ex conſequenti *Filioli* nomen. Hanc prohibitionem Quiniſextæ in Trullo Synodi Antiſtites, *d. can. 53* (Spiritualem hanc cognationem majorem prioremque corporum conjunctione & carnali cognatione pronunciantes) ad matres puerorum produxerunt, quos quis ex Baptiſmate excepiſſet. Inde Græci Latinique non ſolum inter Compatres & Commatres, ſed introducta etiam ſpirituali fraternitate inter eorum filios filiaſque, ſive eorum alter ſive neuter cauſam huic cognationi dediſſet, (hoc eſt, quamvis neuter conjungendorum ab alterius patre aut matre ſuſceptus e ſacro fonte aut chriſmate fuiſſet) pari religione, ac in naturali cognatione ſervabatur, prohibitionem longiſſime extenderunt. Hinc fiebat, ut propter multitudinem prohibitionum multoties in caſibus prohibitis ignoranter con-

tra.

§. III. Statutum præterea est, ut viri & mulieris corpora eo impedi- men-

traherentur Matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseverabatur, vel non sine magno scandalo dirimebantur. Volens itaque S. Synodus Trid. (cujus ipsissimis verbis uti placet) huic incommodo providere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens statuit (quod pertinet ad Baptismum & cognationem inde provenientem), ut unus tantum, sive vir sive mulier juxta SS. Canonum instituta; vel ad summum unus & una baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur... Quod si alii ultra designatos, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, baptizatum ipsum tetigerint, voluit ut hi cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.

Nam quod pertinet ad Confirmationem, ea quoque cognatio, inquit Synodus, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum illiusque patrem & matrem ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis, Cap. 2, Sess. 24, de Reform. Matrim.

Cognatio hujusmodi spiritualis Matrimonia contracta dirimit, non simpliciter, sed postea contracta; nam si vir vel mulier ex ignorantia vel dolo proprium filium de sacro fonte susceperit, propter hoc separari non debet, nec alteri debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci; quia, si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur, si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quin immo pro tali ausu, Matrimonio in sua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

Potest tamen pater baptizare proprium filium ex causa necessitatis, modo tamen sit legitimus, *c. ad limina* 3, *q.* 1, *c. si vir de cognat.* Dixi *filium legitimum*; nam si pater in casu necessitatis baptizat filium, quem ex concubina suscepit, cognationem cum ea contrahit ita, ut illam in uxorem ducere nequeat; rationisque disparitas est, quia legitimi conjuges habent jus acquisitum petendi debitum, quo non debent privari propter opus religiosum & laudabile; concubinarius vero nullum jus habet petendi a concubina debitum.

Error facti in suscipiente impedit, sive in patre respectu propriæ prolis, sive in alio quocumque, ne impedimentum cognationis spiritualis contrahat. Probatur prima pars ex *cap.* 2 *de cognat. spiritual.* ubi sic loquitur Alexander III: *Si vir vel mulier . . . ex ignorantia filium suum de sacro fonte susceperit, eos ignorantia excusare videtur.* Probatur secunda pars, quia etsi ad contrahendam cognationem hanc necessaria non sit intentio ejusdem contrahendæ, ut male censent aliqui apud Sanchez lib. VII, disp. 58, at certe necessaria est intentio fungendi munere patrini, cum nemo simpliciter invitus possit patrinus constitui: sed qui per errorem levat filium Petri existimans se levare filium Joannis, intentionem hanc non habet: ergo non contrahit cognationem spiritualem cum filio aut parentibus Joannis, quia revera non suscipit filium Joannis. Secus dicendum, si habeat intentionem suscipiendi puerum præsentem, quisquis ille sit. Ita Sanchez ibid. n. 7, Bonacina n. 17, & alii. Longe alia ratio est de eo, qui baptizat filium unius credens se alterius filium baptizare; quia minister Sacramenti tenetur habere animum & intentionem baptizandi personam præsentem, quæcumque ea sit, ne irritum faciat Sacramentum.

Susceptores, seu Patrinus & Matrina possunt inter se Matrimonio jungi, quia inter eos nulla exurgit cognatio. Sacra Congreg. Cardinalium Conc. Trid. interpretum censuit, non confirmatum, si suscipiat aliquem in Sacramento Confirmationis, non contrahere cognationem spiritualem. Vide Genet de Matrim. c. 6.

Cognatio legalis est proximitas per adoptionem proveniens. Adoptio autem est actus legitimus, per quem is, qui natura filius non est, in adoptantis filium aut nepotem assumitur. Ejus autem duæ sunt species: una, quæ temporalem impediendi Matrimonium causam continet; alia, quæ perpetuam. Temporalem causam impedimenti continet ea, quæ inter te & eam, quæ tibi per adoptionem soror esse cœperit, intercedit. Nam per adoptionem quæsita fraternitas eo usque nuptias impedit, donec maneat, & soluta non fuerit per mortem adoptantis vel per emancipationem adoptati. Perpetuam vero prohibitionis causam continet adoptio: ut puta, quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxoremque adoptati, & inter adoptatum uxoremque adoptantis intercedit.

Ab ista specie legalis cognationis excludendi sunt primo nati illegitimi adoptantis; hi enim non censentur esse in potestate Patris sui, §. *ult. inst. de nupt.* Secundo eadem ratione emancipati, quæ est probabilior opinio, Covar. *in epist. par.* 2, *c.* 6, §. 5. Tertio excludendi sunt fratres & sorores adoptivi; hi enim, si sint ex diversa familia, inter se contrahere nullo jure prohibentur. Vid. *Covar.*

Conditiones a civili jure præscriptæ, ut quis possit adoptare, istæ sunt: 1 ut adoptans sit sui juris: 2 major viginti quinque annis: 3 ut sit masculus; fœminæ namque adoptari quidem possunt, sed non adoptare nisi ex privilegio: 4 ut adoptans habeat naturalem generandi potentiam; non tamen excluduntur ii, qui, cum a nativitate habuissent illam, ex accidenti amiserunt, aut secti gladio, aut facti ex morbo eunuchi, sed excluduntur frigidi ex natura *leg.* 2, *dig. de adopt.* 5: ut adoptans sit ejus, quæ adoptati ætatem excedat annis decem & octo: 6 ut persona extranea, cum adoptatur, præsens sit adoptanti, & in adoptione consentiens; non enim fieri potest per litteras aut per procuratorem adoptio. *l. neque & l. post mortem finali dig. de adoptionib.* consule *inst. lib* 1, *tit.* XI, *de adopt.*

Naturalis cognatio est, quæ medio Consanguinitatis vel Affinitatis contracta reperitur. Est autem Consanguinitas attinentia personarum ex eo proveniens, quod una descendit ab altera, vel ambo ab eadem: *vel* Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur Consanguinitas, quasi Sanguinis unitas; quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt.

Affinitas est quædam personarum proximitas ex coitu proveniens: ex eo dicta, quasi duorum sit ad unum finem unitas. Cum enim duæ cognationes diversæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

Nec intererit, quoad Consanguinitatem vel Affinitatem contrahendam, ex justis Nuptiis aliqui, an ex damnato coitu copulati fuerint; in damnato enim coitu vir fœminæ se immiscens fit una caro, cum ea non solum oriatur ex Matrimonio secundum illud Genes. 2. *Erunt duo in carne una*; sed etiam extra Matrimonium secundum illud Apostoli ad Corinthios 6. *Nescitis, quoniam qui adhæret meretrici unum corpus efficitur?* Ad cognationem autem hanc contrahendam requiritur coitus perfectus, & ad prolis generationem sufficiens. Quare non orietur affinitas vel ex osculo cum commixtione, vel ex aliis tactibus, quamvis enormibus; non item ex aversa venere, vel alia qualibet naturæ incognita pollutione, quæ generandæ proli apte non inserviat.

Per quatuor priora Ecclesiæ sæcula ra-

ta habita sunt Matrimonia in secundo gradu lineæ collateralis, seu inter consobrinos & consobrinas, h. e. filios & filias fratrum & sororum. Labente 4 sæculo hic secundus gradus in linea collaterali exclusus fuit a nuptiis, lege lata a Theodosio seniore, cujus legis institutum religiose servatum fuit usque ad sæculum 6, nulla habita ratione legis contrariæ ab Arcadio & Honorio Imperatoribus sancitæ sæcul. 5, h. e. 405, quæ Consobrinis priorem Matrimonii invicem ineundi facultatem largiebatur. Demum sæcul. 6, eoque jam adulto consuetudo obtinuit, ut Matrimonia non fierent intra 7 consanguinitatis gradum. Sed cum hujusmodi consuetudo difficultatem frequenter induceret & aliquando periculum animarum, ineunte sæculo 13 in Concilio IV Lateranensi ab Innocentio III decretum fuit, ut Matrimonia intra 4 gradum dumtaxat prohiberentur.

Ad hunc locum tradam rationem supputandorum graduum consanguinitatis & affinitatis. Cognatio igitur distinguenda est per lineas & gradus. Linea est ordinata series personarum ab eodem stipite descendentium. Gradus est distantia personarum consanguinearum inter se a communi stipite. Linea porro ipsa dividitur in rectam & transversam. Linea recta continet illas personas, quarum una descendit ab altera, ut parentes, liberos, nepotes; quæ alia dicitur ascendens, alia descendens. Linea recta ascendens dicitur, quando a generato ad generantem recto ordine sursum ascenditur, ex. gr. a filio ad patrem, hinc ad avum, inde ad proavum. Linea recta descendens appellatur, quando a generante ad generatum recto ordine descenditur, ex. gr. a parente ad liberos, ab his ad nepotes, & ad pronepotes. Linea transversa seu collateralis continet personas, quarum una non descendit ab altera, sed omnes tamen descendunt ab eadem tertia (quæ, quod sit communis aliarum origo, factato in Scholis vocabulo dicitur stipes), ut sunt duo fratres, duæ sorores, quarum neutra descendit ab alia, ambæ tamen ab eodem stipite, seu ab eodem parte descendunt. Hæc quoque linea collateralis alia est æqualis, alia inæqualis. Æqualis est ea, quæ continet personas pari gradu seu æquali distantia a communi stipite remotas, ut sunt duo fratres, quorum uterque uno tantum gradu a stipite communi, qui est pater, distat. Inæqualis, quæ continet personas impari gradu a stipite communi remotas, ut si ex iis duobus fratribus secundogenitus habuerit prolem. Nam primogenitus uno tantum gradu, proles secundogeniti duobus gradibus a communi stipite (qui est pater primogeniti, & avus prolis a secundogenito habitæ); & proinde linea inæquali primogenitus & proles secundogeniti inter se distant.

Ad distinguendam cognationem ejusque gradum, h. e. distantiam, diversæ traduntur regulæ pro diversitate linearum, quas modo exposuimus. In linea recta, sive illa ascendens sit sive descendens, hæc regula esto: *Tot sunt gradus, quot sunt personæ, una dempta*. Ita si cupiam scire, quoto gradu cognatus ego sim abavo meo, numero omnes personas inclusive, quæ sunt a me usque ad abavum meum, me 1, patrem 2, avum 3, proavum 4, abavum 5; & invenio 5 personas. Ex his quinque personis secundum regulam huc facientem, dempta una, quatuor remanent. Cognosco igitur, me 4 gradibus distare ab abavo meo. In linea transversali duplex est regula. Una æqualem afficit, altera inæqualem. In linea igitur transversali æquali hæc est regula: *Quot gradibus quævis duarum personarum, de quibus quæritur, distat a proximo communi stipite, tot gradibus distant inter se*. Porro ut intelligam, quibus gradibus quævis duarum personarum, de quibus quæritur, distet a proximo communi stipite, quandoquidem quævis harum personarum relata ad communem stipitem est in linea re-

recta; propterea iterum computo gradus secundum regulam lineæ rectæ, & ubi deprehendero quot gradibus quævis duarum personarum distet a proximo communi stipite, totidem cognosco eos distare inter se. Ita e. g. ubi deprehendero, quemvis e duobus fratribus a communi stipite h. e. a patre distare secundum regulam lineæ rectæ uno tantum gradu, & proinde æqualiter statim secundum regulam lineæ collateralis æqualis cognosco, eos uno pariter gradu distare inter se, proindeque cognatos esse in primo gradu. In linea demum transversa inæquali hæc regula traditur: *Quot gradibus remotior ex personis, de quibus quæritur, distat a proximo communi stipite, totidem distant inter se.* Jam vero ad cognoscendum quibus gradibus remotior e duabus personis, de quibus quæritur, a proximo communi stipite distet, cognosco simul, quot personæ illæ distent inter se; ita ex. gr. cognoscens me (qui remotior a communi stipite sum, quam patruus meus) distare ab avo communi proximo stipite gradibus duobus, cognosco simul me distare duobus pariter gradibus a patruo meo, proinde me patruo meo cognatum esse in secondo gradu. Atque hæc computandorum graduum doctrina hodie certa est & communis in foro Canonico, quæque proinde ad Matrimonii contractum pertinet diversa ab ea, quæ adhibetur de jure civili in successionibus hæreditariis.

Infideles, qui secundum veteris vel propriæ legis instituta circa gradus Consanguinitatis vel Affinitatis a Canonibus notatos conjuncti sunt, si Domino inspirante conversi fuerint; matrimonium antea contractum non erit post Baptismi lavacrum irritandum. Unde &. proles inde nata legitima censebitur.

Tria erant antiquitus affinitatis genera can. de propinq. 3, c. 35, q. 3. Primum erat inter mulierem cognitam & consanguineos viri cognoscentis, & vicissim inter virum cognoscentem & consanguineos mulieris cognitæ. Secundum oriebatur inter ipsos affines & maritum seu uxorem sui affinis. Tertium nascebatur cum marito seu uxore illius conjuncti in secundo affinitatis genere. Exemplo res clara fiet. Tu desponsas sororem tuam Maximo: tu primo affinitatis genere Maximo conjungeris. Mortua sorore tua, Maximus ducit Nympham: hanc Nympham affinis tui uxorem simul cum filiis ex hoc secundo Matrimonio procreatis secundo affinitatis genere propinquam habes. Demum defuncto ipso Maximo, Nympha nubit Peregrino: Peregrinus hic fit tertio affinitatis genere affinis tibi, qui secundo affinitatis genere Nymphæ conjungebaris.

Sed affinitas tam secundi, quam tertii generis sublata est ab eodem Concilio IV. Lateranensi, a quo impedimentum affinitatis primi generis coarctatum est intra 4 gradus. Atque hæc intelligenda de affinitate orta ex copula licita. Nam Synodus Tridenr. sess. 24, de Reform. Matrim. c. 4, gravissimis de causis adducta impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contracta inducitur, & Matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui primo & secundo gradu conjunguntur, restringit; in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem Matrimonium postea contractum non dirimere.

Memoria retinenti doctrinam superius traditam ad computandos gradus consanguinitatis facile constabit de ratione computandorum graduum affinitatis. Eodem enim modo computantur lineæ & gradus in affinitate, quo in consanguinitate computari supra diximus. Quapropter quo gradu quis est consanguineus uni conjugum vel copulatorum, eodem gradu est affinis alteri. En exemplum. Soror uxoris meæ eidem uxori meæ in primo gradu est consanguinea: sed quo gradu quis est consanguineus uxori meæ, eodem gradu est affinis mihi: ergo soror uxoris meæ erit affinis mihi in primo gradu. Idem dic de filio.

filio vel nepote descendente a sorore uxoris meæ. Quia enim ille in secundo, hic in tertio gradu est consanguineus uxori meæ, ideo ille in secundo, hic in tertio gradu est affinis mihi.

Quamquam autem omnes consanguinei viri & uxoris sint affines; inter consanguineos tamen uxoris & viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos Matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia, item duo cognati cum duabus cognatis licite contrahere poterunt juxta illud tritum in Scholis: affinitas non parit affinitatem.

Affinitas Matrimonio jam contracto superveniens, ut si Titius cum uxoris suæ sorore vel nepta incestum commiserit, Matrimonium non dissolvit, quod ubi legitime consummatum est, sola morte dissolvitur. Sed hunc parit effectum; ut, qui peccavit cum uxoris suæ consanguinea in primo vel secundo gradu, licet eidem uxori, quæ jure suo privari non meruit, debitum reddere teneatur, non tamen illud exigere possit, nisi obtenta ab Episcopo dispensatione.

Franceschinis in Opere, cui titulus: *La Legislazione dedotta dai principj dell' Ordine Tom. I*, Lib. III, *Cap. II*, *pag.* 282. Crescendo la famiglia di figli e di figlie, potranno questi tra essi matrimonio contrarre? Se non l' avessero potuto, l'umana specie dal suo nascere finita sarebbe, o illecitamente sarebbesi propagata, giacchè i figli d' Adamo non potevano che coo le sorelle loro maritarsi. Crediamo per tanto, che simili nozze sieno contro il naturale diritto secondario, ma non primario; giacchè per una parte si ottiene il primo fine del matrimonio, dall' altra non inducono opposizione diretta di rapporti, ma solo mischianza: dove al contrario nelle nozze in linea retta, cioè tra ascendenti e discendenti, e mancherebbe assai volte per la disparità dell' età il fine del conjugio cioè la procreazion della prole, e turpissima opposizione di relazioni nelle stesse persone indurebbesi: onde tali nozze crediamo assolutamente vietate e in modo, che forse per niuna ragione potrebbe Iddio permetterle, come di fatti sappiamo che mai non lo furono, come il furono in linea transversa e collaterale e tra affini; e di ciò pure l' universale costante abborrimento delle genti tutte n' è argomento. Ma se ciò è, come pressochè tutti convengono, credo, che la ragione della disparità non possa da altro ripetersi che dall' opposizione suddetta di relazioni, che inducono le nozze tra ascendenti e discendenti, la quale nelle nozze tra collaterali ed affini non si verifica. L' ordine e la natura, che il segue, non può mai approvare, che uno vesta riguardo alla stessa persona dei rapporti contrarj, e provi perciò dei sentimenti opposti: il figlio, sposo della madre, superiore sarebbegli come marito ed uguale nei diritti del talamo, ed inferiore come figlio; perciò rispetto, e confidenza, ubbidienza, e subordinazione, e direzione, ed impero dovrebbe allo stesso tempo sentire ed usare, lo che è impossibile.

Ma questo del fratello p. es. sposo della sorella non si verifica; giacchè l' uguaglianza, che tra essi passa, non si oppone alla dipendenza, che incontra la sorella divenendo sposa, come non vi si oppone l' uguaglianza, che avrebbe con esso qualunque altra giovine, che sposa gli divenisse: oltredichè ed abbastanza di uguaglianza il carattere di moglie col fratello le lascierebbe, e non poco d' inuguaglianza con esso lui già aveva dalla condizione dello stesso. Quelli, che desumono la intrinseca malizia delle nozze incestuose per retta linea dallo scoprimento dell' ignominia e della turpitudine, che illecito sia tra quelli, che sono vicendevolmente una stessa carne, o che sono carne della stessa carne, o riguardo alle moglie di quelli, che è una sola carne con noi, ed è nato dello stesso sangue e dello stesso seme, o finalmente verso della

mento non laborent (c), quod præcipuo Matrimonii fini adversetur. Hinc irrita sunt conjugia illorum, qui consuesse non possunt; quæ sane Matrimonia perosi sunt ii ipsi, quibus nullum Christianæ Religionis lumen umquam affulsit. Quam absonæ quamque absurdæ spadonum nuptiæ Ægyptiorum auribus semper acciderint, narrat Grotius ad Deuter. 23, 2. Quantopere ab Eunuchorum Matrimoniis aversos animos gerant Turcæ, ostendit Ricautius *dans l'état present de l'Empire Ottoman* 2, 21. Et tamen inter Christianos nostrorum temporum non defuit, qui contenderet, uxorem ducere licere illi, cui ferrum demessuit testes; quam in rem libellum edidit Hieronymus Delphinus inscriptum de Eunuchi conjugio, quod ipse lepide appellat *Die Capannen heyrath*, recusum Jenæ an. 1743. Id vero merito retuleris inter portenta hujusce nostri sæculi, de quibus jam sua ætate Juvenalis Sat. 1, v. 22. *Cum tener uxorem ducat Spado, Mævia Tuscum Figat aper, & nuda teneat venabula mamma; Difficile est Satyram non scribere*.

Quæ

la moglie di quegli, che forma una stessa carne con noi con tal ragione, come sono tutte le altre dedotte dai sentimenti di aversione e di ribrezzo a simili congiunzioni, che fortissime sono, perchè in conto aver si debbono di voci e d'impressioni naturali, non mi sembrano la vera differenza stabilire, che comunemente credesi passare tra la proibizione delle nozze tra ascendenti e discendenti, e tracollaterali ed affini, perchè variar non sembrano che del più o del meno. Perciò credo doversi essa dalla contraddizione indicata di relazioni o di sentimenti e diritti, che nel primo caso si avrebbe, che pure l'affinità comprende in linea retta, derivare, e che non si avrebbe negli altri casi, per i quali militano poi le comuni ragioni della riverenza che devesi al proprio sangue, non che dell'onestà domestica che in continui pericoli sarebbe, se tra stessi parenti coabitanti insieme aver si potesse speranza di matrimonio, ed il bisogno o il bene che le affinità si multiplichino e si diffondano il più che sia possibile, con le quali perciò crescano i vincoli di unione e di amicizia tra gli uomini: le quali ragioni io non saprei intieramente civili ragioni chiamare come vuole il Coccejo, parendomi che direttamente contribuiscano al fine dell'onestà e società naturale.

(c) Coeundi impotentia oritur vel ex maleficio, vel ex causa naturali, quaque afficitur æque fœmina, ac vir. Fœmina ex arctitudine vasis, vir vel ex nimia frigiditate, vel ex attritione, aut abscissione testium adeo, ut semen intra vas muliebre nequeat effundere. Constat hinc impotentiam aliam esse a sterilitate: hæc siquidem non impedit copulam per se aptam generationi, quemadmodum impotentia, quamvis generationem ipsam non minus sterilitas, quam impotentia impediat. Quia autem fieri potest, ut quis vel sit impotens cum omnibus mulieribus, vel sit impotens cum aliqua tantum; ideo impotentia ipsa alia dicitur in Scholis impotentia absoluta, alia respectiva. Immo utraque rursus dividitur in perpetuam, & temporalem. Temporalis est ea, quæ tolli potest honestis remediis vel materialibus vel supernaturalibus, vel exorcismis contra maleficia ab Ecclesia institutis. Perpetua est ea, quæ tolli nequit vel sine vitæ periculo, vel sine peccato, vel sine miraculo.

Si absoluta sit, impedimentum affert cuilibet Matrimonio; si respectiva, illi Matri-

Quæ causa eunuchos arcet a conjugio, eadem etiam nuptias interdicit pueris, qui nondum quatuordecim annorum ætatem attigerunt, atque puellis, quæ minores duodecim annis nondum subacta ferre jugum valent cervice, nec viri pondus in venerem ruentis; eoque magis, quod cum hæ tum illi non solum procreandæ, sed etiam educandæ sobolis impares sint (*d*).

§. IV. Cum hujusce Sacramenti materia sint corpora viri & mulieris sibi invicem tradenda, ratio dictat, ut

trimonio dumtaxat, cui deprehensa est obstare impotentia. Atque hæc, si impotentia sit perpetua; ex temporali enim nullum prorsus impedimentum provenit. At quid si, inquis, dubitetur, utrius generis impotentia sit? Distinguo: si dubitetur ante Matrimonium, abstinendum a Matrimonio est, ut evitetur periculum administrandi inutiliter Sacramentum ex decreto Cœlestini III, in c. laudabilem 5, de frigidis & malef. Si post Matrimonium, concedendum triennium conjugibus ad experientiam copulæ carnalis: si autem expleto triennio, quod numquam se invicem cognoverint, se invicem fateantur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, tactis Sacrosanctis Evangeliis uterque jurejurando dicat, quod numquam per carnis copulam una caro effecti fuerint; & tunc videtur, quod mulier, quæ impotentia non afficiebatur, valeat ad secundas nuptias convolare, irrito facto Matrimonio, quod cum viro impotente fuerat contractum. Nisi enim qui judicio Ecclesiæ ex causa impotentiæ perpetuæ semel separati fuerint, quando non amplius possunt cohabitare tamquam mariti & uxores, malint simul cohabitare tamquam fratres & sorores. Id enim ipsis permissum apparet a Lucio III, in c. consultationis 4, de frigid. & malef. Sed ita intelligenda est, inquit Sanchez, si modo absit, quod perquam raro fiet, periculum incontinentiæ.

(*d*) Lex conjugiorum impuberibus dicta duplicem habet partem: in prima jus naturale versatur, quod & consilii experres, & necdum corpore idoneos a conjugio repellit; in secunda jus positivum versatur, quod ex naturali quadam verecundia corporum inspectione sublata, certa tempora determinavit, quibus primum contrahentes præsumerentur puberes ac propterea idonei. Prima illa pars conjugii substantiam spectat, proptereaque adversus illam contrahentes nihil agent. Altera pars, quia pubertas annorum numero designatur, naturam quidem sequitur in iis, quæ ut plurimum contingunt, non semper tamen cum natura consistit, quoniam natura in quibusdam citius, in quibusdam tardius & animi & corporis vires absolvit; atque in hoc non naturalis, sed positiva lex est mutationi obnoxia. Porro in posteriore hac parte illud erit officium publicum, ut nemo ad conjugium infra designatam ætatem admittatur: quod si ad conjugium jam accesserit, ad dissolutionem conjugii deveniatur, quasi numquam constiterit, nisi natura ipsa facto, veluti prole suscepta, demonstraverit contrahentes vere idoneos fuisse. Numquam vero indulgendum est, ut Matrimonia contrahantur inter pupillos, etiamsi profiteantur, se idoneos esse & paratos ad conjugii fines; siquidem, ut utar phrasi Innocentii III, in cap. 6, in fine de frig. & malef. *de talibus non est facile judicandum, cum finale judicium pendeat ex futuro.*

Non quemadmodum de impuberibus dictum est, de senibus etiam utut provectissimæ ætatis recepta fuit disciplina. Quamquam enim apud veteres lege Julia & Papia conjugio interdictum fuerit viris sexagenario & feminis quinquagenario majori-

ut nulli alii antea sint tradita vel promissa (*e*). Hinc viribus omnibus carent illorum Matrimonia, qui aliis nuptiis (*f*) implíciti sunt; ac ne tum quidem convalescunt, cum prior conjux naturæ concesserit. Immo ne-que

joribus, ea tamen lex non diu viguit abrogata primum a Claudio Cæsare, uti testatur Svetonius in ejus vita cap. 13, deinde abs Justiniano in l. 27, Cod. de Nuptiis: nimirum licet vix ex illis nuptiis sperari soboles possit, experientia tamen constitit, aliquando frustra naturæ viribus generalem ab hominibus legem imponi, quemadmodum tradidit Justinianus idem in l. 12, Cod. de legit. hæred. Quamobrem sicuti Romanorum jure recipiendum fuit, ut senilis ætas nuptiis impedimento non esset, l. 6, ff. de liber. & posth. ita Ecclesia nullo umquam tempore senes a nuptiis arcuit. Quod si adhuc quæratur, cur leges temperaverint a definianda provectiorum ætate, quando ætatem puberum definierunt, alias autem utroque in casu jugum quodammodo naturæ viribus imponatur; ego facile dixero, legum auctores in conjugiis potissimum respexisse ad integrum animi judicium, utpote quod præcipue Matrimonium facit; istud enim vel in ipsa ingravescente senum ætate vigere solet, licet corporis vires paullatim deficiant: at respectu pupillorum & corpus æque & animus sensim adolescere & perfici videtur.

(*e*) Qui Sponsalia semel cum una contraxit, impeditur nova Sponsalia & novum Matrimonium cum alia contrahere. Quod enim ex promissione uni debitum est, alteri promitti nequit; ac si promittatur, inutiliter promissum censetur. Neque solum si promittatur simpliciter, sed etiam si promittatur interposita religione jurisjurandi, vel etiam facta carnis commixtione. Merito id quidem, tum quia non debet esse *obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum* c. 58, de R. I. in 6, tum ne latior aperiatur via dolis ac fraudibus hominum; quod si quando a priore sponsa sejungi cuperent, illico se liberarent spondentes nempe alteri, & posteriorem sponsionem nefario concubitu firmantes.

(*f*) Ligamen est vinculum prioris conjugii sive rati, sive consummati; quod prius conjugium quamdiu durat, secundum, si forte contrahatur, & illegitimum & irritum esse constat ex jure divino, quo probatur Polygamiam vetitam esse. Nullus igitur (ex c. 2 de secundis Nuptiis) ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quod ab hac vita migravit conjux ejus. Constat, inquam, non jam ex sola absentia multorum annorum, non ex sola fama, sed vel legitimo testimonio, quando haberi possit, vel alio etiam modo, qui superioris judicio probetur. Sæpe siquidem (ex Can. si testes 11, sæpe. c. 4, q. 3,) etiam sine publicis documentis cujusque rei veritas deprehenditur: alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem: non ergo ad unam probationis speciem cognitionem statim judex alligare debet, sed ex sententia animi sui existimare, quid aut credat, aut probatum parum sibi opinetur.

Oritur impedimentum publicæ honestatis ex duobus, nimirum ex Matrimonio rato non consummato, atque ex Sponsalibus de futuro. Ortum impedimentum ex Matrimonio rato easdem omnino leges hodie habet post Conc. Trid., quas antea ex jure Decretalium habebat. Id expressis verbis edicit Pius V, in sua Institutione ad Romanum 62, quæ habetur ad calcem Conc. Trid. Quemadmodum igitur etiam ante Conc. impedimentum hoc ex Matrimonio rato proveniens usque ad 4 gradum attingit; rursus quemadmodum ante Conc. or-

que Sponsalia intimo etiam corde tantum concepta, quæ comitem habent aut conjugis necem, aut adulterium, sanari possunt (g). Nec ullo in numero habenda sunt connubia illorum, qui antea Deo corpora sua devoverunt (h) despoponderuntque

ortum impedimentum censebatur ex Matrimonio etiam quavis ratione nullo, præterquam ex defectu consensus; ita & post Concilium impedimentum ex quovis Matrimonio procedit, etiamsi Matrimonium ob quamcumque causam, præter defectum consensus, irritum fuerit. Verbo, quidquid statutum in jure Decretalium habetur de hoc impedimento in genere, id totum etiam hodie obtinet de eodem impedimento, quoties ex Matrimonio rato nondum consummato procedit. Nam quoties procedit ex sponsalibus tantum de futuro, tunc vero omnino confugiendum est ad recentiora Trident. Patrum decreta, quibus jus Decretalium in hac parte abrogatum est. Nam quod statutum in eo fuerat, ut impedimentum hoc etiam ex sponsalibus quavis ratione nullis, præterquam ex defectu consensus, proveniret; hoc ita abrogatum est, ut justitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, S. Synodus prorsus sustulerit. Rursus quod statutum in eo fuerat, ut productum semel impedimentum ita se extenderet, ut quartum quoque consanguinitatis gradum attingeret; hoc pariter ita abrogatum est, ut, ubi valida fuerint sponsalia, primum gradum non excedant: quoniam in ulterioribus gradibus, inquit loc. cit. Concilium, jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari.

(g) Crimen duplex est, quod (præter raptum, de quo inferius) facit irritum Matrimonium, homicidium scilicet, & adulterium. Si igitur duo simul conspirent, ut alterutrius conjugem occidant, tum sive per se, sive per alium, sive opera sua, sive etiam dumtaxat jussu vel consilio conjugi mortem inferant animo postea contrahendi Matrimonii; rursus si committant duo adulterium, postea horum alter etiam sine præcedenti conspiratione conjugem suum enecet eo consilio, ut superstiti adultero per Matrimonium copuletur; hi ratas inter se nuptias celebrare numquam possunt utpote impediti impedimento criminis, quod ex tali homicidio contraxerunt. Sed enim impediuntur impedimento criminis etiam ii, qui adulterium committunt, & vel ante vel post ipsum, vel quantum in ipsis est, ineunt Matrimonium vivente conjuge, vel saltem hoc mortuo promittunt se inituros. Quare non quodlibet homicidium, vel quodlibet adulterium impedimentum præstat; sed, quod ad homicidium spectat, illud dumtaxat, quod vel adjunctam habeat conspirationem, vel sine mutua conspiratione adjunctum habeat adulterium, perpetratumque sit eo consilio, ut liceat post mortem conjugis inire Matrimonium cum conjurato, vel adultero. Quod autem spectat ad adulterium, illud dumtaxat, quod primo scienter ab utroque commissum sit: secundo, quod sit consummatum: tertio, quod vel præcesserit vel sit consecuta promissio contrahendi, quando licuerit, Matrimonii; etiam quin promissio mutua sit, dummodo fuerit saltem acceptata, immo ex nonnullorum sententia etiam quin promissio sit sincera.

(h) Binas votorum species, quas hodie nos distinguimus, simplicium scilicet & solemnium, veteres non agnoverunt. Quare si leges ab iis latas in hanc rem, quarum plures inseruit suo Decreto Gratianus, nos inspiciamus, id universim statuamus oportet, Matrimonia tam virorum, quam mulierum voto castitatis obstrictarum primis Ecclesiæ sæculis omnino vetita fuisse; ita tamen ut, si contracta aliquando essent, non juberentur separari, pro-

que (i) : multoque minus illud Matrimonium ferendum (l),

proindeque irrita, prout hodie quandoque sunt, non haberentur. Quo igitur primo tempore, inquis, recepta est usitata distinctio voti simplicis ac solemnis, & quidem ita recepta, ut simul voto simplici dumtaxat relicta sit potestas impediendi Matrimonium, solemni vero præterea addita sit vis Matrimonium dirimendi? In re tam obscura dicam id, quod est verosimilius. Verosimilius autem est, hæc sensim invaluisse, neque ubique eodem tempore, sed alibi citius, alibi serius. Nam Matrimonium quidem contractum a Monacho aut Moniali post votum Religionis fortasse non ante fuit declaratum irritum, quam a Can. 7 Conc. Romani sub Innoc. II, an. 1739, descripto apud Gratianum c. 27, q. 1, can. 4. Distinctio autem voti simplicis ac solemnis circa fere idem tempus & ipsa recepta vulgo videtur opera præsertim Gratiani nostri, qui dist. 27 sui decreti eamdem commemorat, exponit, & inculcat. Verum quidquid jam tum vulgari sermone trita esset hæc distinctio, non tamen per idem tempus satis adhuc aperta fuisse videtur utriusque voti indoles ac natura, seu necdum satis certo videtur fuisse definitum, cujusmodi esset hæc solemnitas; quæ, si voto accessisset, dirimendi Matrimonii vim voto tribuebat; si non accessisset, non tribuebat. Hoc manifeste evincunt frequentes etiam post Gratiani tempora ortæ quæstiones de Matrimoniis contra votum castitatis celebratis, & plurima ad eos Pontificum responsa, quæ tum sub titulo Decretalium de Regul. tum sub titulo qui Cler. vel Monachi Matrimon. cont. possunt, referuntur. Quare diutius hac super re ambigendi occasio non ante sublata est, quam datane a Bonifacio Papa VIII, cujus verba referuntur in cap. unic. de voto & voti Redemp. in 6. Sunt autem hujusmodi: „ Præsentis „ declarandum duximus oraculo sanctio„ nis, illud solum votum debere dici so„ lemne, quantum ad post contractum „ Matrimonium dirimendum, quod so„ lemnizatum fuerit per susceptionem sa„ cri ordinis, aut per professionem expres„ sam vel tacitam factam alicui de Reli„ gionibus per Sedem Apostolicam appro„ batis. Reliqua vero vota, etsi quando„ que Matrimonium impediant contrahen„ dum, & quanto manifestius sunt emis„ sa, tanto propter plurium scandalum & „ exemplum durior pœnitentia transgres„ soribus debeatur, non tamen rescindere „ possunt Matrimonia post contractum. “

(i) Cum nonnisi Monogamum ad Episcopatum promoveri debere pronunciet Apostolus, eo ipso jam ordinatis Episcopis ineundarum Nuptiarum jus adimit: eademque ratio est Presbyterorum & Diaconorum. Nec vero Majorum Ordinum Clericis uxorem post ordinationem ducere umquam licuisse colligitur ex can. Apost. 27, nisi forte Diaconus sub contestatione ducendæ uxoris ab Episcopo promotus fuisset: quod priscis temporibus ob Clericorum inopiam alicubi admissum, can. 10 Syn. Ancyranæ, relato in can. 8, dist. 28. Alias gradu suo dejiciebantur, can. 1 Conc. Neocæsar. qui est can. 9, ead. dist. Ductarum ante Sacros Ordines usum, Subdiaconis ad sua usque tempora in Sicilia & Italia inferiori permissum, sustulit Gregorius Magnus can. 1, dist. 28, can. 1, dist. 31, & can. 2 & 9, dist. 32; secus facientes a Superioribus Ordinibus arcuit, de can. 1, dist. 31, in fin. Usum tamen uxorum suarum Presbyteri etiam, quamvis contra nitentibus Summis Pontificibus, in Occidentis quoque regionibus diutius usurparunt, donec penitus eradicatus est ejusmodi abusus, Urbano II Pontifice, Melisitani primum Concilii an. 1090 habiti can. 2, atque aliorum subinde Conciliorum sanctionibus, Romani III sub eodem Urbano anno 1099, can. 13 & 14, tum Lateranensis I generalis sub Callisto II,

(l), quod membra, quæ Christi sunt, iis possidenda tradit, quibus ipsum Christi nomen invisum est atque execrandum. *Nefas est*, ait S. Cyprianus de lapsis pag. 88, *prostituere membra Christi cum Gentilibus*.

QU. XXIII.

II, ann. 1123, can. 3 & 21, ex quo est can. Presbyteris 8, dist. 27, & Lateranensis II, etiam generalis ann. 1139, can. 6, unde desumptus est can. decernimus 2, dist. 28, quibus canonibus utrumque districte atque in universum sub periculo gradus officiique & beneficii Ecclesiastici vetitum est, tum ne uxores ducerent, tum ne cum prius ductis miscerentur: quod tunc Subdiaconis, etsi nondum sacris ordinibus accenserentur, non minus prohibitum, quam Diaconis & Sacerdotibus. Sacris autem Subdiaconi connumerati sunt tempore Urbani II, canon. erubescant 11, d. 32, quod Innocentius III firmavit cap. a multis 9, ext. de ætate, & qual. & ordo præfic. Orientales tamen quorumvis ordinum Clerici, præter Episcopos, uxorum, quas ante ordinationem acceperant, usum extra vicis suæ tempora retinuerunt, ut agnoscit Stephanus Papa, can. aliter 14, dist. 31, idque ex can. 12 & 13 Synod. Quini-sextæ, ubi male reprehenditur Latinorum usus quasi contrarius Apostolico can. 6, alias 5, qui refertur, can. si quis 14, dist. 28, abjici uxores ab Episcopis, Presbyteris, & Diaconis sub anathemate vetanti. Qui tamen Canon, si, ut debet, eodem sensu accipiatur, quo de liberis non abjiciendis conceptus est can. 15 Conc. Gangrensis, relatus can. 14, dist. 30, & quo de curandis per Episcopos & Sacerdotes uxoribus loquitur S. Leo can. lex continentiæ 10, dist. 31, itemque Leo IX, sive ejus legatus can. 11, ead. dist. nullatenus cum moribus nostris pugnabit.

(l) Cultus disparitas Matrimonium & contrahendum impedit, & contractum dirimit. Disparitas cultus non est in iis, qui dispari ritu Deum colunt, e. g. inter Catholicum & Calvinistam, sed in iis, quorum alter valide baptizatus est, alter non item; e. g. non solum inter Christianum & Turcam, sed etiam inter Baptizatum & Cathecumenum, licet horum uterque eamdem profiteatur religionem Catholicam.

Quid vero, si Christianus Catholicus Acatholico? Græci hoc Matrimonium perinde habuissent, ac si fidelis infideli mixtus fuisset; ac proinde irritum dixissent secuti auctoritatem Synodi Trullanæ can. 12. Latini quidquid hujusmodi Matrimonia semper prohibuerint, atque etiam hodie prohibeant, contracta tamen neque umquam habuere, neque hodie habent pro irritis. Immo, si quando gravis adsit permittendi causa, etiam aliquando permittunt. Exemplum haud ita pridem dedit Urbanus VIII, qui ob communem Religionis utilitatem veniam fecit Enricæ Borbonicæ, ut nuberet Carolo Anglorum Regi Hæretico. Ast idem ferme perversis nis periculum in utraque facti specie. Ita. Verum, quia facilius sciri potest, quia non sit Baptizatus, quam quis Hæreticus sit, inde fortasse persuasum est Ecclesiæ inducere impedimentum dirimens inter infidelem & fidelem, non inter Catholicum & Hæreticum.

QU. XXIII.

Quænam est forma Sacramenti Matrimonii?

§. I. AB primæva Matrimonii institutione ne discedamus; verum in ea, quemadmodum *materiam* expiscati sumus, ita & *formam* hujus Sacramenti venemur oportet. Adam e somno, quem Deus illi afflaverat, excitatus, postquam illud pronuntiarat divino œstro percitus, *Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea*, statim id etiam addidit, *Erunt duo in carne una*. Hæc mehercule verba viri & mulieris consensionem indicant. Quamobrem sicut Matrimonii ejusque Sacramenti materiam in mutuo corporum nexu inventam tibi dedimus (Vid. sup. Qu. XXI); ita & formam in mutua animorum conjunctione repertam habemus.

§. II. Ut ita sentiam, idque pro certo teneam, non solum me impellit ratio & disputatio, sed etiam Florentinorum Patrum Eugeniique IV Summi Pontificis auctoritas docentis, *causam efficientem Sacramenti Matrimonii esse mutuum viri & mulieris consensum*.

§. III. Qui hujusce Sacramenti formam in verbis a Sacerdote inter sacrum ritum sacrumque ministerium prolatis sitam esse volunt, ii plurimorum Christianorum vera & rata Matrimonia e Sacramentorum numero expungant necesse est. Nam eorum omnium Matrimonia, queis ante Concilium Tridentinum atque adeo ante triginta dies post Tridentini decreti clandestina conjugia antiquantis promulgationem Sacerdos non intererat, eorumque, quibus nullam sui præsentiam Sacerdos facit, ubi Tridentina sanctio nulla promulgatione lata fuit, vel invitus facit & absque ullo sacro ministerio, ubi illud Decretum viget; horum, inquam, omnium Matrimonia, licet a Tridentinis Patribus vera & rata habita sunt (a), nullam sibi umquam induissent induerentque Sacramenti vim, si illius forma in Sacerdotis verbis sita esset.

§. IV. At qui fit, ut Florentina Synodus habita eo tempore, quo Sacerdotis necessitas nondum imperata fue-

(a) Benedictus XIV, *De Synod. Diœces. Lib. VIII, c. XIII, §. V. pag.* 177. Apud omnes indubitatum est, Matrimonia ante Tridentinum Concilium clanculum celebrata firmitate non consistere: id quippe diserte declararunt ipsimet Tridentini Patres.

fuerat, Fidelium Matrimonium(dum Matrimonium) inter Sacramenta recensuerit in Decret. Union. Armenor. §. 5? Qui fit, ut Concilium Tridentinum, nullo discrimine habito, quodcumque Christianorum Matrimonium, dummodo hujusce nominis vim tueri possit, Sacramentum esse definierit? *Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum non esse vere ac proprie Sacramentum, anathema sit*, Sess. VII, Can. I. Et Sess. XXIV, Can. I. *Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere & proprie unum ex septem Legis Evangelicæ Sacramentis a Christo Domino institutum, an-*

---

tres cit. cap. I, hisce verbis: *Tametsi dubitandum non est clandestina Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata & vera Matrimonia esse, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: & proinde jure damnandi sunt illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant*. Et siquidem idem Tridentinum suum decretum, quo irrita illa facit, robur habere noluit, nisi post triginta dies a die primæ ejusdem publicationis in unaquaque Parochia factæ numerandas: certum pariter est, etiam nunc Matrimonia clandestina vera ac rata esse in locis, in quibus prædictum decretum numquam fuit promulgatum. Iam autem numquam Tridentini Patres illa *vera ac rata* conjugia dixissent & declarassent, nisi credidissent ea esse vera Sacramenta: ut enim perpendit Bellarminus *cit. cap. 7*, sapientissimis illis Patribus notum erat, a sacris Canonibus, quibus suum loquendi modum conformasse est præsumendum, ea tantum Matrimonia dici *vera ac rata*, quæ non solum sunt contractus civiles, sed etiam Sacramenta Religionis: quod potissimum discimus ab Innocentio III, *in Cap. Quanto, de Divortiis*, ubi ait: *Etsi Matrimonium verum inter Infideles existat, non tamen est ratum: inter Fideles autem verum & ratum existit, quia Sacramentum fidei, quod semel est admissum, numquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum*. Porro si semel evincitur, Matrimonium sine Sacerdotis præsentia clanculum contractum aliquando fuisse & alicubi nunc quoque esse Sacramentum; necessario inde conficitur, illius ministros esse contrahentes, & non Sacerdotem.

Idem §. *VIII*. In locis, in quibus Tridentinum jam promulgatum est, non raro contingit virum & fœminam, Matrimonium inter se contracturos, inopinantem Parochum adire, & coram eo, quamvis invito & reluctante, ac duobus testibus ibidem fortuito astantibus mutuum in conjugium consensum exprimere, atque inde statim se subducere, quin Parochus ullum, nisi fortasse objurgationis, verbum protulerit. Ejusmodi Matrimonium in sententia Melchioris Cani est validum in ratione contractus; sed ob defectum sacerdotalis benedictionis non est Sacramentum. Ne itaque sic copulati Fideles perpetuo careant gratia, quæ ex Sacramento Matrimonii in contrahentes derivatur, deberet Ecclesia illos compellere, aut saltem hortari atque inducere ad suum contractum legitime consuetisque adhibitis sacris ritibus iterum renovandum coram eodem Parocho, cujus verbis fiat Sacramentum; atque ob eamdem rationem coram Sacerdote aut præciperet, aut saltem instaurari curaret clandestina conjugia in locis inita, ubi Tridentini decretum non est receptum. Cum autem in neutro

casu

anathema sit. Quod si Florentini ac Tridentini Patres Christianorum Matrimonia partim esse, partim non esse Sacramenta existimassent; profecto indicassent, quænam in Sacramentorum numero habenda essent, quænam non. Dicendum igitur est, Florentinos Tridentinosque Patres censuisse omnia & singula Christianorum Matrimonia, modo non irrita, totidem esse Sacramenta, neque aliam materiam & formam esse Matrimonii, aliam Sacramenti, sed unam eamdemque & Matrimonii & Sacramenti esse materiam ac formam.



QU. XXIV.

---

casu conjugii renovationem ab Ecclesia urgeri videamus, non temere inde conjicimus, utrumque contractum, quamquam Sacerdotis benedictione non obsignatum, jam ab Ecclesia haberi pro Sacramento. Ad hanc excutiendam difficultatem respondere possunt Cani asseclæ, ideo Ecclesiam nequaquam sollicitam esse de prædictis conjugiis debito ritu instaurandis, quia contractus conjugii semel valide initus, nisi, cum initur, Sacramenti naturam induerit, numquam deinceps poterit Sacramentum effici: quod docent Durandus *in* 4, *dist.* 26, *quæst.* 3, *num.* 121, Vasquez *tom.* 2, *part.* 1, *disp.* 138, *cap.* 5, & *tom.* 4, *disp.* 2, *de Matrim. cap.* 10, aliique, quos citat & sequitur Basilius Pontius de Matrim. *lib.* 1, *cap.* 9, *num.* 8. Verum hac responsione difficultatem non evadunt: siquidem alii longe plures Doctores, quos recenset & sequitur Sanchez *lib.* 2, *de Matrim. disp.* 9, existimant Matrimonium, quod fuit validum solum in ratione contractus, posse deinde renovari, & assequi virtutem Sacramenti, qua prius caruit. In hac porro dubietate non negligeret Ecclesia Fideles urgere, ut in prædictis rerum eventibus sua connubia debito modo renovarent, ne frustrarentur ad minimum spe consequendæ gratiæ, quæ saltem in multorum probabili & communiori sententia ex contractus iteratione ipsis obveniret.

QU. XXIV.

Forma Sacramenti Matrimonii quibus qualitatibus prædita esse debet?

§. I. CUM Matrimonio nihil sit tam necessarium, quam mutua animorum consensio atque conjunctio; ideo Ecclesia eorum, qui Matrimonio junguntur copulanturque, consensum adversus vim, metum, fraudes, dolum, errorem maximis præsidiis sepsit atque vallavit, nulliusque momenti illum assensum esse voluit, quem non propria voluntas ac libertas exprimit, sed aliena calliditas atque improbitas extorquet.

§. II. Itaque nuptiæ illorum, qui penes se non sunt, quosve circumtonuit gaudens Bellona cruentis, eorumque, quos somnus aut ebrietas complexa est, atque illorum, quos aut vis oblata aut metus (*a*) injuste injectus de sua sede dimovit, pro infectis habendæ sunt. Illud præterea Matrimonium, quod erroris (*b*) rei es-

(a) Matrimonium dirimunt vis & metus, si modo metus gravis sit injuste incussus a causa externa ad extorquendum consensum in Matrimonium. Dixi primo, *si metus sit gravis;* cujusmodi est metus mortis, verberum, infamiæ, amittendorum bonorum, injuriæ, aut damni alterius, quo quia percellitur etiam vir fortis & constans, ideo vulgo appellatur etiam metus cadens in virum constantem. Dixi secundo, *si injuste sit incussus.* Quare si e. g. Pater minitetur se manus illaturum in stupratorem filiæ suæ, nisi hic filiam ducat, metus hic erit injuste incussus; ac proinde Matrimonium ex tali metu contractum prorsus inutile. Si vero idem Pater minitetur, se delaturum eumdem stupratorem apud Judicem, vel multo magis si Judex carcerem, exilium, mortem stupratori minitetur, metus hic erit incussus juste; ac proinde Matrimonium ex tali metu contractum ratum ac firmum habebitur. Dixi tertio, *a causa externa:* si enim a causa interna & naturali, e. g. a naufragio, a morte imminente, alicui persuasum fuerit, ut concubinam duceret; quod gestum ex tali metu fuerit, numquam rescinderetur. Addidi postremo, *ad extorquendum consensum* in Matrimonium: quandoquidem si metus quamvis gravis, quamvis injuste incussus, incussus tamen sit ob alium finem, ut si e. g. quis innocens detentus in carcere ex causa furti, ut eo se liberet, ducat filiam judicis vel custodis; Matrimonium perinde valebit, ac si sponte fuisset contractum.

(b) Error personæ dirimit Matrimonium jure naturæ, etiamsi non provenerit ex fraude alterius, etiamsi fuerit solum con-

essentiam attingentis expers non sit, nihil habet firmitatis. Nec conjugium

concomitans sive incidens in contractum, ne dum fuerit antecedens seu dans causam contractui.

Notum est ex l. 14, ff. de ritu nuptiarum, conditionem seu statum servilem secundum instituta Romanorum diremisse Matrimonia, adeo ut, si quando hujusmodi conditionis seu status homines simul contraxissent, contractus hi non jam Matrimonia, sed contubernia appellarentur, præsertim si vel invitis, vel inconsultis Dominis inita fuissent. Quem Romani imperii eumdem & Ecclesiæ in Romano imperio natæ atque altæ sensum olim fuisse credit Vanespen juris Ecclesiastici Universi p. 2, t. 13, c. 3, ita ut quemadmodum civili, ita & canonico jure Matrimonia a servis contracta inutilia essent, quatenus pro arbitrio Dominorum dirimi quandocumque poterant. Id satis probare videtur verbis S. Basilii in Ep. Cano. ad Amphilochium can. 42. *Quæ sine iis, qui habent potestatem, fiunt Matrimonia, sunt fornicationes. Vivente Patre vel Domino ii, qui conveniunt, non sunt ab accusatione liberi, donec conjugio Domini annuerint. Tunc enim firmitatem accipit conjugium*. Concordat Concilium Cabilonense II, apud Gratianum can. 8, c. 29, q. 2. Hæc igitur, si hunc scriptorem audimus, per plura sæcula Ecclesiæ lex fuit, ut scilicet conditio servilis esset impedimentum dirimens Mattimonium, ac proinde Matrimonia vel servorum inter se, vel servorum cum ingenuis essent irrita, quousque Dominorum accessisset in ea assensus. Sed lapsu temporis, quemadmodum in aliis, ita in hac parte mutatio contigit hujusmodi, ut, ex numero impedimentorum dirimentium expuncta conditione servili, in ejus locum sufficeretur error conditionis servilis. Quo tempore, quave ratione id factum fuerit, quæris? Respondet idem Vanespen l. cit. id factum fuisse circa sæcul. 12, opera vel potius inscitia boni Monachi Gratiani. Gratianus siquidem conciliare volens Ecclesiastica decreta, quæ Matrimonia ingenuorum cum servis irrita dicebant, cum canone dubiæ admodum fidei I, c. 29, q. 2, qui Matrimonia ingenuorum cum servis perinde ac Matrimonia ingenuorum inter se dirimi posse negabat, eam distinctionem adhibuit, quæ Matrimonia ingenuorum cum servis *scienter* contracta a Matrimoniis similibus *ignoranter* contractis secrevit; atque in his quidem impedimentum dirimens locum habere statuit, a prioribus penitus exclusit. Gratiani auctoritas, quæ sane per ea tempora magna apud omnes erat, etiam Pontifices permovit, ut in suis litteris eamdem passim distinctionem commemorarent; quæ litteræ postea in corpus juris Canonici relatæ novum jus sensim constituerunt, & abrogato impedimento *conditionis servilis*, quod Veteres agnoverant, impedimentum erroris *quoad conditionem servilem* solum induxerunt. Hæc omnia Vanespen, de cujus conjectura ii judicent, quorum interest. Adeo nos de impedimenti origine investiganda non sumus solliciti, ut vel de impedimenti indole ac natura parvum laboremus. Quis enim usus hujus doctrinæ apud nos! Apud quos nulli servi, omnes liberi sunt.

Qualitatis error non obstat, nisi vel secum ferat errorem personæ, seu, ut Scholæ dicunt, redundet in personam, vel nisi qualitas ipsa, circa quam erratur, fuerit in conditionem deducta. At quandonam error qualitatis redundat in personam? „ Quando, inquit Vanespen p. 2, „ §. 13, c. 3, n. 5, animus contrahentis „ sic fertur in certam qualitatem, ut „ implicite nolit personam, si ipsi desit „ qualitas, in qua erratur. Exemplum assignat S. Thomas.... Si principi offeratur filia tamquam primogenita „ & hæres regni. Solet enim illius animus ita ferri in hanc qualitatem, ut „ si circa illam sit error, nolit istam per-

„ so-

gium inter raptorem & raptam convalescit (c), nisi rapta in tuto collocata ratum habuerit, quod gessisset, cum raperetur.

§. III.

„sonam". Atqui ego hunc, bona tanti viri venia, dixerim non jam errorem qualitatis, qui redundet in personam, sed errorem qualitatis, quæ tacito Principis consilio in conditionem deducta sit. Errorem vero, de quo quærimus, illum crediderim, quando scilicet certa qualitas personam indigitat, & ab alia quavis distinguit: ac si error circa talem qualitatem interveniat, hunc vero appellaverim errorem qualitatis redundantem in personam, ac proinde ditimentem Matrimonium. Exemplum do hujusmodi. Volo contrahere cum primogenita, quam aliter non novi: loco primogenitæ datur mihi secundogenita: per errorem cum hac contraho: error hic specie tenus est in qualitate primo vel secundogenitæ, re tamen est in persona seu in objecto, ut ajunt, substantiali, quod ab ea qualitate distinguitur. Est hic error qualitatis, qui redundat in personam, atque obstat Matrimonio. Obstat rursus error qualitatis Matrimonio, si qualitas tamquam conditio requisita fuerit a contrahente in hunc modum. Accipio te, si es nobilis. Deficiente enim hac qualitate, quam alter sponsus per errorem inesse putavit, deest consensus, ac proinde Matrimonium fit irritum. Ac si Morales Theologos consulas, fit irritum Matrimonium pro foro interno, etiam si tacite conditio istiusmodi apposita fuerit. At Canonistæ foro dumtaxat externo leges constituentes ab eo, qui conditionem tacite tantum apposuerit, absolutum postea exigent consensum, neque Matrimonii dissolutionem umquam suo suffragio firmabunt.

(c) Raptus est violenta abductio fœminæ de loco in locum Matrimonii ineundi aut libidinis explendæ causa. Raptus hujus species duplex; una, qua fœmina abducitur consentiens, sed invitis parentibus vel curatoribus, sub quorum est potestate, diciturque raptus per seductionem. De raptu per violentiam, h. e. quando vir sive per se sive per alium fœminæ vim infert, ipsamque invitam & reluctantem secum abripit ea mente, ut Matrimonium contrahat vel libidinem expleat, de hoc, inquam, raptu nemini dubium adhuc fuit, quin impedimentum Matrimonii dirimens ex eo constitueretur. De raptu vero per seductionem, h. e. quando vir caute puellam circumveniens blanditiis & lenociniis seducit, ut Matrimonii contrahendi causa secum recedat insciis vel invitis parentibus, sub quorum potestate vivit, de hac, inquam, raptus specie DD. Galli longe dissentiunt a reliquis. Illi siquidem talem seductionem habent pro dirimente impedimento; & parentibus, quorum filiæ minores hoc modo seductæ fuerint, pro veteri Ecclesiæ Gallicanæ usu jus faciunt agendi ad nullitatem Matrimonii. Reliqui autem Gallicanis usibus nequaquam addicti, sed unius Trid. Concilii mentem spectantes, in solo raptu per violentiam impedimentum Matrimonii dirimens constituendum censent; tum ex ea ratione, quia Trid. Conc. decrevit hoc impedimentum cessare, statim ac rapta fuisset in loco tuto ac libero seorsim a raptore posita, nec tamen exegit, ut restitueretur parentibus; tum quia Ecclesia impedimentum raptus constituens eo dumtaxat spectavit, ut perfectæ Matrimonii libertati consuleret, cui libertati nullum prorsus damnum ex ignorantia vel dissensu parentum inferri, modo fœmina volens ac lubens abdicatur, nemo non videt.

Ad raptum igitur primæ speciei quod pertinet, decrevit Synodus Tridentina inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Quod si rapta a raptore separata, & in loco tuto ac libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor sibi uxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi con-

§. III. Cum vero maxime interfit, ne viri ac mulieris consensus, in quo præcipua Matrimonii ac Sacramenti vis posita est, in dubitationem revocari umquam possit; statutum est a Tridentina Synodo, ut coram Ecclesia præberetur, nullumque firmamentum ac robur haberent ea Matrimonia, quæ Parochi, vel Sacerdotis Parochi vices obeuntis, atque duorum testium præsentia non roboraret. „ Tametsi dubitandum „ non est, clandestina Matrimonia, „ libero contrahentium consensu fa„ cta, rata & vera esse Matrimonia, „ quamdiu Ecclesia ea irrita non „ fecit; & proinde jure damnandi „ sint illi, ut eos Sancta Synodus a„ nathemate damnat, qui ea vera „ ac rata esse negant, quique falso „ affirmant, Matrimonia a filiisfa„ milias sine consensu parentum con„ tracta irrita esse, & parentes ea „ rata vel irrita facere posse; nihi„ lominus Sancta Dei Ecclesia ex „ justissimis causis illa semper dete„ stata est atque prohibuit. Verum „ cum sancta Synodus animadvertat, „ prohibitiones illas propter homi„ num inobedientiam jam non pro„ desse, & gravia peccata perpen„ dat, quæ ex eisdem clandestinis „ conjugiis ortum habent, præsertim „ vero eorum, qui in statu damna„ tionis permanent, dum, priore u„ xore, cum qua clam contraxerant, „ relicta, cum alia palam contra„ hunt, & cum ea in perpe„ tuo adulterio vivunt, cui malo „ cum ab Ecclesia, quæ de occultis „ non judicat, succurri non possit, „ nisi efficacius aliquod remedium „ adhibeatur; idcirco Sacri Latera„ nensis Concilii sub Innocentio III „ celebrati vestigiis inhærendo præ„ cipit, ter a proprio contrahentium „ Parocho tribus continuis diebus „ festivis in Ecclesia inter Missarum „ solemnia publice denuntietur, in„ ter quos Matrimonium sit contra„ hendum: quibus denuntiationibus „ factis, si nullum legitimum appo„ natur impedimentum, ad celebra„ tionem Matrimonii in facie Eccle„ siæ procedatur, ubi Parochus vi„ ro & muliere interrogatis, & eo„ rum mutuo consensu intellecto, vel „ dicat: *Ego vos in Matrimonium* „ *conjungo in nomine Patris, & Fi*„ *lii, & Spiritus Sancti*: vel aliis „ utatur verbis juxta receptum u„ niuscujusque provinciæ ritum. „ Quod

---

consilium, auxilium, ac favorem præbentes sint ipso jure excommunicati ac perpetuo infames omniumque dignitatum incapaces; &, si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare c. 6, sess. 24. Atque hoc nimirum capite supra diximus novum a Conc. Trid. inductum impedimentum dirimens Matrimonii. Quod etiam, quo sensu dixerimus, explicare multum præstat saltem gratia delibandi pauca ex iis, quæ ad hujus loci historiam pertinuerit.

Quicumque legerit in lib. 9 C. Theodosiani sub Tit. 24, de raptu Virgin. vel Viduar. severissimas in hac parte Constitutiones a Constantino Magno, item ab ejus filio Constantio, item a Gratiano, Im-

„ Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium maliciose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes; tunc vel una tantum denuntiatio, vel saltem Parocho, & duobus vel tribus testibus præsentibus, Matrimonium celebretur; deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur; nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur; quod illius prudentiæ & judicio Sancta Synodus relinquit. Qui aliter, quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus, Matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit & annullat. Insuper Parochum vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Præterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent, statimque benedictionem a proprio Parocho fieri, neque a quoquam, nisi ab ipso Parocho vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi posse, quacumque consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante „.

„ Quod si Parochus vel alius Sacerdos, sive regularis sive sæcularis sit, etiam si id sibi ex privilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Habeat Parochus librum, in quo conjugum & testium nomina diemque „ & lo-

---

Imperatoribus, item etiam in Cod. Justinianæo L. unic. sub eod. tit. a Justiniano latam; is sibi facile persuadebit, adeo vetitum suisse raptoribus habere in uxores raptas vel virgines vel viduas, ut, etiam si raptæ fuissent postea a raptoribus dimissæ, atque hæ post dimissionem sponte consensissent in Matrimonium cum raptoribus, adhuc leges impedimentum opponerent, quod semel oppositum nullo vel lapsu temporis, vel spontanea raptæ mulieris consensione posset removeri. *Quoniam nullo modo*, ita Justinianus loc. cit., nulloque tempore datur a nostra Serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra Republica Matrimonia student sibi conjungere. Sed quidquid juris prioribus illis Sæculis obtinuerit, Sæc. XII & seq. multo mitius agi cœptum est cum raptoribus, adeo ut ab Innocentio III in c. 7 de Raptoribus credita sit rapta puella legitime contrahere cum raptore, non

 jam

„ & locum contracti describat, quem „ diligenter apud se custodiat. Postremo S. Synodus conjuges hortatur, ut, antequam contrahant, „ vel saltem triduo ante Matrimonii „ consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum „ pie accedant. Si quæ provinciæ „ aliis ultra prædictas laudabilibus „ consuetudinibus vel cærimoniis „ hac in re utuntur, eas omnino „ retineri S. Synodus vehementer optat. Ne vero hæc tam salubria „ præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, ut „ cum primum potuerint, curent „ hoc Decretum populo publicari „ ac explicari in singulis suarum „ Diœcesum Parochialibus Ecclesiis, „ idque in primo anno quam sæpissime fiat, deinde vero quoties expedire viderint. Decernit insuper, „ ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur post „ triginta dies habere incipiat a die „ primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos „ Sess. XXIV, Cap. I, de Reform. Matrim. (d).

jam si posita in loco tuto ac libero in Matrimonium consentiat, sed absolute etiam ante dimissionem a potestate raptoris, si *prior dissensio* transeat postmodum in consensum, &, quod ante displicuit, tandem incipiat complacere.

Quid igitur Conc. Trid.? quod sæcul. 16, immo multis ante sæculis inductum fuerat contra statuta antiquorum Imperatorum, ut raptores habere aliquando possent loco uxorum mulieres raptas, quando scilicet hæ in Matrimonium cum raptoribus libere ac sponte consensissent; hoc ipsum Concilium probavit verbis illis: „ Quod „ si rapta a raptore separata, & in „ loco tuto ac libero constituta il„ lum in virum habere consenserit, eam „ raptor in uxorem habeat „. Quod autem jure Decretalium permissum fuerat, ut consensus hic a mulieribus dari posset, quamdiu illæ penes raptores remanebant, ac tali tempore datus ratum constitueret Matrimonium; hoc vero Concilium penitus sustulit, cavens ut, etiam si mulier consentiat, quamdiu ipsa in potestate raptoris manet, nullum possit consistere Matrimonium, neque altas sit firmitatem habiturum, nisi prius mulier *rapta fuerit a raptore separata, & in loco tuto ac libero constituta*, ac tum demum post separationem a raptore, post sepositionem in loco libero illum in virum habere consentiat. Hoc videlicet sensim dicimus inductum novum a Tridentino impedimentum Matrimonii dirimens, quod jus Decretalium non induxerat.

(*d*) Plures quæstiones pertinentes ad Parochum, cujus præsentiam in contrahendo Matrimonio tam expresse requirit Syn. Trid., jamdiu definiisse fertur S. Congregatio ejusdem Synodi expresse declarans scil. validum esse Matrimonium contractum coram Parocho etiam invito & per vim adhibito, qui sibi aures obturaverit: item coram Parocho etiam minoribus tantum ordinibus initiato, licet hic non possit vices suas in hoc negotio committere nisi Sacerdoti: item coram Parocho suspenso, excommunicato, vel irregulari: item demum coram Parocho, in cujus Parochia contrahentes vel perfectum domicilium habent, vel dumtaxat quasi domicilium h. e. vel habitant cum animo habitandi ad majorem anni partem, quales sunt juvenes studiosi in publicis Accademiis, famuli, aufugientes causa belli, cessantibus his causis ad propria redituri. Nam vagos, qui nuspiam certam sedem ha-

habent, neque proinde habent Parochum proprium, vagos, inquam, posse contrahere coram Parocho loci, in quo ad tempus versantur, satis indicavit Concil.Trid. sess. 24, c. 7. ubi Parochis præcepit, ne illorum Matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, num scilicet liberi atque idonei sint ad contrahendum, & re *ad Ordinarium delata*, ab eo, cui nota erunt quæcumque in similibus facti conditionibus servanda præcipit stylus Curiæ, *licentiam id faciendi obtinuerint*. Atque hæc de Parocho.

Nam quod pertinet ad testes, cum nihil peculiare de iis statuat Concilium, ideo probabile admodum est, testes quoslibet ratione utentes in tali casu recte admitti; dummodo tamen admittantur uno eodemque tempore cum Parocho, simulque cum Parocho iidem intelligant, quid agatur. Non igitur satis erit, si contrahentes consensum suum exprimant primum coram solo Parocho, deinde coram singulis testibus; tunc enim Matrimonium probatur testibus dumtaxat singularibus: sed, ut plane constet Ecclesiæ de Matrimonio jam contracto, omnino necesse erit, ut una cum Parocho præsentiam suam adhibeant etiam testes simultaneam, ut Scholæ dicunt, non tantum moralem, sed physicam.



QU. XXV.

QU. XXV.

Quisnam est Minister Sacramenti Matrimonii?

§. I. Nemini dubium esse potest, quin uniuscujusque Sacramenti Minister is habeatur & sit, qui illius Sacramenti formam exprimit. Cum igitur vir & mulier ii sint, qui mutuum assensum exprimunt, in quo Matrimonii Sacramenti forma tota sita est; necessario efficitur, virum & mulierem (a) hujusce Sacramenti esse Ministros.

§. II.

(a) Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis. VI*, *pag.* 18. Post traditam materiam ac formam Sacramenti Matrimonii sequitur videre, quisnam sit Minister hujus Sacramenti. Et quidem prima facie videtur dicendum, Parochum vel alium Sacerdotem de ejus licentia esse hujus Sacramenti Ministrum ex sequentibus rationibus.

Primo: quia personæ Ecclesiasticæ ac Deo consecratæ tantum sunt illæ, ad quas spectat ministrare Sacramenta juxta illud Apostoli *I. Cor.* 4: *Sic nos existimet homo ut Ministros Christi & dispensatores Mysteriorum Dei*; horum autem Ministrorum gradus, unus est Episcoporum, alter Parochorum, alter simplicium Sacerdotum. Ergo horum aliquis tantum debet esse Minister Matrimonii, quod Sacramentum est.

Secundo: quia in c. *Cum in Ecclesia*, *de Simonia*, prohibetur Ecclesiasticis aliquid temporale accipere in administratione Sacramentorum, & in benedicendis Nuptiis sub pœna Simoniæ; ibi: *Ne in benedicendis nubentibus, seu aliis Sacramentis conferendis seu collatis aliquid exigatur, districtius prohibemus*. Ergo Parochus seu Sacerdos, dum benedicit nubentes, iisdem confert Sacramentum Matrimonii, & est ejusdem Sacramenti Minister.

Tertio: quia per sacros Canones expresse prohibitum, est mulieribus, ne possint aut valeant Sacramenta ministrare, *cap. Tribus gradibus*, *dist.* 2. Sed quatenus Parochus seu Sacerdos non est Minister Sacramenti Matrimonii, & illud conjuges sibi ministrarent, sequeretur, quod fœminæ hoc ministerium sibi assumerent contra prædictam prohibitionem: ergo.

Quarto: quia Conc. Trid. *Sess.* 24. *de Ref. Matrim. c. I*, determinat verba, quæ proferre debet Parochus in celebratione Matrimonii, ita dicens: *Parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, dicat: Ego vos conjungo in Matrimonium in Nomine Patris &c.* Ergo Parochus est Minister conjunctionis illius, & per consequens Sacramenti Matrimonii.

Quinto: Suscipientes Sacramentum debent esse distincti a Ministro idem Sacramentum conferente, ut patet in Baptismo & in aliis Sacramentis, in quibus alius est qui baptizat, & alius qui baptizatur, & alius est qui Sacramenta confert, alius qui illa suscipit. Sed si Parochus vel Sacerdos non esset Minister Sacramenti Matri-

§. II. Quid? negas? tantique Sacramenti Ministrum Sacerdotem esse clamitas? Illud igitur primum omnium ostendas *necesse est*, verba quæ a Sacerdote recitantur, dum Matrimonium celebratur, esse *causam effici-*

---

trimonii, ipsi autem conjuges essent Ministri, evaderent simul Ministri & suscipientes, quod fieri non convenit: ergo Parochus aut Sacerdos interveniens de ejus licentia in celebratione Sacramenti Matrimonii est ejusdem Sacramenti Minister.

Sexto: Minister Sacramentorum, si illa ministret existens in peccato mortali, sacrilegium committit & mortaliter peccat; quia præceptum est, ut ministrentur ab existentibus in gratia, *Psal.* 100, *v.6. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat*; quod suse probat Emin. Card. de Lauræa *de Sacramentis in genere disp.* 10, *art.* 4, ubi refert verba S. Augustini *lib.* 2 *contra Epist. Parmeniani cap.* 10: *Omnia Sacramenta obsunt indigne tractantibus*. Sed quando Parochus vel Sacerdos non esset Minister Sacramenti Matrimonii, sed illud contrahentes sibi ministrarent; ipsi frequenter committerent sacrilegia, cum eorum plurimi Matrimonium contrahant absque præmissa Sacramentali Confessione, & existentes in peccato mortali. Ergo ad hæc mala evitanda dicendum videtur, Parochum seu Sacerdotem esse Ministrum hujus Sacramenti, prout ex his rationibus ita dixerunt ac tenuerunt Melchior Canus *lib.* 8 *de locis Theol. cap.* 5, Gulielmus Estius *in* 4. *sent. dist.* 26, §. 10, Franciscus Sylvius *in* 3 *part.* D. Thom. *quæst.* 42, *art.* 2, *quæst.* 1, quos citat Diana Coordinatus *in tom.* 2, *tract.* 6, *resol.* 96, §. 2, ubi addit, quod hanc opinionem tamquam probabilem videtur admittere etiam Didacus Nugnus *in* 3 *part. tract.* 1, *quæst.* 64, *art.* 6, *diffic.* 1, *concl.* 2, & quod magis est, eam placuisse Cardinali Toleto, qui *in sum. lib.* 7, *cap.* 6, *n.* 4, ita loquitur: *Minister ante Concilium Tridentinum non erat necessarius, quia poterat esse verum Matrimonium sine Ministro: at vero sess.* 24, *cap.* 1, *de Reform. Matrim. est annullatum Matrimonium clandestinum; & statuitur, ut, nisi adsit Ordinarius, vel Curatus, aut Sacerdos de ipsorum licentia, & ad minus duo testes, tunc nullum sit Matrimonium. Jam vero pertinet ad essentiam Matrimonii Minister cum testibus, ut ante non pertinebat*. Ergo etiam juxta Cardinalem Toletum Parochus seu Sacerdos est Minister hujus Sacramenti.

Nihilominus contrarium est retinendum juxta communem Theologorum ac Canonistarum doctrinam concorditer docentium, Ministros Sacramenti Matrimonii semper fuisse & nunc esse ipsos Conjuges contrahentes, quod demonstratur & probatur sequentibus rationibus & argumentis.

Primo: quia ante Concilium Tridentinum Matrimonia clandestina erant vera Matrimonia, simulque Sacramentum, ut patet ex eod. *Can. Trid. sess.* 24, *de reform. Matrim. cap.* 1. Sed clandestina Matrimonia erant illa, quæ fiebant sine præsentia proprii Sacerdotis *cap. Nullus*, & *cap. Nostrates* 30, *qu.* 7. Ergo Sacerdos non erat Minister Sacramenti Matrimonii, sed ipsi Conjuges contrahentes.

Secundo: Olim Matrimonium contractum per verba de futuro, si sequebatur copula, evadebat statim in verum Matrimonium tamquam per verba de præsenti factum, & erat indissolubile; eo quia præsumebatur, quod habentes copulam, ne peccarent, mutassent consensum de futuro in præsentem, & sic contraxissent, *cap. Is, qui*, & *cap. fin. de Sponsal.* Sed in eo casu nullus interveniebat Sacerdos. Ergo Ministri hujus Sacramenti sunt ipsi Conjuges contrahentes.

Tertio: quia verba Parochi sunt simplicis benedictionis nubentium, non autem con-

ficientem Sacramenti. At una voce reclamat tota Florentinorum Patrum concio, qui in Decret. Union. Armenor. §. 16. postquam, quænam aliorum Sacramentorum forma esset ac materia, definierant, tandem de Sa-

---

confectionis Sacramenti indicativa. Immo si Matrimonium celebretur a Conjugibus coram Parocho nihil dicente cum testibus, est Matrimonium validum: ergo ipsi Conjuges sunt Ministri, non autem Parochus vel Sacerdos.

Quarto: ad validitatem Sacramenti requiritur intentio Ministri, & quod in eo sit voluntas faciendi illud Sacramentum; at Conjuges contrahentes coram Parocho & testibus valide contrahunt, etiam si Parochus sit invitus, reclamet, dissentiat, ac protestetur in contrarium, ut scribunt omnes DD. quos citat & sequitur Barbosa *de Parocho*, *c.* 21, *n.* 47, *& de offic. ac potest. Episc. alleg.* 32, *n.* 84, ac pluries decisum fuit a Rota Romana coram Card. Seraphino *Decis.* 1099, *n.* 5, *& part.* 4 *recent. tom.* 2, *Decis.* 431, ubi Paulus Rubeus in Annotat. notat alias Rotales Decisiones *n.* 14 *&* 15, & Sacræ Congregationis Concilii consimiles declarationes *n.* 16. Ergo Sacerdos non potest dici Minister hujus Sacramenti, sed ipsi Contrahentes.

Quinto: si Sacerdos esset Minister Matrimonii, fuisset tamquam talis expressus ab Eugenio IV in Decreto de doctrina Sacramentorum. Sed in eo Sacerdos non exprimitur; immo in §. 16 dicitur, *Causa efficiens Sacramenti Matrimonii est mutuus consensus*, (idest contrahentium) *per verba de præsenti expressus*: ergo contrahentes ipsi sunt Ministri.

Sexto: ille est Minister Sacramenti, qui in eo conferendo applicat Materiam & Formam; sed Conjuges contrahentes applicant in Matrimonio Materiam & Formam, sive illæ sint corpora eorum ac ipsorum traditio reciproca, sive sint consensus interior & ejusdem exterior expressio, sive verba reciproca traditionis ac acceptationis mutuæ significativa: ergo iidem Conjuges contrahentes sunt hujus Sacramenti veri Ministri.

Septimo, ut pluries dictum est: Christus non immutavit naturam contractus Matrimonii elevando illud ad dignitatem Sacramenti. Sed in esse contractus Ministri sunt ipsi Contrahentes. Ergo etiam in esse Sacramenti Contrahentes ipsi sunt Ministri Matrimonii: ac proinde, ut ait Mastrius *in* 4, *disp.* 7, *n.* 67, uterque efficienter concurrit vel physice, vel moraliter juxta opinionum varietatem ad gratiam producendam non solum in seipso, sed etiam in altero conjuge; &, ut docet Scotus *dist.* 26, *sub Litt. M. in* 4, sunt ambo unus Minister totalis integraliter & duo partiales, quia sic concurrunt ad efficiendum contractum. Quare ita tenent, sentiunt, ac docent Sanchez *de Matrim. lib.* 2, *disp.* 6, *n.* 2, Emin. Card. Bellarminus *lib.* 7 *de Matrim. cap.* 6, Sotus *in* 4, *dist.* 26, *Quæst.* 2, *art.* 3, Suarez *tom.* 3, *in* 3 *p. disp.* 16, *sect.* 1, *col.* 2, & alii, quos cumulant Adden. ad Cardinalem Tolerum *d. lib.* 7, *cap.* 6, *sub num.* 4, & Diana Coordinatus *d. tom.* 2, *tract.* 6, *resol.* 96, quæ residet in Dianæ antiqui ac inordinati *part.* 3, *tract.* 4, *resol.* 255, quibus inter novissimos adhærent Cotonius *in Controvers. Illustr. lib.* 5, *controvers.* 1, *cap.* 1, *num.* 24 *&* 25, addens, dummodo sint baptizati & compotes mentis; Emin. Card. de Lauræa *de Matrim. d. disp.* 13, *art.* 6, *per totum*; ac prædictus doctissimus Mastrius *in* 4, *disp.* 7, *art.* 2, *in quo sub num.* 62 advertit, quod etiam quando Matrimonium fit per Procuratorem, nuntium, aut per Epistolam, ipsi principales Contrahentes sunt Ministri hujus Sacramenti; quia ipsi sunt, qui contractum agunt, materiam ac formam exhibent ac ministrant.

Nec subsistunt argumenta pro contraria opi-

Sacramento Matrimonii verba facientes hæc docuerunt: *Causa efficiens Sacramenti Matrimonii est mutuus consensus per verba de præsenti expressus.*

§. III. Si Matrimonium ab Sacerdo-

---

opinione superius adducta. Nam respondetur.

Ad Primum: Personas Ecclesiasticas requiri ad dispensationem mysteriorum Dei, quæ egent consecratione, non autem in aliis; alioquin sequeretur, quod Laicus in casu necessitatis non posset baptizare: siquidem praxis Ecclesiæ habet, non solum Laicum virum, sed etiam fœminam baptizare posse, immo etiam infidelem, si intendat facere, quod facit Ecclesia. Igitur non est inconveniens, Sacramentum Matrimonii a Laicis ministrari, non autem a Sacerdotibus; quia sic requirit natura hujus Sacramenti, a cujus susceptione cum ipsi Sacerdotes arceantur, non est mirum, si ejusdem non possint esse Ministri. Ita Mastrius *d. disp.* 7, *sub num.* 63, & Emin. Card. de Lauræa *d. disput.* 13, *num.* 105.

Ad Secundum respondetur ex ipsa lectura textus *in cit. cap. Cum in Ecclesiæ, De Simonia*, colligi, Sacerdotes non esse Ministros Sacramenti Matrimonii; sed ab eis benedictionem dari ipsis conjugibus, qui coram illis contraxerunt, ac sibi ipsis Sacramentum ministrarunt. Sunt itaque Ministri benedictionis nubentium, non autem ipsius Sacramenti; & eatenus prohibentur sub pœna Simoniæ aliquid temporale exigere, quia eadem benedictio est res spiritualis ac rei spirituali annexa. Ita Emin. Card. de Lauræa *d. disp.* 13, *num.* 106.

Ad Tertium respondetur, textum in cap. *Tribus gradibus, De Consecrat. dist.* 2, arcere mulieres a consecratione, dispensatione, & custodia Eucharistiæ, non autem a Ministerio Matrimonii; ideo ubi opus est consecratione, non potest mulier in Sacramentis locum Ministri occupare; secus autem in aliis, ut hic in Matrimonio, ac in Baptismo urgente necessitate, ut dictum est supra.

Ad Quartum respondetur, verba illa, quæ profert Parochus super conjuges coram se contrahentes ex præscripto Concilii Tridentini ac Ritualis Romani, esse verba simplicis Sacerdotis, non autem de forma Sacramenti, & sic non censentur formalia, sed deprecatoria; ac ideo mutantur juxta diversitatem Regionum & Ritualium: & ubique verba Sacerdotis conspirant, ut Matrimonium per eosdem conjuges initum a Deo benedicatur, & donis cœlestibus ac temporalibus cumuletur. Propterea tantum abest, verba, quæ Sacerdos profert, esse de forma Sacramenti, ut, etiamsi ab eo omittantur, Matrimonium sit valide initum & perfecte completum, ut ait prælaudatus Emin. Card. de Lauræa *dict. disp.* 13, *num.* 107, & dictum est supra num. 12.

Ad Quintum respondetur, in aliquibus Sacramentis suscipientes debere esse distinctos a ministrantibus, sed non in Sacramentis omnibus: nam in Eucharistia idem Sacerdos est Minister conficiens Sacramentum ac Suscipiens; ita & in Matrimonio iidem sunt Ministri ac Suscipientes. Ratio autem de hoc Sacramento est, quia sequitur naturam contractus: ad faciendum vero contractum ipsi contrahentes exhibent materiam & formam, & per consequens sunt ejusdem contractus Ministri; idcirco etiam tales sunt in ratione Sacramenti. Quod autem in consecratione Eucharistiæ Sacerdos, qui eam conficit, teneatur etiam eam suscipere, statutum est *in cap. Relatum, & in cap. Peracta, de Consecr. dist.* 2. Quod si non susciperet, Sacrilegium committeret, *cap. Comperimus ead. dist.*

Ad Sextum & ultimum respondetur, con-

dotis verbis Sacramenti vim haberet, eadem vel æque pollentia semper, ubique, atque ab omnibus Fidelium Ecclesiis adhibita fuissent. At verba, quibus nunc in Romana atque Latina Ecclesia utuntur Sacerdotes, dum Matrimonium celebratur, a Tridentinis Patribus excogitata fuerunt, longeque distant ab illis, quæ Majorum nostrorum Ritu recepta erant (*b*), ab iisque, quæ nostris etiam temporibus in nonnullarum Ecclesiarum usu versantur. Hæc certe verba: *Quod Deus conjunxit*, *ho-*

conjuges contrahentes Matrimonium in peccato mortali utique peccare mortaliter & Sacrilegium committere, quia Matrimonium est Sacramentum vivorum per se statum gratiæ supponens; & ideo peccant, quia ponunt obicem gratiæ ejus. Non sunt autem concordes Theologi in definiendo, an conjuges peccent mortaliter tum tamquam ministrantes, tum tamquam suscipientes hoc Sacramentum in statu peccati mortalis. Alii volunt, eos peccare utroque modo & tamquam Ministros & tamquam Suscipientes, & sic eos eodem tempore committere duo peccata. Ita Pontius *de Matrim. lib.* 1, *cap.* 8, *num.* 11, Navartus *in cap.* 1, §. *Sacerdos*, *n.* 20, *de Pœnit. dist.* 6. Alii tenent, etsi utroque modo peccent, eos tamen committere unum peccatum tantum, quia una & eadem actione ministrant & accipiunt Sacramentum. Ita Emin. Card. de Lauræa *d. disp.* 13, *de Matrim. n.* 110. Alii vero magis probabiliter docent, eosdem conjuges peccare quidem mortaliter tamquam suscipientes Sacramentum Matrimonii in peccato mortali, quia gratiæ obicem ponunt; sed eos non peccare tamquam Ministros ejusdem Sacramenti, quia solus Minister consecratus tenetur ad illud præceptum *Sancta sancte tractandi* ex vi ejusdem suæ consecrationis, qua specialiter deputatus est ad Sacramenta conficienda: unde Laici, quando baptizant in casu necessitatis, non astringuntur illo præcepto juxta S. Thomam 3 *p. quæst.* 64, *art.* 6, *ad* 3. Ita astruunt Sanchez *de Matrim. d. lib.* 2, *disp.* 6, *num.* 4, Gutierez *eod. tract. cap.* 41, *num.* 3, Layman *lib.* 5, *tract.* 1, *cap.* 5, *num.* 9, & alii, quos numerat & sequitur Diana Coordinatus *d. tom.* 2, *tract.* 6, *resol.* 113, desumpta ex veteri *part.* 3, *tract.* 4, *resol.* 198, quibus consentit Mastrius *ead. disp.* 7, *sub num.* 64. Igitur quoad prædictum sextum argumentum contrarium in nihilo officit, quin ipsi conjuges possint ac debeant esse Ministri in Sacramento Matrimonii, quod conficiunt; etsi enim peccent mortaliter & sacrilegium committant, si extra statum gratiæ ac in mortali scienter existant, onerantur hoc gravi piaculo tamquam Suscipientes, non tamquam Ministri. Et hic advertant Parochi, quanta sit eorum obligatio monendi Sponsos & Sponsas, ut confiteantur peccata sua, antequam ad contrahendum Matrimonium accedant, & ut illud Sacramentum pie, sancte, & in gratia recipiant; quod utinam omnes Rectores animarum adverterent, & operarentur, ne ipsi sint Deo rationem reddituri tot Sacrilegiorum, quæ a contrahentibus Matrimonium in peccato mortali ob eorum incuriam committuntur!

(b) Edmundus Martene *de antiquis Ecclesiæ ritibus Lib. I, Cap. IX, Art. III*, §. 6: Constituto ad celebrandas nuptias die adveniente, Sponsus & Sponsa benedicendi a parentibus, aut paranympho, qui, ut ait S. Augustinus serm. 293, erat (amicus interior conscius secreti cubicularis), sistebantur Sacerdoti ad portas Ecclesiæ, qui secundum quosdam eos interrogare debebat de fide, quam profitebantur. Deinde, datis sibi mutuo dexteris, exigebat ab utri-

homo non separet, quæ audio a Simonetta Inst. Theolog. Tom. III, Tract. XVIII, Disp. II, art. un. §. 3, alicubi usurpari solita, (nec quidquam præterea addi) nihil certe commune habent cum illis: *Ego conjungo vos in Matrimonium:* tantumque porro abest, ut Sacramentum conficiant, ut jam antea confectum declarent.

§. IV. Quid quod in non paucis Ecclesiis (c), quæ illustriorem ac insi-

utrisque consensum, in quo totam Sacramenti Matrimonii essentiam reponebant antiqui. Inaudita quippe apud eos erant illa verba Parochi: *Ego vos conjungo in nomine Patris &c.*, in quibus aliqui ex recentioribus scholasticis formam hujus Sacramenti constituunt, quæ tamen desiderantur in duobus antiquis Ritualibus mss. Beccensis Monasterii in Pontificali annorum 300, in antiquo Rituali Bituricensi & in aliis pene omnibus, quæ a nobis postea exhibebuntur; quibus adjungere possemus Constitutiones Richardi Episcopi Sarum anno 1217 editas, cap. 56, in quibus hæc lego: Item præcipimus, quod Sacerdotes doceant personas contrahentes hanc formam verborum in Gallico, vel in Anglico: Ego N. accipio te N. in meam. Similiter & mulier dicat: Ego accipio te in meum. In his enim verbis consistit vis magna, & Matrimonium contrahitur.

(c) *Ex Pontificali Mss. Ecclesiæ Lugdunensis ante annos 300 scripto, quod etiam usui fuit Ecclesiæ Tarentasiensi.*

INCIPIT ORDO AD SPONSAM BENEDICENDAM.

Cum venerint ante valvas Ecclesiæ Sponsus & Sponsa, veniens Sacerdos alba, & stola, & manipulo ornatus annulum argenteum super scutum positum benedicat dicens:

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum & terram. Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc, & usque in sæculum. Benedicite. Dominus.

Oremus

Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis a templo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis; congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probati sunt argento. Gloria Patri, & Filio &c. Kyrie eleison. Christe. Kyrie. Pater. Et ne nos. Salvum fac servum tuum & ancillam tuam, Domine. Deus meus, sperantes in te. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto. Et de Sion tuere eos. Nihil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. Domine, exaudi orationem meam. Et clamor meus. Dominus vobiscum.

Oremus

Creator & conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis, Domine, emitte Spiritum Sanctum tuum Paraclitum super hunc annulum, ut, quæ illum gestaverit, sit armata virtute cœlestis defensionis, & proficiat illi ad æternam salutem. Per.

Tunc aspergatur aqua benedicta. Deinde dicat illa.

Messeueurs, vous savez le traictiè du mariage qui est entre Monsigneur N. & Madame filie N. Je vous a moneste que s'il y a aucun qui y sache cose, pourquoy le mariage ne se puisse fere, si le die sur paine d'escommuniement. C'est quant pour la premiere, pour la seconde, & pour la tierce fois pareillement.

Postea viro dicat:

 Mon-

insigniorem locum tenent, ea viget consuetudo, ut præscripta ab Tridentino Concilio verba non a Sacerdote, uti apud nos, sed ab ipsis spon-

---

Monsigneur N. est il de vostre plaisir de prendre a femme & espouse Madame N. cy presente, & luy estre bon & loyal, ainsi que Dieu l'a ordonnè, & sainte Mere Eglise de Rome le conferme?

Postea mulieri:

Madame N. est de vostre plaisir de prendre a mary & espoux Monsigneur N. cy present & luy estre bonne & loyale, ainsi que Deus l'a ordonnè, & saint Mere Eglise de Rome le conferme.

Deinde, dum ponitur annulus, *PONTIFEX ET VIR INSIMUL dicunt*:

N. de cet annel t'espouse, ou nom de Pere, du Fils, & du Saint Esperit. Amen. *Primo in pollice, secundo in indice, tertio in medio dicens, ibique remaneat annulus. Postea Sacerdos dicat orationes sequentes*, &c.

Ex Missali mss. insignis Ecclesiæ Parisiensis, annorum circiter 300, quod olim usui fuit Ludovico Cardinali Borbonico, extatque in Bibliotheca regia n. 4226.

INCIPIT ORDO AD BENEDICENDAM SPONSAM.

Cum venerint ante valvas Ecclesiæ sponsus & sponsa, veniens Sacerdos alba, stola, & manipulo ornatus, annulum argenteum super librum positum benedicat dicens:

Manda Deus virtuti tuæ &c. usque, qui probati sunt argento. Gloria Patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Salvum fac servum tuum & ancillam tuam. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto. Domine, exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Creator & Conservator &c. *Tunc aspergatur aqua benedicta, & thurificetur & sponsus & sponsa. Quo facto, dicat Sacerdos*:

Bonne gens, nous avons fait les bans trois fois de ces deux gens, & encore les faisonsnous. Que s'il y a nul, ne nulle, qui sçache empechement, parquoy ne puisse avoir l'un l'autre par la loy de mariage, si le die. *Respondent assistentes*: Nous n'y sçavons se bien non.

Quo audito, accipiat Sacerdos manum dexteram sponsæ, & ponat in dextera manu sponsi, & dicat ista verba nominando eos:

Vous, Marie, & vous, Jehan, vous promettez, fianciez, & jurez l'un l'autre, à garder le foy & loyautè du mariage, & à garder l'un l'autre sain, & enfers à tous les jours de vos vies, si comme Dieu l'a etably, & l'Ecriture le temoigne, & Sainte Eglise le garde.

Tunc Sacerdos tradat annulum sponso, sponsus autem per manum Sacerdotis primo ponat in pollice sponsæ, post Presbyterum dicens ista verba:

Marie, de cest annel t'espouse, & de monn corps t'honnore, & te doue dou douaire, qui est divisiez entre mes amis & les tiens. In nomine Patris. *Secundo in indice dicens*: Et Filii. *Tertio in medio dicens*: Et Spiritus Sancti. Amen. *Ibique remaneat annulus*.

Postea Sacerdos extensa manu super eos dicat orationes sequentes.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, sit vobiscum: ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Per Christum.

Respice, Domine, super hanc conventionem &c.

Tunc Sacerdos, tenens sponsum per manum dexteram & sponsam, introducat eos in Ecclesiam & signet eos signo sanctæ crucis dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Deinde celebretur Missa.

Ex vetusto Rituali insignis Ecclesiæ Catalaunensis.

IN-

ſponſis invicem pronuntientur hoc ſane modo: *Ego conjungo te mihi in Ma-* *tri-*

INCIPIT ORDO AD MATRIMONIUM CONTRAHENDUM PER VERBA DE FUTURO.

Primo Sacerdos in Eccleſia ſtans indutus ſuperpelliceo & ſtola interrogat nomina ambarum partium, inquirendo primo a maſculo dicens:

N. Nas-tu foy ne promeſſe touchant le Sacrament de mariage à femme, ne à fille, quelle qu'elle soit, que a N. qui cy eſt? *Reſpondeat:* Nou Sire. *Eodem modo interrogat filiam.*

Poſtea accipiat manus dexteras eorum, & conjungens dicat:

N. tu prometts à N. qui cy eſt, que tu la prendra à espouse par foy & loyauté de mariage, ſelon l'eſte & l'ordonnance de l'Egliſe. *Reſpondeat:* Ouy Sire. *Eodem modo dicat mulieri.*

Et poſtquam dederint conſenſum per verba de futuro, Sacerdos dicat:

Et ego affido vos in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. *Deinde aſpergat eos aqua benedicta.*

„ Poſtea procedat Sacerdos ad banna „ proclamanda diebus Dominicis & feſtivis infra Miſſarum ſolemnia. Et quod „ ſit una dies intermedia, ut moris eſt, „ & ut in ſtatutis Synodalibus continetur, „ dicens: *Pierre fils de N. &c.* Et ſi a „ caſu in proclamationibus bannorum fiat „ aliqua oppoſitio, ſeu fuerint aliqui op„ ponentes dictis proclamationibus, Cu„ ratus aut ejus Vicarius abſque dilatione „ & alio mandato aſſignet partibus oppo„ nentibus diem competentem Catalani „ coram Domino Officiali ad proceden„ dum ſuper prædicta oppoſitione, ſecun„ dum formam juris . . . Et nota, quod, „ ſi aliquis vel aliqua in proclamatione „ bannorum ſe opponat Matrimonio „ proclamato, licet non dicat cauſam ali„ quam, nihilominus citandi ſunt, ut ſu„ pra dictum eſt. "

AD MATRIMONIUM CONTRAHENDUM PER VERBA DE PRÆSENTI SEQUITUR MODUS CONVENIENS.

„ Et primo notandum eſt quoad tem„ pus nubendi. Tempora nubendi ſunt a „ prima Dominica poſt Paſcha uſque ad „ finem proximæ Dominicæ ante Rogatio„ nes; ab Octava Pentecoſtes uſque ad „ finem diei Sabbati Adventus: ab Octa„ va Epiphaniæ uſque ad finem diei Sab„ bati Septuageſimæ. Cætera vero tempo„ ra prohibentur. Bannis vero, ut ſupe„ rius dictum eſt, proclamatis, nubere „ volentes quando volunt venire ad por„ tam Eccleſiæ, ubi contrahitur Matrimo„ nium, & ſacerdos indutus ſuperpelliceo „ & ſtola venire coram ipſo ſponſum & „ a latere dextero, & ſponſam a latere ſi„ niſtro ſponſi. Et nota, quod non de„ bet fieri benedictio ſuper ſponſum & „ ſponſam, ſi una dictarum partium jam „ fuerit conjugata ſine licentia Superio„ ris. "

Benedictio annuli. Creator & conſervator, &c. *& aſpergatur annulus aqua benedicta.*

Deinde Sacerdos procedat ad ſolemnizationem Matrimonii per verba de præſenti, dicendo alta voce, ut poſſit ab omnibus audiri:

Autrefois en l'Egliſe de ceans par trois jours ſolemneis out eſtè proclamez les bans entre N. & N. qui ſout icy preſens, & encor derechies ſolemnellement pour le quart d'abbondance je le annonce icy. Et pourtant s'il y a perſonne icy que ſçache aucun empechement que le mariage ne ſe doive celebrer, ſi le die ſur peine d'excommuniement.

Hoc dicto, ſacerdos prius receptis litteris Curatorum dimiſſoriis, aut aliis litteris Superioris, ſi perſonagia indigeant, ſtu- *ae*

de altera Diœcesi aut parochia fuerint, accipiat jocalia, & ponat in manu dextera sponsæ. Postea accipiat manum dexteram sponsi, & jungat eos dicendo:

Dites apres moy. Je N. prens N. qui cy est à femme & à espouse, & luy promets que bonne foy & loyantè je luy tiendray; saine & enferme le garderay, & pour nulle autre tant qu' elle vivra ne la changeray.

Eodem modo dicat sponsa. Et dum Matrimonium fuerit celebratum per verba de præsenti, sacerdos det annulum benedictum sponso ad subarrhandum sponsam, & dicat:

Dites apres moy. N. de cet annean te espouse, & de mes biens te douve, & de mon corps te honore, In nomine Patris, *super pollicem. Secundo super indicem*: Et Filii. *Tertio super medium*: Et Spiritus Sancti: *Et relinquat annulum in medio. His peractis, Sacerdos aspergat eos aqua benedicta. Dicatur Missa de Sponsalibus, ut moris est. Introitus*: Benedicta sit S. Trinitas &c. *Post communionem sequitur benedictio facienda super sponsum & sponsam sine Oremus.* Propitiare &c. Deus, qui potestate virtutis &c. *Post hæc, aspergantur aqua benedicta.*

Ex Rituali Leodiensi.

RITUS ET FORMA CELEBRANDI SOLEMNITER SPONSALIA.

„ **Debent** ii, qui Matrimonio jungi volunt, juxta nostræ Diœcesis consuetudinem, prius solemniter contrahere sponsalia. Quare posteaquam inter eos convenerit super contrahendis sponsalibus, debent cum utriusque partis parentibus, aut saltem fide dignis testibus, in Ecclesia cœmeterio, aut alio juxta loci consuetudinem publico & honesto loco adire Pastorem, cui aut ambo, aut saltem sponsa subjecta est; qui, descriptis primum in autentico registro ad hoc destinato nominibus contrahere volentium, ac duorum seu trium testium, deinde stola indutus, seu ornamento officii, cum pudica modestia apprensis dexteris utriusque eas conjunget: quo facto, compellet primo futurum sponsum ex nomine & cognomine, hoc modo interrogans: "

N. N. venisti huc ex libera tua voluntate, & à nullo coactus seu compulsus, ut promittas, te ducturum in legitimam uxorem N. quam hic manu tenes?

„ Quo affirmative respondente, sub eadem forma rogabit reciproce futuram sponsam: qua itidem respondente, rogabit Pastor rursum, compellato futuro sponso. "

N. Ergo tu hic in mea ac astantium testium præsentia promittis te ducturum in legitimam uxorem tempore & loco congruis N. quam hic manu tenes?

„ Quo sic respondente, statim idem reciproce & eodem modo promittet futura sponsa suo futuro sponso. Qua promissione mutua ac reciproca legitime facta, perget in hæc verba Pastor. "

Ego igitur tamquam publicus Ecclesiæ Dei Minister in persona & nomine Ecclesiæ hanc vestram mutuam promissionem accepto & approbo, vos seriosius admonens, & requirens, ut juxta nostræ Diœcesis Leodiensis consuetudinem infra quadraginta dies proxime sequentes procedatis ad Matrimonium legitime in facie Ecclesiæ inter vos contrahendum, denuntians simul vobis, ne ante Matrimonium, ut præmittitur, contractum commisceamini carnaliter, ut non incidatis in excommunicationis pœnam ipso facto per statutum Synodale in tales decretam.

„ Deinde Pastor jam primum per sponsionem futuri Matrimonii constitutis sponso & sponsa, imprecato prospero successu, dimittet eos in pace, traditis

„ pri- "

" primo, si alter fuerit exterus, eidem literis testimonialibus super sponsalibus jam contractis ad eos, quibus ex consuetudine diœcesis aut loci competet solemniter tribus diebus celebribus a se distantibus proclamare Matrimonium inter prædictos contrahendum, quas proclamationes eodem modo celebrabit in sua Ecclesia Pastor sponsæ, qui fuit minister sponsalium. "

RITUS AC FORMA SOLEMNITER CELEBRANDI SACRAMENTUM MATRIMONII.

" Cum itaque jam rite factis proclamationibus dies nuptiarum fuerit conceptus, rogabunt inituri Matrimonium Pastorem, si conceptus dies permissu Ecclesiæ atque suo conveniet nuptiis celebrandis, simul per litteras testimoniales (si opus fuerit) debite expeditas informando Pastorem de nullo impedimento canonico interposito; quod si ex probabili conjectura transcriptum, aut alias allatum fuerit, procedet Pastor juxta formam præscriptam in statutis nostris Synodalibus. "

" Deinde pridie quam sponsus & sponsa sacramentaliter contrahant, diligenter ac religiose sese præparabunt ad Confessionem Sacramentalem, sine qua nullos Matrimonio copulari volumus, quam quidem Confessionem sub extremæ indignationis ac arbitrii nobis reservata pœna (maxime hoc casu) in publica Ecclesia, & in nullius privata domo fieri mandamus; ut sic nubentes decenter per sacramentalem absolutionem ac alia pietatis opera ad Sacramentum Matrimonii præparati, tamquam filii sanctorum, & non ut gentes, quæ Deum ignorant, conjungantur in Christo &c. "

" Proinde jam Sacramento Matrimonii initiandi, & juxta præscriptam informationem rite præparati, procedent tempore convenienti cum amicorum seu vicinorum utriusque partis turba decenter, & juxta loci veterem & laudatam consuetudinem graviter & honeste ornati ad parochialem sponsæ Ecclesiam: ibidemque ante templum, vel circa ejus ingressum, ut consuetudinis erit, constituti, sponsus & sponsa aspergentur a ministro Sacramenti stola, superpelliceo, seu alba ornato aqua lustrali cum hac precatiuncula: *Aspergat vos Deus rore gratiæ suæ in vitam æternam.* "

" Post hæc cum summa gravitate ad se accitis sponso ac sponsa, interroget coram astantibus utriusque nomina cum cognominibus dicendo: *Quomodo appellamini?* Ex modo interrogandi seu nutu indicando, ut sponsus prior respondeat: quorum nominibus ac cognominibus clare ab utroque prolatis, rursum Sacramenti minister hoc modo interroget astantem sponsum nomine & cognomine propriis appellatum. N. N. *venisti ne huc ex libera tua voluntate, & a nullo coactus ad contrahendum nunc Matrimonium cum N. N. hic præsente?* Quo id libere affirmante, statim etiam reciproce & eodem modo interroganda est sponsa; qua itidem affirmative respondente, si non antea traditus sit ministro sacramenti, rogabit, eum annulus paratus sit sponsæ, quem, si præsto sit, imponet digito annulari dexteræ manus sponsæ, aut alii secundum morem loci & personarum cum hac forma verborum & signo crucis: *Accipe annulum fidei Matrimonialis in Christo Jesu. In nomine ✠ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* "

" Post hæc cum pudica modestia Pastor utriusque apprehensas dexteras prominente parte dextera stolæ colligabit, ac deinde hoc modo cum signo crucis invocata Sancta Trinitate dicet: "

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti inchoetur mysterium.

De-

trimonium; nec alias partes agat Sacerdos, quam illius, qui præit (*d*) verba de scripto? Hæc Matrimonii formula nobilioribus Ecclesiis usitata animum mihi addit, ut censeam, eam Tridentinorum Patrum mentem ac consilium fuisse, ut Sacerdos ea verba, *Ego conjungo vos in Matrimonium*, non sui sed sponsorum nomine recitaret, hunceque esse horum verborum sensum: In hæc verba, quæ ego non meo, sed vestro nomine pronuntio, vestrum amborum consentiat voluntas, atque hujusce vestræ consensionis testimonium firmissimum atque sanctissimum mihi sit dexterarum vestrarum copulatio.

§. V. Quod si igitur instando evinceres, ut tibi largiremur, ea verba, *Ego conjungo vos in Matrimonium*, esse formam hujus Sacramenti; non tamen illico obtineres, ut illud etiam tibi concederemus, Sacerdotem esse Ministrum Sacramenti Matrimonii. Nam hæc verba a Sacerdote pronuntiantur non tamquam Sacramenti Ministro, sed tamquam formulæ recitatore, quam tacite secum ipsi totidem verbis repetant Sponsi, satisque eloquenti silentio exprimant. Nec ullum tibi negotium exhibeat illud *Vos*. Hoc enim pronomen adhibet Sacerdos, ut uno verbo concipiat complectaturque illud *te mihi*, quod vicissim sibi mente & animo referant Sponsus & Sponsa.

Deinde vultu converso ad sponsum, monitoque eo, ut secum intelligibiliter & perfecte pronuntiet subsequentia, dicat Pastor prior:

Ego N. N. do fidem meam matrimonialem in sacro fonte acceptam N. N. quam hic manu teneo, & eamdem in legitimam uxorem accipio, & juro me numquam eamdem relicturum, neque propter meliorem, neque ditiorem, neque pulchriorem, neque nobiliorem, neque ob ullum defectum, quem Deus ei possit immittere: sed juro me fideliter præstiturum ei, quod bonus maritus tenetur præstare uxori suæ legitimæ usque in horam mortis. Sic me Deus adjuvet, & omnes Sancti ejus.


Deinde eodem modo converso Pastore ad sponsam, qua etiam monita, ut secum intelligibiliter ac perfecte pronuntiet sequentia, reciproce hoc modo pergat:

Ego N. N. do fidem meam matrimonialem in sacro fonte acceptam N. N. quem hic manu teneo, & eumdem in legitimum meum maritum accipio, & juro me numquam eumdem derelicturam neque propter meliorem, neque ditiorem, neque pulchriorem, neque nobiliorem, neque ob ullum defectum, quem Deus ei possit immittere: sed juro me fideliter præstituram ei, quod bona uxor tenetur præstare legitimo suo marito usque in horam mortis. Sic me Deus adjuvet, & omnes Sancti ejus.

Deinde admonitis ambobus, si jam contracti Matrimonii qualitas benedictionem admittit, eam devote cum gratiarum actione pronuntiet.

(d) *Praire verba* est certam verborum formam alicui dictare, quam ille totidem referat verbis. Solebant enim veteres Romani ad execrationes vel devotiones hosti-

ſtilis exercitus, & ad fœdera percutienda, ſimileſque publicos ritus peragendos certam verborum formulam habere conceptam, a qua ne minime quidem recedere licebat. Itaque ne Imperatores, qui ſe hoſtilemque exercitum erant execraturi, aut ii, per quos fœdera ſanciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex aut Sacerdos, qui *verba praires*, ideſt conceptam verborum formulam dictaret, quam alter totidem verbis repeteret. Sic *praire verba jurisjurandi* dicitur, qui jurisjurandi verba *concipit*, & *juraturo dictat*. Hinc T. Livius Lib. VIII, Cap. 9. *Agedum Pontifex publicus Populi Romani prai verba, quibus me pro legionibus devoveam*.





QU. XXVI.

Quid habes de sacris iis ritibus, quæ adhibentur a Sacerdote, cum Sponsi copulantur?

§. I. IN omnium gentium moribus positum semper fuit, ut, cum aliquod opus aggrederentur, illud a Superis sacro quodam ritu sibi propitiandis auspicarentur. Id tum in rebus omnibus magni momenti, tum præcipue in nuptiis celebrandis factitarunt (*). Nuptiarum solemnia veteribus Romanis usitata expendunt Brissonius, Hottomanus, atque Seldenus in tract. de Uxor. Hebræ. Lib. II, cap. 20. Ritus ab Græcis adhiberi solitos, cum Matrimonia conjungebant, perstrinxerunt Joannes Philippus Pfeifferius Lib. IV Antiquit. Græc. & Joannes Guillelmus Stukius Lib. Antiq. Connub. Judæorum. Cæremonias in celebrandis nuptiis persecuti sunt Seldenus loc. cit. & Basnagius Histor. Judæor. Tom. VI, Part. I, Lib. VI, cap. 22. De nuptialibus antiquorum Germanorum institutis late egerunt Paulus Hacenbergius in German. Med. Diss. V, & Hertius in Not. vet. Franc. Licet autem harum gentium ritus in celebrandis conjugiis inter se dissimiles essent, tamen in Sacerdotum Ministerio sibi deposcendo, Templo, ac Sacrificio omnes congruebant cohærebantque. Hinc illud Stratoclis in Theod. Prodom. Amarand. confectis nuptialibus tabulis lectisque, τί διαμέλλομεν ἔτι, καὶ οὐ πρὸς τὸν νεὼν ἀπίμεν; *Quid amplius moramur, neque Templum recte pergimus?* Vide Sthephani Forcatul. Alexandr. Sard. aliosque.

§. II. Quod si Ethnicorum nuptiæ non absque piaculari sacrificio divinæque opis imploratione confici solitæ fuerunt, quanto magis id dicendum de connubiis Christianorum, qui suas omnes actiones cogitationesque ad Deum esse dirigendas referendasque ab suæ Religionis dogmatibus didicerant, qui nihil incœptare, nihil moliri sciebant, nisi prius, quod res bene

(*) *Franceschinis* in Opere novissime in lucem edito. *La Legislatione dedotta dai principj dall' Ordine Tom.* I, Lib.III, *Cap. II*, *pag.* 269. Dovunque troverete nella terra il conjugio rispettato, dovunque da civili formalità e da religiosi riti sì dolce vincolo fissato vedrete e consacrato: e se in qualche parte deriso il vedrete ed aborrito, ivi sarà, dove un eccesso di corruttela avrà ogni naturale sentimen-

bene feliciterque verteret, divino numine invocato, uti videre est apud Tertullianum de Testim. Anim. *Etiam quod penes Deum bonitatis & benignitatis omnis benedictio in nos summum sit disciplinæ & conversationis Sacramentum, Benedicat te Deus, tam facile pronuntias, quam Christiano necesse est.* Hac igitur disciplina a primis usque Ecclesiæ incunabulis imbuti Christiani, non solum cum Matrimonii vinculo copulabantur, sed etiam cum despondebantur, Sacerdotum opera ac ministerio utebantur. S. Ignatius ad Polycarpum: *Decet, ut & ducentes uxores & nubentes cum Episcopi arbitrio & ex ejus sententia conjungantur, ut nuptiæ juxta præceptum Domini fiant, non autem ad concupiscentiam.* Tertullianus de Monogam. cap. II. *Ut igitur in Domino nubas secundum legem & Apostolum (si tamen vel hoc curas), qualis es id Matrimonium postulans, quod eis, a quibus postulas, non licet habere, ab Episcopo Monogamo, a Presbyteris, a Diaconis ejusdem Sacramenti, a viduis, quarum sectam in te recusasti.* Siricius in Epist. ad Himerium cap. 4. *De conjugati autem violatione requisisti, si desponsatam alteri puellam alter in Matrimonium possit accipere? Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa Benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud Fideles cujusdam Sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur* (a). Atque hæc de sponsalibus (b).

§. III.

---

mento estinto o sopito; e se in qualche luogo vi apparirà incerto pur anco e non ben fisso, non farà, che dove gli uomini vagabondi e selvaggi appena dalle fiere si distinguono.

(a) Ad interpretationem canonis si plurimum facerent compendiariæ expositiones, quæ a collectoribus adjici capitibus solent, concludendum sane videretur, caput Siricii pertinere ad Sponsam, ut ajunt, de futuro. Nam in Codice Dionysii legitur: *Quod non liceat alterius Sponsam ad Matrimonii jura sortiri.* Et in Codice Reginonis loco laudato: *Ut nullus alterius Sponsam accipiat.* Demum Gratianus, ut omittam cæteros, habet: *Puellam alii desponsatam alter accipere non valet.*

Coustant in Notis ad Epist. Pontif. Tom. I, Col. 626, inquit. Obvius verborum sensus postulat, ut ea potius de prima Desponsationis Fide, qua etiam Virginem conjugem vocari Patres ex Evangelio probant, interpretemur.

(b) Qui nuptias contracturi sunt, solent ante conjugii celebrationem contrahere sponsalia, idest mutuo consensu de futuris nuptiis pacisci. Regula est, eos omnes rite contrahere sponsalia, qui ad contrahendum admitterentur. Non e converso ii omnes, qui a contrahendo Matrimonio arcentur, impediuntur, ne interea sponsalia contrahant. Impediuntur quidem, ne sponsalia contrahant, si impedimentum conjugii sit perpetuum; non vero, si sit tempore circumscriptum.

Instar cæterorum contractuum sponsalia contrahi possunt vel pure, vel sub conditione, vel in diem certum. Si pure contrahantur, adhuc inest legis potestate certus dies, qui concedendus petenti est, in in quem Matrimonii celebratio differatur: & quidem ex interpretatione voluntatis contrahentium, qui non statim Matrimonium contrahere voluerunt, statim ac cum Matrimonium celebrare valerent, potius de contrahendis sponsalibus deliberarunt. Conditio debet esse possibilis & honesta; si sit impossibilis jure vel facto, sponsalia exemplo cæterorum contractuum irrita sunt. Si dies certus adjiciatur, certum est

§. III. Verum qui in Sponsalibus adhibiti, iidem ferme ritus instaurabantur in Matrimonio. Clemens Alexandrinus in Pædagogo Lib.III, Cap. XI, loquens de iis puellis, quæ nimium ornatæ in nuptias prodibant: *Cui manum*, inquit, *imponit Presbyter? Cui benedicit? Non mulieri, quæ est ornata, sed alienis capillis, & per istos alii capiti*. Tertullianus in Lib. II ad uxorem, cap. ult. *Unde Sufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus Ma-*

contrahentes non aliud egisse, quam aut tempus a lege sponsis præstitutum coercere, aut prorogare ulterius voluisse.

In hoc certe sponsalia a conjugiis differunt. Nam conjugia cum de præsenti sint natura sua, nullam temporis adjectionem patiuntur; immo nec patiuntur conditionem, quæ, si impossibilis facto adjecta fuerit, pro non adjecta habetur; si impossibilis jure, etiam pro non adjecta habetur, quoties nihil contineat contra conjugii naturam: at si naturæ conjugii adversetur, Matrimonium prorsus irritum reddit. Hæc est Gregorii IX philosophia in cap. ult. de condit. appositis.

Effectus sponsalium rite contractorum est, ut utrinque inter sponsos obligatio nascatur aliquando contrahendi Matrimonium. Efficax quidem obligatio est utpote lege confirmata, proindeque actionem parit; verum si alterutra pars refragetur, & pervicax sit, obligatio pene sine exitu est non sane vi sua, sed quod nullum inter homines sit remedium, quo ad exitum perducatur. Contumax quidem officio judicis terreri poterit, etiam comminatione excommunicationis. Sed quid si contumax adhuc refragetur? Adigi plane non poterit ad Matrimonium contrahendum, quod sine consensu esse non potest. Id, quod interest, in hanc obligationem non venit, cum æstimari nequeant certi conjugii bona. Nihil igitur agendum judici superest. Eam ob rem contrahentes stipulare consueverunt certas pœnas a fidei violatore luendas. At enim pœnalis hæc obligatio stipulatio fuit abs jure improbanda, cum locum habere nequeat, quibus in causis nec id, quod interest, locum habet. Potius admissa est arrharum obligatio. Etenim arrhæ nihil habent commune cum eo, quod interest. Si fidejussores aut pignora dentur, utilis erit intercessio eatenus, quatenus in causa arrharum accedant, numquam si accedant in causa aut principalis obligationis, aut forte initæ stipulationis pœnalia. Sunt alii sponsalium rite contractorum effectus, in iis causis scilicet, in quibus sponsa quodammodo incipit personam uxoris induere, & privilegiis uxoris fruitur; de qua re multa tradunt juris civilis Interpretes.

Dissolvuntur sponsalia non solum morte alterutrius ex sponsis, sed etiam tali alterutrius immutatione status, a qua vel Matrimonium incipere nequit, vel numquam alter sponsus de Matrimonio cogitasset. Hujusmodi est sponsi transitio ad clericales Ordines vel Monasticum statum, corruptio morum in sponso vel sponsa, item infortunium grave vel in corpore, vel in patrimonio, aut quid simile. Præterea mutuo dissensu dissolvi sponsalia receptum est.

Antequam nuptiæ contrahantur, statutum fuit in Lateranensi Concilio, ut fiant publicæ denuntiationes, cap. 3, de clandest. desp. quod & confirmatum fuit in Tridentino Concilio. Porro Patres Tridentini decreverunt, ut tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia a Parochis publicarentur nomina illorum, qui conjugium contracturi sunt; ut, si qui norunt certa posse esse ejusdem conjugii impedimenta, eadem Ecclesiæ pandant. Data tamen fuit Episcopis facultas a denuntiationibus dispensandi, ubi gravis causa suppetat.

(c) Hæc

Matrimonii, *quod Ecclesia conciliat*, *confirmat oblatio*, *OBSIGNAT BENEDICTIO* (c)? Concilium Carthaginense IV, an. 389, cap. 13. *Ut Sponsus & Sponsa*, *cum benedicendi sunt a Sacerdote*, *a parentibus suis*, *vel paranymphis offerantur*; *qui*, *cum benedictionem acceperint*, *eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant*.

§. IV. Sacerdotum Ministerium, cum conficiuntur sponsalia, perdiu incolume mansit in Diœcesibus Coloniensi (d), Remensi (e), Ambianensi (f),

(c) Hæc Tertulliani verba declarat Baronius in suis Annalibus Ecclesiasticis *ad annum* 57, *n.* 48, ita dicens: *Sed hæc singula explicemus*; *antiquos enim Ecclesiæ mores Annalibus nostris intexere ex instituto suscepimus*. *Quod igitur ad primum pertinet*, *Ecclesia fidelium conciliat Matrimonium*, *dum per Sacerdotem*, *contrahentium mutuo elicito prius consensu*, *junguntur in unum eorum dexteræ*, *quibus accedit osculi sancta libatio*, *atque velatio*; *de quibus item Ritibus* idem Tertullian. *de Veland. Virgin. cap. II*, *in fin.* Et S. Gregorius Nazianzenus *Epist.* 57. *Quod addit*: Confirmat oblatio: *Missa insinuat Sacrificium*, *quod* (*ut antiqui Rituales Libri Ecclesiastici tradunt*) *in Matrimonii confœderatione offerri a Sacerdotibus consuevit*. *Et quid mirum*, *si hoc facerent Christiani*, *cum nec Ethnici sine Sacrificio nuptias contrahere soliti fuerint*? *Post vero eisdem contrahentibus a Sacerdote solitam Sacram Eucharistiam* (*uti etiam nunc fit*) *impartiri*, *idem Tertullianus alibi docet* (De Monogam. cap. II). *Illi*, *Sacerdotes videlicet*, *sic dabunt viros & uxores*, *quomodo buccellas*. *Quod præterea idem ait*: Et obsignatum Angeli renuntiant; *Per Angelos Tertullianus intelligere Sacerdotes consuevit*; *Sacerdotes enim Matrimonium inter partes antea pactum in Ecclesia denuntiare solent*. Hucusque Emin. Card. Baronius, ex cujus verbis conspicere licet, etiam in primis Ecclesiæ sæculis Parochos consuevisse denuntiationes Matrimoniorum facere, conjuges contrahentes in Ecclesia Sacerdotali benedictione munire, pro iisdem adstantibus Missam celebrare, ac illos sacra Eucharistia reficere.

(d) Martene *de R. E. R. Lib. I*, *Cap. IX*, *Art. III*, *Tom. II*, *pag.* 124, §. II. In primis ergo præcedebant sponsalia, seu futurarum nuptiarum promissa fœdera, quæ ex Concilio Remensi anni 1585 (nonnisi coram Parocho vel ejus Vicario, idque in Ecclesia & non alibi, nisi de Ordinarii licentia gratis concedenda, quatuor vel tribus saltem testibus præsentibus, atque sine aliqua juvenum petulantia) fieri debent. Eadem etiam publice celebrari jubent Synodus Coloniensis anni 1280, cap. 10, & statuta Synodalia Guillelmi Gubernatoris Macloviensis Episcopi. Synodus Wirgomiensis anni 1240, cap. 14, addit, ut *jejunia saliva* fiant.

(e) *Ex veteri Manuali ad usum Diœcesis Remensis edicto*.

DE MATRIMONIO CONTRAHENDO.

Presbyter vocatus pro affidatione maritandorum, *viro & muliere præparatis sive in Ecclesia sive alibi*, *dicat*: Voulez vous etre fianchez? *Illis respondentibus*: Ouy. *Presbyter viro dicat*: Comment est votre nom? *Respondeat vir*: N. *Deinde Presbyter mulieri*: Comment est votre nom? *Respondeat*: N. *Presbyter vero simul jungens amborum manus dexteras dicat viro*: N. Tu jure & promets par la foy & serment de ton corps que tu prendras N. icy presente à femme & à espouse dedans quarante jours, si Dieus & sainte Eglise s'y accordent? *Et respondeat*: Ouy. *Similiter*

(*f*), Catalaunensi (*g*), Lemovicensi (*h*), Leodiensi (*i*), spiratque adhuc in Me-

ter mulier promittat viro. Quibus peractis proclamanda sunt tria banna solemniter in Ecclesia per tres dies Dominicos, vel saltem per duos cum uno die festivo ab omnibus operibus observato, & quod inter duas proclamationes fuerit una dies media.

(f) *Ex Miss. Pontificali Ecclesiæ Ambianensis.*

ORDO SPONSALIUM.

INCIPIT ORDO SPONSALIUM A SANCTIS PATRIBUS INSTITUTUS.

„ Unde primo Sacerdos debet inquirere „ a viro, utrum habeat votum castitatis „ vel religionis, sive cubuerit cum con- „ sanguinea mulieris, vel si habeat fidem „ cum aliqua alia. Et istud totum quæri- „ tur a muliere. Postea juret, ut lequi- „ tur ".

N. Vous jurez sur Dieu, sur le saints de ceans, & sur tous ceux de Paradis, que cette femme que a nom N. prendrez à femme & a espouse dedans quarante jours, se sainte Eglise si assent.

Et istud etiam debet mulier jurare. Et debent manus viri & mulieris simul jungi. Et ainsi se fianchez. ℞. Ouy Sire.

(g) *Ex vetusto Rituali Ecclesiæ Catalaunensis.*

INCIPIT ORDO AD MATRIMONIUM CONTRAHENDUM PER VERBA DE FUTURO.

Primo Sacerdos in Ecclesia stans indutus superpelliceo & stola interrogat nomina ambarum partium, inquirendo primo a masculo dicens:

N. N'as-tu foy ne promesse touchant le sacrament de mariage à femme, ne à fille, quelle qu' elle soit, que a N. qui cy est? *Respondeat*: Non, Sire. *Eodem modo interrogat filiam.*

Postea accipiat manus dexteras eorum, & conjungens dicat:

N. tu promets à N. qui cy est, que tu la prendra a espouse par foy & loyauté de mariage, selon l'este & l'ordonnance de l'Eglise. *Respondeat*: Ouy Sire. *Eodem modo dicat mulieri*:

Et postquam dederint consensum per verba de futuro, Sacerdos dicat:

Et ego affido vos in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. *Deinde aspergat eos aqua benedicta.*

(h) *Ex veteri Rituali Lemovicensi.*

INCIPIT MODUS ADMINISTRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM.

Presbyter vocatus pro affidatione maritandorum, viro & muliere præparatis, dicit: Vultis affidari? *Illis respondentibus*: Sic; *tunc viro Presbyter inquit*: Quod est nomen? *Respondet*: Joannes. *Deinde mulier respondet*: Margarita. *Presbyter dicit*: Par la foy de vostre corps avezvous fait promesse à autre en cas de mariage? *Dicunt*: Non. *Et Presbyter jungens dexteras amborum manus dicit viro*: Jean, tu promets & jure par la foy que tu prendras à femme & à espouse Marguerite, qui est icy presente, dedans quarante jours, si dieu & nostre mere sainte Eglise le consent & accorde, ou quand sera requis par elle ou par ses parens.

Respondent: Ouy. *Similiter promittit mulier viro. Et his dictis Presbyter dicit*: Affido vos in nomine ✠ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Et sic affidati sunt, & aqua benedicta asperguntur.

(i) *Ex Rituali Leodiensi*

RI-

Mechliniensi Provincia (*l*), ac Cameracensi, in aliis autem omnibus fere Ecclesiis conticuit atque obmutuit, nec ullum verbum de Sponsaliorum ritibus in Ritualibus Romanæ Ecclesiæ libris. Quamvis autem sacræ cærimoniæ a Sponsaliis passim exulaverint, superstites tamen ubique fere sunt in Matrimonio, vigebuntque, quamdiu Concilio Tri-

RITUS, ET FORMA CELEBRANDI SOLEMNITER SPONSALIA.

„ Debent ii, qui Matrimonio jungi „ volunt juxta nostræ Diœcesis consuetudi- „ nem prius solemniter contrahere Spon- „ salia. Quare posteaquam inter eos con- „ venerit super contrahendis Sponsalibus, „ debent cum utriusque partis parentibus, „ aut saltem fide dignis testibus in Eccle- „ sia, cœmeterio, aut alio juxta loci con- „ suetudinem publico & honesto loco „ adire Pastorem, cui aut ambo, aut sal- „ tem sponsa subjecta est; qui descriptis „ primum in autentico registro ad hoc „ destinato nominibus contrahere volen- „ tium ac duorum seu trium testium, de- „ inde stola indutus seu ornamento officii „ cum pudica modestia, apprehensis dex- „ teris utriusque, eas conjunget; quo fa- „ cto, compellet primo futurum sponsum „ ex nomine & cognomine hoc modo in- „ terrogans. "

NN. Venisti huc ex libera tua voluntate, & a nullo coactus seu impulsus, ut promittas te ducturum in legitimam uxorem N. quam hic manu tenes.

„ Quo affirmative respondente, sub ea- „ dem forma rogabit reciproce futuram „ Sponsam: qua itidem respondente, ro- „ gabit Pastor rursum, compellato futuro „ Sponso ".

N. Ergo tu hic in mea ac astantium testium præsentia promittis te ducturum in legitimam uxorem tempore & loco congruis N. quam hic manu tenes?

„ Quo sic respondente, statim idem reci- „ proce & eodem modo promittet futura „ Sponsa suo futuro sponso. Qua promis- „ sione mutua ac reciproca legitime fa- „ cta, perget in hæc verba Pastor ".

Ego igitur tamquam publicus Ecclesiæ Dei minister in persona & nomine Ecclesiæ hanc vestram mutuam promissionem accepto & approbo, vos serinsius admonens, & requirens, ut juxta nostræ Diœcesis Leodiensis consuetudinem infra quadraginta dies proxime sequentes procedatis ad Matrimonium legitime in facie Ecclesiæ inter vos contrahendum, denuntians simul vobis, ne ante Matrimonium, ut præmittitur, contractum commisceamini carnaliter, ut non incidatis in excommunicationis pœnam ipso facto per statutum Synodale in tales decretum.

„ Deinde Pastor jam primum per spon- „ sionem futuri Matrimonii constitutis „ sponso & sponsa, imprecato prospero „ successu, dimittet eos in pace, tradi- „ tis primum, si alter fuerit externus, ei- „ dem litteris testimonialibus super spon- „ salibus jam contractis ad eos, quibus ex „ consuetudine diœcesis aut loci compe- „ tet solemniter tribus diebus celebribus „ a se distantibus proclamare Matrimo- „ nium inter prædictos contrahendum; „ quas proclamationes eodem modo cele- „ brabit in sua ecclesia Pastor sponsæ, „ qui fuit minister Sponsalium. "

(*l*) Vanespen *I. E. V. P. II, Tit. XII, Cap. I, §. IV.* Sponsalia tamquam præambula ac quasi initialia Matrimonii, juxta mentem Ecclesiæ etiam publice, non clandestine coram Sacerdote ineunda sunt.

Et quidem juxta Manuale Cameracense „ Sponsalia a nemine, præterquam a „ *Parocho* alterius desponsandorum vel „ ejus vicario seu alio de ipsius vel Ordi- „ narii *licentia*, sunt celebranda. "

Idipsum passim omnia Ritualia insinuant: Paro-

Tridentino (*m*) fuus ftabit honos. Quemadmodum vero facri ritus facræque cærimoniæ a Sponfaliis abefse potuerunt, quin Sponfaliorum vis ab-

Parochum ubique legitimum ac ordinarium Sponfalium Miniftrum, coram quo Sponfalia ineunda funt, fupponentia.

Notat infuper Rituale Mechlinienfe, dum defponfandi funt diverfarum Parochiarum, coram Paftore Sponfæ fponfalia iniri confueviffe. Merito, tum ob honeftatem quamdam; honeftius fiquidem eft, ut Sponfus videatur Sponfam in fua parochia quærere, quam e contra: tum ad evitandas æmulationes inter Parochos. Quapropter five in Sponfalibus five in Matrimonio hæc confuetudo mutari non debet. Neque tamen Parochus Sponfæ nimis effet difficilis ad alium ob rationes permittendum.

Synodus P. I. Cameracenfis *tit. de Matrimonio, cap. 6*, vult, „ ut Sponfalia lo„ co ac tempore fiant commodo, id eft „ non in œnopoliis aut tabernis potato„ riis, fed in loco facro; non poft diffo„ lutas compotationes, fed curetur ut & „ Sponfus & Sponfa fobrii, non ebrii, „ neque alias mente capti Sponfalia ine„ ant. “

Illius Ecclefiæ Manuale magis fpecifice locum Sponfalium defignans, ait: „ Non „ aliter quam publice, aut alibi quam in „ Ecclefia vel facra Capella vel Cœmete„ rio fiant. “ Addit Mechlinienfe: *Aut alio publico feu honefto loco, minime vero in cauponis*.

Deinde monet Parochum, *Videat num Defponfandi fobrii fint, ac animo bene deliberato*. Nequaquam igitur recentes a potatione, & nugis procatoriis ad Sponfalia admittendi.

Requirunt infuper Ritualia, ut adfint ad minus duo teftes; immo vult Mechlinienfe, „ Videat Sacerdos, an adfint u„ trinfque partis parentes, aut alii eorum „ nomine, fine quibus temere procedere „ non debet. “

Inquirat præterea, an contracturi Catholici fint, fcientes noftræ fidei rudimenta; & an Confirmati fint; an fciant intereffe aliquod impedimentum Canonicum.

Quia Sponfalia ob connexionem cum Matrimonio res quafi facra cenfetur, & ad Sacramentum proxime difponens, ac quodammodo ipfius Sacramenti inchoativa ab Ecclefia reputantur; volunt Ritualia, ut Sacerdos illa celebraturus ftola feu ornamento officii fit indutus, uti loquitur Rituale Mechlinienfe.

Addit deinde idem Rituale, ut, ubi de omnibus jam dictis certior factus eft, futurum Sponfum interroget: *Venifti huc tua libera voluntate, a nullo coactus, nec ulli alligatus, ut promittas te ducturum in legitimam uxorem N. quam hic manu tenes?* Sub eadem verborum formula dein fponfam interrogare debet.

Hoc merito notandum, ut hæ aliæve interrogationes non inftituantur aut proponantur modo plane perfunctorio, & tamquam cærimoniales quædam formulæ, ad quas vix attendi folet; fed ita ut Defponfandi ad omnia attenti reddantur, jubeanturque ferio fingula expendere; præfertim fi Parocho fufpicio aliqua non infundata fit, quod aliqua fubfint, quæ ipfa Sponfalia aut futurum Matrimonium impedire aut etiam invalidum reddere poffent.

Ad interrogata affirmative refpondentibus Defponfandis, fidem fibi mutuo faciunt hac formula idiomate vulgari expreffa. *Ego in præfentia adftantium promitto, me daturum fidem meam tibi N. quam hic manu teneo, & te ducturum in legitimam uxorem meam, fi non obftiterit aliquod Canonicum impedimentum*.

Simili promiffione a Sponfa facta, fubjungit Sacerdos: *Ego tamquam Minifter Ecclefiæ Dei ejus nomine hanc veftram mutuam promiffionem accepto & approbo*.

(m) Concil. Trident. Sefs. XXIV, Cap. I, de Reform. Matrim. Sacri Lateranenfis Con-

absit, ita deesse possunt Matrimonio, quin Sacramenti dignitas desit. Non ex meo sensu loquar, sed præeuntem sequor S. Nicolaum I, qui in responsis ad Consulta Bulgarorum cap. 3, ait: *Peccatum autem esse, si sacri ritus in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Græcos vos adstruere dicitis, cum sufficiat solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur.*

QU. XXVII.

Concilii sub Innocentio III celebrati vestigiis inhærendo, præcepit, ut in posterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum.

QU. XXVII.

Matrimonii Sacramentum posset ne consistere absque Contractu?

§. I. *Sacramenta omnia tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & persona ministri conferentis Sacramentum:* Conc. Florent. Sess. ult. in Decret. unionis §. quinto *Ecclesiasticorum*. Forte quadam evenit, ut ex *materia* ac *forma* Matrimonii oriatur *Contractus*. Quid si non oriretur? Dummodo *materiam* ac *formam* habeas a Christo Domino institutas iisque indutas qualitatibus, quas Ecclesia postulat divinarum legum interpres (vid. sup. Qu. XXII), etiamsi non habeas contractum, Matrimonium ejusque Sacramentum semper habebis. Neque enim si ex jacto semine aliquid aliud, præter id, quod animo intenderis, tuis innascitur agris, id adeo tibi necessarium putas, ut, si desit, cætera omnia pro nihilo sint habenda. Matrimonii *forma atque materia* mutuam corporum animorumque conjunctionem propositam sibi habent. Quod si vero ex hac *materia* ac *forma* non solum mutua corporum animorumque conjunctio oritur, sed *Contractus* etiam nobis exsurgit; exsurgat sane, dummodo in re tanta primas sibi non vindicet, ac tanti esse non putet, ut, si etiam aliqua ex causa abesset, ejus absentia Matrimonio sit nocitura.

§. II. Quamquam si rem attentius inspicere velimus, haud tam facile Matrimonio *Contractus* nomen largiemur. Neque enim duorum in idem consentiens voluntas continuo *Contractus* nomine donanda. Nam ut *Contractus* habeatur & sit, consensui accedat oportet & res, quæ humani commercii capax esse possit; §. II, Institut. de Inutil. Stipulat. & l. 34, ff. de contract. Empt. Porro viri & mulieris corpora extra humanum commercium posita sunt l. 6, ff. eodem. Quod adeo verum est, ut magni nominis Doctores contra Donell. Comm. Jur. XIII, 18, ideo contendant, nuptiis nullum inter *Contractus* locum esse concedendum (Vid. Heineccium J. N. & G. Lib. I, Cap. XIV, §. 385, N. X).

§. III. Illud quoque *Contractuum* ratio postulare videtur, ut res contrahenda *Contractus* fini non adversetur. Quid, cum nuptiæ celebrantur inter senem effœtum & anum decrepitam? In hoc Matrimonio habes quidem materiam Sacramenti, at materiam *Contractus* frustra requires. Quid enim tam adversum Filiorum procreationi, propter quam nuptiæ con-

contrahuntur (*a*), *quam fœmina, quæ, cum sint tres capilli quatuorve dentes, gaudet ducentas nuptire post mortes, virumque demens cineribus suis quærit punire*, uti lepide Martialis Lib. III, Epigram. 93? Hujusmodi Matrimonia a Puffendorfio de J. N. & G. Lib. VI, cap. 1, §. 25, appellantur *honoraria*; quemadmodum *honorarii* quandoque dicuntur, queis titulus est fine re, atque apud Suetonium Ner. cap. 25. vocantur *ornamenta uxoria*, uti triumphalia ornamenta dici consueverunt.

§. IV. Quid igitur Matrimonio restat, quod *Contractus* nomen tueri possit? Nil aliud certe, quam duorum in idipsum consentientium voluntas. At hæc voluntas communis est omnium Sacramentorum. Nam quid aliud est ea, quæ a Scholis dicitur *Intentio*? Hæc porro Intentio seu consentiens in idipsum voluntas cum illi, qui ministrat, tum illi, cui.

(a) Neque enim assentior Joanni Miltono, qui Matrimonii finem non in procreatione prolis, sed in vivendi societate positum esse contendit. Illius argumenta refelluntur a Samuele Puffendorfio J. N. & G. Lib. VI, Cap. 1, atque a Joanne Baptista Almicio in Puffendorfium hac oratione: Egli adunque (Milton) così ragiona. „ Per le parole medesime dell' „ instituzione del Matrimonio, che si „ trovano nella Scrittura Santa, pare che „ Dio in istabilendo questa società ha „ avuto principalmente in mira, che il „ marito e la moglie vivessero insieme „ dolcemente, e si ajutassero e si assistes„ sero a vicenda con una mutua compia„ cenza a sopportare i disastri della vita. „ Per quanto alla propagazionte della „ specie, della quale si parla dipoi, que„ sto è un fine meno considerabile ed „ importante. ". Un tale supposto di Milton è intieramente falso per mio avviso; poichè qualor Mosè racconta, che Iddio creò per Adamo una simile compagna, e che dipoi disse ad Adamo e ad Eva, *Crescete e moltiplicate* (L' autor nostro non si esprime già in questi termini, che pare anzi approvi e secondi il raziocinio del medesimo Inglese Autore. Quì il Barbeirac impegnato a voler sostenere, che Cristo non ha interdetto il divorzio, si fonda su questa ragione, che dice *in S. Matteo V. 17*, che egli non è venuto ad abolire la legge; quasi che si possa dire per quello, che si esprime di non volere abolire la legge antica, che nè pur possa perfezionare e migliorare dessa legge: *Non veni tollere, sed adimplere legem.* E però, se non ha accordato il divorzio nella nuova sua legge, non ha tolto la legge, ma l' ha adempiuta assai, stante che prima non era permesso il far ciò, accordato agli Ebrei per la durezza e cervicosità loro. Ma dopo che egli ha apportata la legge di grazia, legge di perfezione, di elevazione, di santità, mediante appunto il merito dell' umanità e della Croce del Redentore, non è più lecito far ciò: ma la prima legge aver vigor dee, che interdice una tale separazione, siccome quella che ad una maggiore perfezione colima. Un tal raziocinio bastar potrebbe ad eludere qualunque cavillo avversario, se non vi fosse poi l' espresso testo della legge, che la riprova e detesta: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*: hic nodus, hic saltus est.): questi non sono già due fini varj e diversi; l'istesse parole anzi segnando il frutto principale soltanto, che con la Divina benedizione deve provenire da questa unione e da questa mutua assistenza. Che se il dolce e delizioso commercio del marito e della moglie fosse il principale fine del Marri-

 mo-

cui Sacramenta ministrantur, necessaria omnino est. Habes igitur in omnibus aliis Sacramentis idipsum, quod in Matrimonio, nimirum *duorum in idem placitum consensum*, *seu duarum voluntatum in eamdem rem conspiratio-*

---

monio da Dio propostosi, che v'era bisogno della differenaa del sesso? Di fatti senza la propagazione della specie, ed il piacere che la natura provida ha attaccato all'unione dei due sessi, meglio assai gli uomini tolti insieme sarebbonsi, e maggiori servizj resi si avrebbero di quelli, che dalle donne ricavar sogliono. Onde viene, che i fanciulli, avanti che pervenuti siano all'età di sentire gli stimoli che amor risveglia ed infonde, siccome anche i vecchi che più sensibili non sono, si compiaceiono maggiormente della compagnia degli uomini di quella delle donne.

Milton fa quì un bel ritratto d'un commercio aggradevole d'un uomo di lettere e d'una donna d'un natural conforme all'amor suo, la quale ajutar lo possa ne' suoi studj, sollevarlo, e soccorrerlo. Confesso, che sarebbe un gran piacere d'un uomo di lettere poter trovar una moglie di questo carattere; ma siccome tanto rare donne si vedono di una simile capacità, d'un simile genio, che se vi fosse duopo dello stesso alla Sposa del Letterato, per mio avviso non vi sarebbe quasi Matrimonio di uomini d'una tal professione, che rompere non si potesse per questo motivo; così senza tanto filosofare si può conchiudere, che quella è un'ottima moglie, la quale mette al mondo dei figli, ed ajuta il suo marito ad allevarli, e che alla direzione della sua famiglia attende e veglia, quantunque di niun soccorso gli sia nelle sue applicazioni, nei suoi studj. Per tale riflesso un antico Poeta satirico dispensa le donne dal voler esser dotte e sapienti, ed i maritati dissuade dal cercarle di simil carattere: *Che vostra moglie non ragiona in forma e per via di entimemi, che essa non sappia, cosa sia il garrire sublime, mediocre, ed infimo, come nè anche quanto vi sia su le Storie o nella Grammatica; onde sia al caso d'istruir voi suo marito, e di riprendervi d'un solecismo che fatto avete.*

Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,
Dicendi genus, aut certum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec hystorias sciat omnes ..... odi
Hanc ego, quæ repetit volvitque Palæmonis artem,
Ne solœcismum liceat fecisse marito.
Juven. Sat. IV, v. 448.

Vedi la Commedia del Molier intitolata *La Donna sapiente*, ove fa un gentile ritratto d'una donna, (siccome per lo più sono desse che passano per letterate) che superficialmente ha qualche tintura di lettere, cervicosa poi ed insolente all'ultimo segno. *Vedi anche la Risposta alle questioni d'uno di Provincia, del Bayle T. I, Cap. XLIII.* Euripide fa dire ad Ippolito, che non vuole donna saputa e di lettere in isposa; poiche queste, egli dice, sono più acute ed abili ad ingannare i loro mariti, ed a coprire loro le infedeltà che usano.

Σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ᾽ ἐμοῖς δόμοις
Εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.
Τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις
Ἐν ταῖς σοφαῖσιν. ἡ δ᾽ ἀμήχανος γυνὴ
Γνώμῃ βραχείᾳ μωρίαν ἀφῃρέθη...
Hippol.

tionem (b). In id igitur redeat oratio tua necesse est, ut aut aliis Sacramentis (c) omnibus Contractus nomen addas, aut ne Matrimonio quidem illud imponas.

§. V. At Matrimonium, inquis, communi omnium voce *Contractus* nomine appellatum semper fuit. Ego vero vetera Litterarum monumenta repetens, omnesque Pandectarum libros percurrens numquam incidi in eum locum, in quo *Nuptiae* Contractus nomen sibi sumpserint. Atque hoc ipsum diligentissimus totius antiquitatis investigator Hertius tibi confirmabit (ad Dig. Lib. XXIII, Tit. II, l. 22), illudque te monebit, Romanos Jurisconsultos, cum de nuptiis locuti sunt, a *Contractus* nomine religiosissime abstinuisse. Quod si postea invaluit, ut Matrimonium *Contractus* cognomine adaugeretur; hoc cognomen Matrimonium non habet per se partum, sed ab aliis Contractibus sibi adhaerentibus mutuatum, cujusmodi sunt Contractus dotis, donationum, aliique hujusmodi, qui suarum communicatione utilitatum ipsum etiam *Contractus* nomen cum Matrimonio communicarunt.

Hippol. Cor. verso 640. Vedi anche quanto dice Strabone dei Bracmani Lib. XV, pag. 712, edit. Par.

(b) Heineccius J. N. & G. Lib. I, cap. XIV, §. 391. Pactum est duorum pluriumque in idem placitum consensus; consensus vero duarum pluriumve voluntatum in eamdem rem easdemque circumstantias conspiratio.

(c) *Petrus Deodati Nova Defensio Conc. Trident. an.* 1788, *Prop. VIII*, §. XVI: Io prego questi Signori a metafisicare un po' più anche in materia di Religione. Se così faranno, spero che loro apparirà qualche altro Sacramento, che nella natura stessa di Sacramento contiene un contratto, non lo suppone fatto, ma attualmente lo fa in maniera, che non solo non sia Sacramento senza esser contratto, ma nemmeno sia contratto senza esser Sacramento. Cos' è il contratto in genere? E' una mutua obbligazione di due persone almeno, le quali vicendevolmente si obbligano a prestare ciascuno una cosa di maniera che, se uno dà l' una, l'altro sia tenuto a dare e dia l' altra, e così vicendevolmente. Credo, che un Teologo avvezzo al linguaggio della S. Scrittura non avrà scrupolo, se io dirò, che anche Dio fa con noi dei contratti. E' vero ciò, che dice il Salmista: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges:* ma è vero altresì, che Iddio ci darà la gloria eterna come mercede di giustizia, come scrive S. Paolo; e la mercede di giustizia suppone contratto. Se il fine nostro beatissimo è appoggiato ad un patto, che è lo stesso che un contratto; non vi è meraviglia, che siano anche da Dio medesimo stabiliti dei patti quai mezzi per ottenere il fine: anzi in questi più che in quello riluce la natura di contratto.

to. Ora il primo Sacramento, il S. Battesimo non è egli un contratto, in cui l'uomo promette di passare la sua vita sotto alla S. Legge di Christo, e questi gli promette la sua grazia, per cui può egli arrivare all' eterna felicità? Se l' uomo s' obbliga a questo giogo soave, a questo peso leggiero, Iddio si obbliga a concedergli la grazia, per cui liberato dall' infernale schiavitù del Demonio diventa figliuolo carissimo dello stesso Iddio. Questo patto (collo stesso nome prefigurato nella Circoncisione) questo contratto validamente si compie, non si suppone, ma si forma nel Battesimo. Dunque nel Sacramento del Battesimo, è indivisibile il contratto dal Sacramento.



QU. XXVIII.

QU. XXV.

Cuinam inest potestas constituendi impedimenta, quæ obstent Matrimonio?

§. I. IMpedimenta obstantia Matrimonio nihil aliud demum sunt, quam qualitates quædam, quibus si laborant materia & forma, non aptæ sunt ad Sacramentum Matrimonii, nuptiæque innuptæ fiunt (Vid. sup. Qu. XXII, & XXIV). Christus Dei Filius is est, qui materiam & formam Sacramentorum instituit, at potestatem suæ Ecclesiæ reliquit statuendi (a), quas qualitates sibi postulent materia & forma, ut ad Sacramenta aptæ esse possint; quod dum statuit Ecclesia, statuit quænam impediant, quominus valeant Sacramenta (Vid. sup. Qu. XXII, §. 1). Potestas igitur constituendi impedimenta, quæ obstent Matrimonio, penes Ecclesiam residet. *Matrimonio*, inquam. Nam, cum Matrimonium dico, Sacramentum dico, uti Sacramentum dicit, qui Baptismum dicit. Quemadmodum enim Christianorum Baptismus nec esse, nec intelligi potest absque Sacramento, ita & Christianorum Matrimonium sine Sacramento consistere nulla ratione potest (Vid. sup. Qu. XIX).

§. II. Jure igitur optimo ac merito

(a) Cardinalis Pallavicinus in sua de Concilio Historia sic loquitur. „ Cum ibi „ varie a variis Doctoribus quærerentur „ rationes, quibus, haud mutata Sacra„ menti natura, clandestinum Matrimo„ nium posse irritum fieri declararetur; „ ecce Camillus Campegius Dominicanus „ eam invenit & proposuit, quæ pluribus „ arrisit, non mutari videlicet Sacramen„ tum, etiamsi quis efficiat, ut, quod Sa„ cramenti materia est, desinat Sacramen„ ti materia esse. Qui autem civilem Ma„ trimonii contractum sustulerit, personas „ ad contrahendum reddens inhabiles, con„ tinuo effecturum dixit, ut Matrimonii „ contractus non possit amplius Sacramen„ ti superesse materia. Non secus ac si„ quis efficeret, ut, qui liquor vera est „ aqua, aqua esse desinat, non mutatu„ rum esse dicit Sacramenti Baptismi ma„ teriam, sed effecturum dumtaxat, ut, „ quæ nunc aqua ad Baptismum sufficit, „ ad eumdem postea non sufficiat. Camil„ lo Campegio, cui difficultates omnes „ facile solventi applaudebatur a quam„ plurimis, Antonius Solisius reclamavit, „ non quod (inquiens) Campegii vera „ non esset speculatio, sed quod eam ad „ in-

rito Concilium Tridentinum Sess. XXIV, can. 3, de Sacram. Matrim. *Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui in Levitico exprimuntur, posse impedire Matrimonium contrahendum & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis dispensare, aut constituere, ut plures impediant & dirimant; anathema sit*. Et can. IV: *Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis errasse, anathema sit* (b). Neque vero hoc Dogma tunc primum sanxere Tridentini Patres, sed quod Ecclesia semper atque ubique do-

---

„ institutum applicari non conveniret ... „ Sed quid inde factum est? Inventus a „ Campegio resciodendi clandestioi coo„ jugii modus Tridentinis Patribus omni„ oo placuit, insuper habitis, quæ Soli„ sius contra Campegianæ speculationis „ usum disseruerat ".

(b) Waldenses primum, postea Lutherani & Calviniani, tum Marcus Antooios de Dominis Archiepiscopus Spalatensis & apostata, Paulus Sarpius, & Joannes Launojus nullam esse putarunt in Ecclesiastica Hierarchia impedimenta illa coostituendi potestatem. Errorem hunc jam prope senesceotem ab oblivioone hominum atque silentio non multis abhine annis viodicare conati sunt Aloysius Litta, Thomas Nestius, Petrus Tamburinus, & quidam alii; qui etiam absurde detorqueot Tridentioos canones, quorum supra facta mentio est, ne in illum ipsum iocidere videaotur errorem, quem Synodus contra Lutherum cæterosque hæreticos damnavit. Inquiunt videlicet, canones non esse dogmaticos; Tridentiois Patribus Ecclesiæ potestatem esse potestatem noo propriaoi Ecclesiæ, sed ei a Principibus concessam; denique Ecclesiæ nomen Patres ipsos usurpasse, noo ut Ecclesiasticum ordinem, sed ut sæculares Principes significarent. Verum si Tridentioa Synodus hanc de Matrimonio doctrinam non aliquo *de reformatione* titulo, sed comprehendit canonibus, quibus semper catholicum Dogma stabilire solet; si initio *sessionis* 24, in qua extant duo illi canones de Matrimonii impedimentis, declarat, se *anathematizare* omnes hæreses & errores, qui de Sacramento Matrimonii orti sunt; si inter has hæreses & errores anathematizat etiam eos, qui negaot jus esse Ecclesiæ constituendorum & laxaodorum impedimentorum Matrimonii; nonnisi obfirmata cavillandi licentia hos canones dogmaticos esse inficiabitur. Quod vero ajuot de prava illa interpretatione vocabuli Ecclesiæ, id argumeotum est, quo nullum illustrius & præclarius esse potest, perditæ ac desperatæ causæ, quam tuentur. Quis enim putet, Ecclesiam, quæ omnibus atque ipsis Tridentinis Patribus semper est Ordo Ecclesiasticus, duobus illis canonibus esse potestatem sæcularem; Patres ipsos, qui cuncta suis propriis germanisque vocabulis explicaruot studio ac diligentia singulari, eo tantum loco a proposito discessisse, pervertisseque vocabuli significationem, ut facerent disputationi locum, & simul integrum relinquerent errorem Lutheri, cujus erant conatus omoes in ecclesiasticam potestatem; Principum Oratores, qui io Concilio intererant, curabantque diligenter, ne quid verbis aut factis eorum potestati detraheretur, permittere voluisse, quod hæc potestas, quæ suo & proprio vocabulo, quod tantum violenter detortum ac minus proprie eam significare poterat? *Cap. I, Sess.* 14, *de reform. Matr.* Synodus irrita facit clandestina Matrimonia, quæ rata firma fuisse dicit, *quamdiu Ecclesia irrita non fecit*. Ergo Tridentinis Patribus Ecclesia, quæ dirimentia Matrimonium impedimeota constituit, est ipsa Synodus, hoc est cœtus Ecclesiasticus, cujus

docuerat, servarat, custodieratque., trabali clavo fixerunt, atque adversus

jus decreto factum est, ut clandestina Matrimonia, quæ pridem *Ecclesiæ lege* irrita non erant, alia deinceps *Ecclesiæ lege* irrita habeantur & sint. Quid? Nova illa a Synodo constituta impedimenta, illæ Principum Oratorum preces, illaque de his impedimentis studia, quæ partim Synodi Patres probarunt, partim rejecerunt arbitrio suo, nonne evidenter ostendunt in eo negotio Ecclesiæ potestatem? Neque his precibus & officiis rem egissent *Delegantes* cum *Delegato*; nihil illis abs se postulantibus Synodus recusare potuisset; non tuto ac certo statuere can. 3 & 4 (addita quoque pœna anathematis in eos, qui id negarent) non solum antea *potuisse*, sed etiam in posterum Ecclesiam posse Matrimonii impedimenta constituere; non pari anathematis pœna plectere can. 12, qui dicerent, *causas Matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos*, si in eo negotio Ecclesia delegato tantum jure uteretur, non proprio & suo. Denique cum Tridentini Patres impedimenta stabilire dicant *Ecclesiam & Sanctam Synodum*, quibus iisdem verbis catholicum Dogma constituunt; aut in utroque, aut in neutro potestas delegata ponenda est. Quis autem dicat, Synodum Œcumenicam in constituendo Dogmate potestate delegata indigere? Paucis hæc attigi, quæ multo fusius & uberius explicari possunt; sed ita instituti mei ratio postulabat. Præclare in hoc argumenti genere versatus est Cl. Auctor operis editi *Hierapoli anno* 1786, cui titulus: *Defensio Tridentinorum Canonum de Ecclesiæ potestate in dirimentia Matrimonium impedimenta adversus Launojum, Tamburinum, Nestium, aliosque recentiores, Auctore Petro Deodato Nicopolitano*.

Ex hoc Scriptore hæc pauca habeto: Quare primo illud constat a Tridentino Concilio definitum, Ecclesiam habuisse, habere, atque in posterum habituram infallibilem auctoritatem constituendi impedimenta Matrimonium dirimentia, atque ab iisdem Fideles subditos dispensandi. Nam in altero quidem canone sunt verba ad præteritum tempus, in altero autem ad præsens spectantia; in utroque vero est etiam formula, SI QUIS DIXERIT, quæ futuram ætatem respicit. Sed Ecclesiæ nomen in iis Tridentinis canonibus adhibitum significat Ecclesiasticum Ordinem Ecclesiasticamque Hierarchiam: præterea canones iidem dogmatici sunt; ac demum sermo in ipsis est de potestate illa, quæ eidem Ecclesiastico Ordini intima & propria est. Tria hæc singillatim demonstranda a nobis sunt; tum vero afferenda erit contradictorum argumentis responsio.

Principio itaque ostendimus, Ecclesiæ nomen in recitatis Tridentinis canonibus adhibitum esse ad Ecclesiasticam Hierarchiam significandam. Namque ut adnimadvertit *Leullierius*, obs. VIII in *Launojum*, §. 11, nomen Ecclesiæ sumptum quasi per antonomasiam significat Ecclesiasticum Ordinem a Civili distinctum: vadem profert, cujus nomen *Tamburinio* ac *Nestio* molestum esse nequit, nempe *Gersonem* Parisiensem, qui *consideratione* III, *de Religionis perfectione* hæc habet: *Ecclesia significat principaliter universalem congregationem Fidelium . . . . nomen tamen istud vulgaris usus restrinxit ad Clerum*. Præterea *sermone in Dominic.* VIII. *post Pentecosten* scribit: *Quamvis domus ista* (Ecclesia) *sit generaliter omnium in una vera Christi fide coadunatorum; usitatiore tamen nomine illorum quasi antonomastice dicitur, quos duces in ea, custodes, & speculatores Summus Paterfamilias instituit: unde eos, & non sic passim alios, Ecclesiasticos appellamus*. Quamvis autem Ecclesiæ nomen generatim sumptum possit quandoque omnium Fidelium congregationem significare; attamen ubi sermo institutus est de Ecclesia, quæ docet, regit, imperat, prohibet, aliumve jurisdictionis actum exercet, tunc profecto in-

telligi eo nomine non potest vel universa fidelium congregatio, vel pars qualibet ejusdem congregationis, sed omnino intelliguntur Ecclesiæ Pastores ac Prælati, Episcopi nempe, Summi Pontifices, Concilia seu generalia seu particularia, quorum omnium est ipsos Ecclesiasticæ jurisdictionis actus exercere: sicuti, quum loquimur de Regno aut de Republica leges ferente, non intelligimus hisce nominibus civium multitudinem aut partem eorum quamcumque, sed tantummodo, qui Regnum aut Rempub. moderantur. Jam vero in Tridentinis canonibus dicitur, *Ecclesiam posse*, *Ecclesiam potuisse*: ergo de potestate seu auctoritate & jurisdictione Ecclesiæ in iisdem canonibus sermo est. Sed Ecclesiæ potestas in ejus agnoscenda est Pastoribus atque Prælatis, non in qualibet alia Christiani cœtus parte: ergo de illis intelligendi sunt Tridentini canones. En iterum *Gersonem*, qui *consideratione I de potestate Ecclesiæ ait*: *Ecclesia contracte sumitur*, *dum hac loquimur*, *de Ecclesiastica potestate*, *pro illis videlicet*, *qui speciali quodam signaculo dedicati sunt ad divinum servitium*. Quid plura? Auctoritatem habet hæc appellatio ab ipso CHRISTO Domino Ecclesiasticæ potestatis auctore, qui apud *Matthæum* Cap. VIIII, inquit: *Si non audierit vos*, *dic Ecclesiæ*; *si Ecclesiam non audierit*, *sit sibi sicut ethnicus & publicanus*: quæ explicans *D. Jo. Chrysostomus* ait: *Dic Ecclesiæ*, *idest Ecclesiæ Prælatis*. In eodem sensu Ecclesiæ nomen pluribus aliis in locis adhibitum est a Tridentinis Patribus, ut Sess. XIII, can. XIII, Sess. XIIII, can. XIII, Sess. XXI, cap. II, Sess. XXII, cap. V & VI, Sess. XXIIII, can. VII, VIII, VIIII. Adde etiam in hoc sensu dumtaxat usurpatum Ecclesiæ nomen a *Luthero* denegante Ecclesiæ auctoritatem constituendi dirimentia connubiorum impedimenta; ut suo loco infra demonstrabitur. Quapropter, quum in Tridentinis canonibus damnetur *Lutheri* error; evidens est, quod primo erat a nobis demonstrandum.

Inquiret fortasse aliquis, utrum hujusmodi potestas ad omnes pertineat Episcopos, an vero tantummodo ad Rom. Pontificem universalis Ecclesiæ Præsulem ac Pastorem. Sed hujusce loci non est ea pertractatio. Quamobrem illud nos hoc tempore dumtaxat animadvertemus, ante Tridentini Concilii ætatem ab antiquissimis usque temporibus potestatem hanc summo Ecclesiæ Primati reservatam fuisse: de hac re nullam extitisse in Tridentino Concilio quæstionem: post Concilium adhuc in Romanis Pontificibus perseverasse eamdem potestatem. Qui plura in hanc rem desiderant, consulere poterunt in primis *Gerbesium*, *Jacobum Clementem*, aliosque plures, tum vero recentiores, qui adversus Littam non pauca scripsere.

Nos cœptam demonstrationem prosequamur. Ostendendum enim nunc est, Tridentinos canones de Ecclesiæ potestate in dirimentia Matrimonium impedimenta inter dogmaticos esse recensendos. Hoc paucis expediemus. Duplicis sunt generis canones Conciliorum; alii enim suppeditant regulam agendi, alii regulam exhibent credendi. Si quid agendum omittendumve præcipiant, tum actionum regulam præbent, quæ ad disciplinam spectat; si vero proponant aliquid aut credendum aut docendum, tum continent regulam doctrinæ, ac propterea infallibilem fidei definitionem habent, si ea ab Œcumenico Concilio suam obtineat originem. Hos vero solemus canones dogmaticos seu fidei dogmata nuncupare. Sive igitur Ecclesia aliquid absolute proponat Fidelibus credendum, sive damnet canone doctrinam aliquam, canon ille dogmaticus habendus est; nam in hac secunda hypothesi definit tamquam infallibilem doctrinam illam, quæ damnato errori est omnino contradictoria. Atqui Tridentini Patres Sessionis XXIIII initio declarant se damnaturos doctrinas hæreticorum ab *Ecclesiæ Catholicæ sensu* alienas, & *insigniores* definiunt eorum-

eumdem *hæreses & errores*, ac proinde ipsos *hæreticos eorumque errores* sequentibus canonibus exterminaturos; inter eos autem canones habentur tertius & quartus, de quibus nostra est pertractatio. Itaque canones illi utpote ad doctrinam pertinentes habendi omnino sunt tamquam dogmatici. Idque multo explendescit magis ex eo, quod eisdem canonibus adnexum est in repugnantes anathema. Nam anathematis, ut omnes norunt, natura est, ut ille, in quem conjicitur, tamquam ethnicus & publicanus ab Ecclesiæ Catholicæ congregatione prorsus separetur; jure autem ab Ecclesia repellitur, qui ejus doctrinam universa Episcoporum consensione firmatam non audit. Neque umquam universalis Ecclesia proponet Fidelibus doctrinam aliquam sub anathematis pœna retinendam, nisi ipsa in *Spiritu* S. congregata id agnoverit decernendum. Secus actum esset de Ecclesiæ ipsius infallibilitate. Ergo illi Tridentini canones de Ecclesiasticæ Hierarchiæ potestate in dirimentia Matrimonium impedimenta dogmatici sunt. Quod erat secundo loco demonstrandum.

Restat tertium: nempe in iis Tridentini Concilii canonibus sermonem esse de potestate, quæ ipsi Ecclesiastico Ordini intima & propria sit; quod facilis est demonstrationis. Namque compertum apud omnes est, congregari Ecclesiæ Concilia ad definienda tantum ea, quæ ad intimam propriamque ejus potestatem, quæque ad Ecclesiastica tantum negotia spectant. Quare Tridentini Patres ne initio quidem Concilii fecere mentionem potestatis Ecclesiasticæ, qua ipsum cogebatur Concilium; sed tantummodo se in Spiritu S. congregatos dixere: quod de potestate quidem Ecclesiastica ac divino præsidio potest intelligi, sed de divino potius auxilio dumtaxat esse interpretandum alii contendent. At *Paulus* III in Bulla indictionis Concilii ait; *Igitur Dei omnipotentis PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS S. ac Beatorum Apostolorum* PETRI *&* PAULI *auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur, freti atque submixi..... sacrum œcumenicum & generale Concilium..... incipiendum, prosequendum, perficiendumque indicimus, annuntiamus, convocamus, statuimus, atque decernimus*. Quod quidem, quum agatur de re notissima, satis profecto erat ad indicandam Ecclesiasticam potestatem, qua sicuti indicebatur, ita quoque cogebatur Concilium, ac definiebantur quæ in ipso definienda ac definita sunt ad hæresum extirpationem atque ad morum reformationem.

Præterea Tridentini Patres, de Matrimonio agentes Sess. XXIII, eum præmittunt canonibus sermonem, ex quo necessario consequens est, eosdem in hac re universa uti Ecclesiastica tantummodo auctoritate. Narrant enim, impios homines perperam de hoc Sacramento sentire, & multa ab Ecclesiæ sensu & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena scripto & verbo asserere non sine magna fidelium jactura; deinde hæc addunt: *Quorum temeritati sancta & universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores schismaticorum hæreses & errores..... exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos eorumque errores decernens anathematismos*; inter quos continentur duo lati in duobus canonibus, quos Cap. I §. II recitavimus. Ergo impiorum ac schismaticorum hominum tunc ferebatur error, Ecclesiam nec posse nec potuisse dirimentia connubiorum impedimenta constituere, adeoque nec ab iisdem dispensare. Quis autem fuit umquam ex hæreticis, qui dixerit, Ecclesiam hæc non potuisse nec posse ex Principum indulgentia? Nemo sane; sed ipsi contra Ecclesiæ potestatem insurgentes hanc eidem eripere conabantur, quæ ipsi intima & propria est. Quod si Ecclesia tunc & a vetustioribus etiam temporibus potestatem illam ex Principum dumtaxat permissu habuisset, quid intererat hæreticos id negare, quum revera nemo ex Principibus de

hac re quæstionem permoverit? Negassent historiam, de qua nulla fuisset dubitatio. Nec ergo intererat Tridentinos Patres illud canonibus & anathematismis confirmare. In Concilium enim coacti sunt, ut hæreses ab Ecclesia extirparent, sicut ipsi fassi sunt primis tribus ejusdem Concilii sessionibus. At hæretici, ut antea diximus, illud numquam negarunt: nullus ergo erat de hac re error a Tridentinis Patribus convellendus. Quapropter ne suspicandum quidem est, eosdem Patres, definientes Ecclesiam posse ac potuisse constituere dirimentia Matrimonia impedimenta, cogitasse de tacito vel expresso Principum in hanc potestatem consensu.

Quod si velint, a Tridentinis Patribus definitum, Ecclesiam potuisse ac posse ex Principum consensu constituere impedimenta illa; hinc sequeretur, Tridentinos Episcopos extraordinario divini Spiritus auxilio adjutos illud definiisse, quod non erat ab ipsis definiendum, vel definiisse diversa prorsus ratione ab ea, qua iidem intelligebant esse definiendum. Utrumque vero satis absurdum. Ac primum quidem; quod enim a Tridentino Synodo est definitum, ad Fidei Dogma pertinere ostendimus jam supra. At Fidei nostræ Dogmata vel in sacris Litteris, vel in Apostolica Traditione fundamentum habent. Quis vero est, qui censeat, illud ad Scripturam vel ad Apostolicam Traditionem pertinere, de quo nulla est in Scripturis, nullaque in Traditione fuit vel levis mentio? In Scripturis quidem nullam esse mentionem de hac indulgentia Principum Ecclesiæ concessa, nemo negaverit. Nec reperiri in Traditione ullum ejus indulgentiæ vestigium, ex eo possumus intelligere, quod adversarii nostri tacitum vel expressum de hac Ecclesiæ potestate appellent Principum consensum; ex quo sane primo demonstrant expressum hujusmodi consensum, quem indigitara non possunt, inane esse commentum. Idemque de tacito consensu esse judicandum infra Cap. V & VI a nobis demonstrabitur, ubi ostendemus, admitti non posse in Ecclesia ejus potestatis usum ex tacito illo consensu, nisi in universa Ecclesia probrosam alieni juris usurpationem fateamur; adeoque nisi admittamus, Ecclesiam universam in judicio de sua potestate turpiter errasse, quod Catholicus numquam concesserit.

Jam vero ex demonstratis supra Ecclesiæ nomen in Tridentinis canonibus adhibitum Ecclesiasticam significat Hierarchiam. Ergo si iisdem canonibus definitum fuisset, posse Ecclesiam constituere impedimenta illa, idque esset intelligendum posse Ecclesiam ex auctoritate Principum; consequens esset, ut plurimum concedam, dubiam esse canonum Tridentinorum significationem, quum in iisdem facta non sit mentio auctoritatis Principum. Quis vero in primis sibi suadeat, Patres omnes omnesque Theologos Tridentinos adeo stupidos fuisse, ut canones conderent, in quibus, dum ageretur de re tam perspicua, rem tam gravem relinquerent de potestate aut Ecclesiastica aut Regia dubitationem? Quis vero putet, Regios Oratores adeo in Concilio dormitasse, ut sine ullo quæstionum conflictu permiserint condi a Tridentinis Episcopis canones, qui vel quidquam detraherent de potestate Principum, vel eamdem in maximum verterent discrimen? Atqui Oratores illi acerrimi Regiæ potestatis defensores diligentissime cavebant, ne quid detrimenti paterentur jura Principum: ac propterea non modo quæ erant in Concilio definienda, sed eorum caussas & rationes intime pernoscere volebant. Nulla tamen fuit quæstio de illius generis potestatis, qua Patres edituri erant supradictos canones, ut cap. VIII evidenter demonstrabitur; ac si vel levis fuisset de eadem disceptatio, numquam sane permisissent Oratores illi, ut sine adjuncta conditione promulgarentur Tridentini canones.

Sed mirum magnopere est, hac splendidissima scientiarum ætate dubitari, quia

ea

ea verba *posse Ecclesiam* accipienda sint de Ecclesiastica potestate. Nam iterum dicam, demonstratum superius est, Ecclesiæ nomen in canonibus Tridentinis, de quibus quæstio est, Ecclesiasticam significare Hierarchiam: ergo dum in œcumenico Concilio definitur, Ecclesiam posse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, nulla adjecta huic potestati conditione, evidens cuilibet sanæ mentis viro est, in hac definitione sermonem esse de propria Ecclesiasticæ Hierarchiæ potestate. Quod enim in Concilio agitur, id ex Ecclesiastica potestate perficitur; ut ex Concilii natura quisque intelligit. Quare quum absolute dicitur, Ecclesiam posse leges aliquas condere, sicuti sunt leges de connubiorum impedimentis, nemo est, qui recta ratione utens non agnoscat propriam ipsius Ecclesiastici Ordinis potestatem; sicuti, quum dicitur aliquid posse Principes, illico quisque percipit eos proprio jure id posse. Numquam mirari desinam, florentissima nostra ætate grammaticales hujusmodi quæstiones a Theologis permoveri, quæ ne ridiculis quidem forensibus, sit verbi venia, in honore essent.

Quod autem Ecclesiæ nomine in Tridentinis canonibus intelligi debeat Ecclesiastica Hierarchia, quæ propria auctoritate de eodem Matrimonio fert leges, colligi id etiam evidenter potest ex clandestini conjugii irritatione ab eodem Concilio Tridentino promulgata. In decreto igitur *de Matrimonii Reformatione* Cap. 1 hæc habentur: *Tametsi dubitandum non est clandestina Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit*, &c. Jam vero concedent, ut arbitror, Ecclesiæ nomen eamdem habere significationem tam in hoc decreto, quam in supradictis canonibus. At in hoc decreto nomen illud Ecclesiasticam significat Hierarchiam propria auctoritate utentem. Hoc primo demonstrat naturalis sensus verborum, quibus decretum ipsum continetur, tum vero etiam demonstrant ejusdem decreti circumstantiæ. Primo itaque asseritur, *Matrimonia illa rata ac vera fuisse, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit*. Quum autem absolute dicitur aliquid ab Ecclesia definitum, profecto ex verborum proprietate & communi omnium acceptione intelligitur definitum auctoritate propria. Communis enim consuetudo a recta ratione præcepta fert, ut, quum quis aliquid jubet auctoritate aliena seu delegata sive ab altero concessa, debeat ad commonstrandum definitionis valorem ostendere, qua auctoritate agat illud, quod auctoritate sua perficere non potest: secus enim inutile prorsus ederet decretum, inutilem ferret definitionem. Mentio autem alienæ potestatis tum multo magis est necessaria, quum ille, qui eam concessit, paratissimus est ad sua servanda jura contra eos, qui forte alicujus legis definitione jura eadem turbare possent. Jamvero ad Tridentinum Concilium convenerant Episcopi, & Oratores haud pauci, Regiæ potestatis defensores optimi atque acerrimi, qui non modo aderant Concilii ipsius definitionibus, sed qui curabant magnopere rationes scire, quibus aliquid definiendum Patres Tridentini sibi susceperant, ne scilicet aliqua uterentur ratione, quæ Principum jura vel tantillum attingeret. Atqui Episcopi, & Oratores illi, Regii juris petitissimi, tantum abest, ut suspicarentur de Regia potestate in clandestina Matrimonia, quin immo totis viribus rogarent Concilii Patres, ut clandestina irritarent conjugia; idque absolute ab iis peterent, nulla injecta conditione de servanda in Decreto Regia potestate: nec Patres in Spiritu S. congregati dubitarunt umquam de hac re, sed de tot aliis rationibus, hac semper intacta, diutissime disputarunt: ergo consequens est, Ecclesiam edidisse auctoritate propria Decretum de irritandis clandestinis conjugiis. Si namque Ecclesia usa fuisset concessa sibi Regia potestate, numquam sane

sus hæreticorum conatus censurarum vi munierunt (c).

§. III. Nihil dico, quod non factis exemplisque ab omni antiquitate petitis possit confirmari. Neque enim nudius tertius aut quartus, sed ab ultimis prope sæculis Ecclesia constituit impedimenta iis ipsis Matrimoniis, quibus civiles leges patrocinabantur. Vin', incipiam a sæculo primo? Ecce statim tibi impedimentum *Ligaminis: Qui ducit repudiatam ab altero, MŒCHATUR..... quemadmodum etiam ii, qui EX LEGE HUMANA duplex Matrimonium ineunt, peccatores sunt apud Magistrum nostrum*. S. Justinus Martyr Apol. I, cap. 5. Athenagoras Legat. pro Christian. cap. 33. Habe sæculo II impedimentum, quod a nobis dicitur *cultus disparitatis*. *Fideles gentium Matrimonia subeuntes stupri reos esse constat*. Tertullian. ad Uxor. lib. 2, cap. 2 & 3. Adsunt tibi sub sæculum III Neocæsarienses Patres, qui impedimenti, quod vocatur *Affinitas*, meminerunt. *Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem; verumtamen in exitu, si promiserit, quod, ubi convaluerit, solvet Matrimonium, propter humanitatem pœnitentiam habebit*. Occurrunt tibi sæculo IV Carthaginienses Patres impedimentorum *Ordinis* & *Voti* custodes ac vindices. *Ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, ab uxoribus sese abstineant*. Conc. II, can. XI. *Viduas, quæ religiositatem adulterii crimine polluunt, si devotionem, quam Deo sponte, non coactæ obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, atque ad secundas nuptias transitum fecerint*. Audi Augustinum sæculo V ineunte, qui impedimentorum, quæ appellantur *Ligaminis* & *Criminis*, nullam a civilibus legibus, maximam autem ab Ecclesiasticis canonibus rationem habitam: fuis-

---

sent permisissent Episcopi atque Oratores Regii, ut Patres in illo edendo usurparent verba, quæ juxta communem acceptionem ac multo etiam magis juxta rei circumstantiam significabant propriam Ecclesiæ potestatem. Itaque Decretum de clandestini conjugii irritatione editum dignoscitur propria ipsius Ecclesiæ auctoritate, qua conditum est hujusmodi Decretum, sive ejus materiam sive ipsius formulas spectemus: editi quoque sunt a Tridentinis Patribus canones de Ecclesiæ potestate in dirimentia conjugiorum impedimenta: ergo & canones hujusmodi intima ac propria, non aliena auctoritate editi sunt ab Ecclesia in Tridentino Concilio congregata. Itaque demonstratum, evidenter est ex Tridentinis canonibus Ecclesiam habere potestatem in dirimentia Matrimonium impedimenta; Ecclesiæ nomen in supradictis canonibus adhibitum esse ad Ecclesiasticam Hierarchiam significandam; eosdem Tridentinos canones dogmaticis esse adnumerandos; demum in iis Tridentinis canonibus sermonem esse de potestate, quæ ipsi Ecclesiastico ordini intima ac propria est. Q. E. D.

(c) Van-Espen *J. E. P. II, Tit. XIII, Cap. I*, §. 20: Filum Traditionis insecuta Tridentina Synodus recte anathema dixit in eum, qui dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta dirimentia, vel in iis constituendis errasse.

(d)

fuisse testatur. *Quod si quisquam fecerit*, NON LEGE HUJUSCE SÆCULI, *ubi interveniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulari connubia, sed lege Evangelii, reus est adulterii; sicut illa, si alteri nupserit... Denique mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium non potest, cum quo prius adulterium fuit*. lib. 2, cap. 10, de Nuptiis & Concupiscent.

§. IV. Ne per insequentia sæcula eam, monet me vetus proverbium, quo vetamur actum agere. Id enim factum est a doctissimis & præstantissimis viris (*d*), quos consulere per re

---

(d) Jueninus *Diss. X, de Matrim. Qu. VI, pag. 633*: Jure, de quo agitur, quarto sæculo potitam fuisse Ecclesiam demonstrant latæ tunc temporis constitutiones Synodicæ. De affinitate hæc habet alter canon Concilii Neocæsariensis, quod anno 314 habitum est: *Mulier, si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem: verumtamen in exitu, si promiserit, quod, ubi convaluerit, solvet Matrimonium, propter humanitatem pœnitentiam habebit*. Non laudat ea Synodus Levitici verba, quibus eadem lex sancitur: eam tamen nequaquam prætermissura, si (ut heterodoxis placet) vim & robur haberet in Evangelica lege. De eodem impedimento hæc habet Basilius in Epist. ad Amphilochium: *Si quis affectu immundo correptus ad illicitam duarum sororum communicationem exorbitaverit, id neque conjugium esse censendum, neque talem ad Ecclesiasticum cœtum admittendum, priusquam a se invicem dirimantur*. Siricius Papa in Epist. ad Himerium Tarraconensem refert impedimentum publicæ honestatis tamquam a Primatis Ecclesiasticis statutum: *Hoc ne fiat* (inquit cap. 4 loquens de muliere alicui jam desponsata) *omnimode inhibemus*. Cum autem id inhibeat, non quia sic ferunt politicæ leges, sed quia illa benedictio, quam nupturæ *Sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur, Ecclesiæ jus supponit*.

Quinto & sexto sæculo penes Ecclesiam fuisse jus, de quo in conclusione, evincitur 1. ex Synodo, quæ habita est in Hybernia anno 450 sub S. Patricio. Canone 17 irritum fit Matrimonium initum cum virgine Deo consecrata. Verba canonis referentur a nobis, cum de impedimento voti differetur. Evincitur 2. ex primo Aurelianensi Concilio celebrato anno 511, agente Clodoveo Rege. Canone 13 hæc leguntur: *Si cuipiam mulier Presbyteri vel Diaconi relicta* (tamquam vidua) *duplici se conjugio conjunxerit; aut castigati separentur, aut certe, si in criminis intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur*. Vim non habuit Statutum illud vi legum civilium, nulla enim ea de re lata fuit umquam a Principibus. Evincitur 3. ex altera Aurelianensi Synodo habita anno 533. Canone 17 hæc habet in causa, de qua nihil umquam sanxere politici Principes: *Feminæ, quæ benedictionem Diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad conjugium probentur iterum devolutæ, a communione pellantur: quod si hujusmodi contubernium admonitæ ab Episcopo, cognito errore, dissolverint, in communionis gratiam acta pœnitentia revertantur*.

Septimo & octavo & nono sæculo Ecclesiam, nullo contradicente, auctoritate a Christo accepta præscripsisse leges, quibus nuptiæ quædam nullæ fierent & irritæ, ostenditur 1. ex Gregorio Magno, qui ineunte sæculo septimo Anglorum Genti Romano nequaquam subditæ prohibuit sub pœna nullitatis, ne intra primum & secundum consanguinitatis gradum nubetet. *Unde necesse est, ut jam tertia aut quarta generatio fidelium decenter sibi jungi debeat*. Nam

te poteris, atque ab iis discere, Ecclesiam ab suis incunabulis ad hæc nostra usque tempora usam fuisse potestate constituendi impedimenta obstantia Matrimoniis, neque hanc potestatem ab civili societate esse mutuatam, cum iis etiam Matrimoniis obstiterit, quæ civiles leges probabant, sed ab ipso Ecclesiæ conditore Jesu Christo, cum ad Apostolos Apostolorumque Principem Petrum hæc fatus est: *Quodcumque ligaveris su-*

Nam secunda, quam diximus, a se omnino debet abstinere. Verba sunt laudati Pontificis ad sextam quæstionem ab Augustino Cantuariensi Episcopo sibi propositam respondentis. 2. ex Zacharia Papa, quo præside anno 747 Synodus Romæ habita est, qua revocata fuit indulgentia post quartum gradum nubendi a Gregorio II Germanis recenter ad fidem conversis concessa. *Deo autem largiente*, (inquiunt illius Synodi Patres) *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum, prateritis annis litteras miserant Archiepiscopi & Reges Provinciæ illius petentes Apostolica præcepta, qualiter liceat illius conjugia copulare, & quomodo debeat observare.* Agnoscebant igitur octavo sæculo Germanorum Reges potestatem Ecclesiæ in præscribendis Matrimonio legibus. 3. ex Nicolao Papa I, qui nono sæculo Bulgaros nuper ad fidem conversos & Romanis Imperatoribus nequaquam subditos docuit, quo in sanguinitatis gradu valerent inita, & in quo irrita essent & invalida. *De consanguinitate generationum exquiritis; at quibus utique fœminis jungi debeatis, liquido cognoscatis* (inquit in suis ad Bulgaros responsis cap. 39): *inter eas enim personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, nuptiæ contrahi non possunt .... inter eas quoque personas, quæ ex transverso gradu cognationis junguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta.*

Decimo sæculo Orientales Episcopi convocari ad Concilium declararunt nullas fore deinceps quartas nuptias, præsente & consentiente Constantino Imperatore nato ex quartis nuptiis Leonis Imperatoris, & ob id excommunicatione damnati a Nicolao Patriarcha. *Quod si quis* (inquiunt) *ad hujusmodi conjugium progredi decreverit, ab omni cœtu Ecclesiastico exclusus esto, ... donec in hoc conjugio permanserit ... Et in hunc quidem modum de quarto Matrimonio.* Eodem sæculo, anno nimirum 998, Robertus Francorum Rex Bertham Odonis Comitis filiam consanguineam suam duxit in Matrimonium: Erchembaldus Turonensis Archiepiscopus conjugium illud consecravit, probaruntque multi adulatores & aulici Episcopi. Sed Gregorius V, coacto Romæ Concilio, ipsum damnavit, duosque edidit canones, ex quibus invictissime colligitur Ecclesiæ potestas in fidelium Matrimonia. Priore canone Rex sub excommunicationis pœna jubetur, ut Bertham dimittat. *Ut Rex Robertus* (verba sunt canonis) *consanguineam suam Bertham, quam contra leges in uxorem duxerat, derelinquat, & septem annorum pœnitentiam agat, ut secundum præfixos Ecclesiasticos gradus judicatum est: Quod si non fecerit, anathema sit: idemque de eadem Bertha præceptum est.* Altero canone ejicitur e communione fidelium illius conjugii consecrator, *Erchembaldum Turonensem Archiepiscopum talis conjugii consecratorem cum omnibus Episcopis, qui consentientes interfuerunt his incestis nuptiis Regis & Berthæ consanguineæ suæ, a sacrosancta communione suspendimus, donec ad hanc Sedem Apostolicam veniant satisfacturi.* Non vi legum a Romanis Imperatoribus sancitarum dissolutum fuit Roberti cum Bertha conjugium: nec enim quidquam poterant illæ leges in Principem ab aliquo alio in rebus

super terram, erit ligatum & in cælis; quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis (e).

QU. XXIX.

bus temporalibus nequaquam pendentem. Solutum igitur fuit vi Ecclesiasticorum canonum, contra quos Robertus suas inierat nuptias.

Sæculis XII & XIII eodem jure Ecclesiam potitam fuisse demonstratur 1 ex Alexandri Papæ II epist. 38, ad Episcopos & Clericos & Judices Italiæ: sub pœna nullitatis confirmat prohibitionem multis jam sæculis sancitam nubendi infra septimum consanguinitatis gradum. Illius Summi Pontificis verba describemus infra agentes de modo supputandi consanguinitatis gradus. Demonstratur 2 ex Burchardo Episcopo Wormatiensi, qui sub finem undecimi sæculi in suam canonum collectionem retulit decretales epistolas adscriptas prioribus Romanis Pontificibus, quibus epistolis præscribuntur impedimenta Matrimonium dirimentia. Demonstratur 3 ex Yvone Carnotensi & Gratiano, qui ineunte sæculo 12 illas easdem epistolas suis inseruere decretis. Demonstratur 4 ex Gregorio IX, cujus auctoritate ubique fere promulgatæ fuerunt Decretales, quibus jus præscribendi Matrimoniis irritantes leges Ecclesiæ vindicatur.

Sæculo XIV & XV Ecclesiam jus suum in nuptias fidelium exercuisse ostenditur 1 ex facto, quod anno 1366 contigit. Eduardus Anglorum Rex Edmundum nuprui tradiderat Margaritæ filiæ Ludovici Belgarum Comitis. Sed recisum est conjugium illud, eo quod inter consanguineos initum esset. Nec Urbanus Papa V adduci potuit, ut petitam ab Eduardo dispensationem concederet. Ostenditur 2 ex altero facto, quod XV sæculo contigit in Galliis. Ludovicus Rex XII, quasi incitus Joannam ex Ludovico XI natam duxerat. Sed ratus postea non valere nuptias, rem totam commisit, non sui Regni Proceribus, sed Alexandro Papæ IV, cujus auctoritate solutum fuit illud Matrimonium, & aliud initum cum Anna Britannica prædecessoris sui vidua.

Jus, quo Ecclesia a Christo usque ad sæculum XVI potita fuerat circa impedimenta Matrimonium dirimentia, confirmavit Concilium Tridentinum. 1 Lutheranorum hac de re doctrinam proscripsit. 2 Reduxit ad praxim Sacra Synodus potestatem, quam vindicavit Ecclesiæ.

Vid. Natal. Alexand. Theolog. Dogm. & Moral. Lib. II, De Sacram. Matrim. Cap. I, Art. I.

(e) Jueninus Diss. X, de Matrim. Qu. VI, pag. 636. Nonnulli Patres verba hæc Evangelica Matth. 16, *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis*, non ad solam excommunicandi aut per absolutionem remittendi peccata facultatem extendunt, sed ad ipsum etiam Matrimonium; quod quidem, Tertulliano teste lib. 2 ad uxorem, Deus pater ratum habet in cœlis, ubi a Sacerdotibus consecratum fuerit in terris.



QU. XXIX.

Cuinam inest potestas laxandi impedimenta obstantia Matrimonio?

§. I. JURI legum figendarum respondet jus legum refigendarum laxandarumque. Quam igitur Ecclesiæ potestatem asseruimus ponendi impedimenta, quæ obstent, quominus Matrimonium valeat, eamdem illorum impedimentorum tollendorum amoliendorumque potestatem illi asseramus necesse est. Tridentina Synodus, quibus precibus eos est detestata, qui Ecclesiæ denegant potestatem consuendi impedimenta Matrimonii, iisdem etiam eos execrata est, qui Ecclesiæ potestatem abrogant eadem impedimenta dissuendi: *Si quis dixerit, non posse* (a) *Ecclesiam in nonnullis dispensare, aut constituere, ut plures impediant & dirimant,*

(a) Van-espen *I. E. V. Part. II, Tit. XIV, cap. I, num. III.* Nemo ergo auctoritatem dispensandi Ecclesiæ negabit, qui auctoritatem statuendi impedimenta ei competere agnoscit; ut proinde merito Synodus Tridentina eodem canone anathemate feriat eos, qui negant Ecclesiam in nonnullis impedimentis *dispensare* posse, quo damnat negantes Ecclesiam posse constituere, ut plures gradus consanguinitatis & affinitatis impediant & diriment Matrimonium, quam qui Levitico exprimuntur.

Clericatus *Decis. XVIII, De Sacram. Matrim. n.* 18. Porro appellatione Ecclesiæ habentis potestatem instituendi impedimenta dirimentia Matrimonium, venire Ecclesiam Universalem, idest Concilia Generalia, ac ejusdem Ecclesiæ Universalis caput, nempe Summum Pontificem, omnes scribentes concedunt; quia ab initio ipsius Ecclesiæ per omnia subsequentia sæcula tum a Conciliis Generalibus, tum a Summis Pontificibus usque ad tempus Concilii Tridentini dirimentia impedimenta fuerant statuta tam circa gradus consanguinitatis, affinitatis, ac publicæ honestatis, quam circa clandestinitatem, votum solemne castitatis, Ordinem Sacrum, & alia, prout exemplificat Emin. Card. *de* Lauræa *d. disp.* 18, *art.* 4, *a. n.* 48, *& seqq.* & notant Salmaticenses *d. cap.* 11, *n.* 7, Pontius *d. lib.* 6, *cap.* 1, *n.* 12, & aliis relictis, Sanchez *d. lib.* 7, *disp.* 1, in qua *n.* 6 advertit, requiri justam causam, ut per Pontificem statuatur novum impedimentum dirimens; & *n.* 7 plurimos DD. allegat, posse alicui privato prohibere ex causa justa (puta magnæ disparitatis), ne contrahat Matrimonium sub pœna nullitatis; quod etiam affirmat Mastrius *d. disput.* 7, *num.* 332 *&* 333, etsi numquam auditum sit, Pontifices hanc prohibitionem fecisse, & eam facere non ex-

mant, *anathema sit*. Can. 3, de Matrim. Seff. XXIV.

§. II. Tridentini Patres hæc sancientes ante oculos habebant, quæ a majoribus nostris tradita erant, atque in veterum exempla intuebantur. Nullum antiquius impedimentum illo, quod Matrimonio affert cultus dissimilitudo. Hoc enimvero auctorem jactat ipsum Divum Paulum I Corinth. VII 39, & VI 15, suique ultores ac vindices Patres Arelatenses can. XI, Illiberitanos can. XV, XVI, XVII, Aurelianenses Can. XVIII, assertores atque patronos, Tertullianum contra Marcion. Lib. V, Cap. VII, de Monogam. Cap. VII & XI. ad uxor. Lib. II, Cap. III, de coron. milit. Cap. XIII, Sanctum Cyprianum in Lib. Testimon. ad Quirin. Lib. III, cap. 62, de lapsis pag. 88, Edit. Fellii Amstelod. 1700, Hieronymum contra Jovinianum Lib. I, Cap. V, Et Epist. XI ad Ageruchium de Monogamia, Ambrosium de Abraham. cap. IX, & Epist. ad Vigil. 70. Nihilo tamen fecius venia data fuit S. Cæciliæ, ut nuberet Valeriano, qui nondum Baptismo initiatus erat, Clotildi Christianæ fœminæ, ut Matrimonium iniret cum Clodoveo Francorum Rege adhuc Ethnico, S. Monicæ, ut connubio jungeretur cum Patricio viro Pagano, uti testatur S. Augustinus Lib. IX Confess. cap. 9.

§. III. Quid dicam de impedimento consanguinitatis? Licuit Anglis per Gregorium Magnum Matrimo-

---

expedire scribat Navarrus *lib. 4 consiliör. tit. de Sponsalib. in 1 edit. conf. 24. At in 2 edit. tit. de Matrim. contract. contra interd. Eccl. conf. 1.* Idcirco iidem Doctores circa hanc potestatem statuendi & inducendi impedimenta dirimentia de tribus tantum dubitant & quæstionem faciunt, videlicet de consuetudine, de Episcopis, atque de Principibus Laicis; & de his nunc est agendum.

Quoad Consuetudinem, etsi Sanchez *d. lib. 7, disp. 4, a. n. 5 & seqq.* multas excitet difficultates ac diversos modos dicendi Doctorum, quos ibi cumulat; ipse tamen *n.* 11 sic suam opinionem firmat: *Existimo, consuetudinem legitime præscriptam ac rationi consonam (qualis petitur cap. fin. De consuetud. ad Legem statuendam, & statutam derogandam) vires habere inducendi novum impedimentum dirimens, ac subinde Matrimonium adversus eam consuetudinem initum esse nullum; idque solam consuetudinem posse absque scandalo & adminiculo alterius Juris; nec ad eam inducendam desiderari scientiam Pontificis, sed eo ignorante posse talem consuetudinem legitime præscribi, suumque operari effectum; dummodo sit consuetudo mixta Clericorum & Laicorum*. Hanc Sanchezianam sententiam approbant & amplectuntur omnes Theologi Scholastici atque Morales, inter quos Basilius Pontius *lib. 6, cap. 4, num. 6*, N. Cornejo *disp. 7, dub. 4*, Suarez *de Legibus lib. 7, cap. 19, n. 14*, Castrapolaus *eod. tract. disp. 3, punct. 4, §. 5, num. 1*, Bonacina *de Matrim. q. 3, punct. 1, n. 7*, Aversa *q. 9. Sect. 3, Vers. Deinde*, ubi adducit *texx. in cap. 1, De cognat. Spirit. in cap. Super eo. eod. tit. & in cap. Quod dilectum. de Consanguin.* in quibus præcipitur nulla & irrita habenda esse Matrimonia inita contra impedimentum dirimens a consuetudine introductum. Concors est supradictis DD. etiam Mastrius *d. disp. 7, n. 335*, ubi tamen rejicit tamquam inutilia illa

monium fieri inter eos, qui tertio consanguinitatis gradu conjuncti erant,,

Sanchezii, quod *consuetudo mixta introducta fit Clericis atque Laicis*; cum Clerici Matrimonia non contrahant, atque studiosissimi Salmaticenses *d. tract. 9, de Matrim. cap. 11, punct.* 1, ubi n. 22 ita loquantur: „ Dicendum itaque est, quod, „ si consuetudo sit rationabilis & legitime „ me præscripta taciteque a Summo Pon- „ tifice approbata, per eam possunt nova „ impedimenta dirimentia introduci, fieri- „ que inhabiles jure Canonico. Probatur „ in primis ratione generali, quia consue- „ tudo legitime præscripta habet vim le- „ gis cap. fin. de Consuetud. & tradit D. „ Thomas 1, 2, qu. 97, art. 3. Sed per „ leges possunt introduci impedimenta di- „ rimentia, quibus fiant inhabiles, qui „ alias erant habiles ad contrahendum. „ Ergo & per consuetudinem. Et ideo in „ cap. Cum olim, De Cleric. conjug. di- „ citur, consuetudine fieri inhabiles ad „ beneficium, qui alias erant habiles. Er- „ go etiam ad Matrimonium. Specialirer „ vero pro Matrimonio in cap. I. De „ Cognat. Spirit. ubi dicitur valere Ma- „ trimonium inter duorum compatrum fi- „ lios, nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scan- „ dalum generet, aliter se habere noscar- „ tur. “ Hucusque Salmaticenses, qui *n.* 23 subdunt ea verba, *Quæ scandalum generet*, a pluribus DD. declarari de consuetudine, cujus violatio scandalum generet. Covarruvias *in 4 Decret. 2 p. cap. 6, §. I, n.* 8, Henriquez *lib.* 12, *cap.* 1, *n.*5, Angelus *Verb. Matrimonium 3, impedim.* 17. Sed ipsi Salmaticenses repetunt dicentes: *Sed etiamsi scandalum ex violatione consuetudinis non generetur, si tamen fuerit legitime introducta, sufficit ad statuenda nova impedimenta dirimentia*. Confirmantur omnium supradictorum DD. sententiæ communi omnium Theologorum doctrina, quod impedimentum dirimens *Disparitatis cultus* sola consuetudine est introductum in Ecclesia. Sanchez *lib.* 7, *disp.* 71, *n.* 8, Gobat *tract. 9, n.* 214, Mastrius *disp.* 7, *n.* 504, Eminent. Card. de Lauræa *disp.* 32, *n.* 39, & nos infra *Dec. XVI.* Porro Fagnanus in *d. cap.* 1, *De Cognat. spirit. n.* 18, *& in cap. Quod super in fin. de Consanguin. & Affinit.* opinatur, non sufficere, si consuetudo sit præscripta, nisi etiam sit a Summo Pontifice approbata, & de ea certam habeat scientiam, quamvis Aversa *de Matrim. d. q. 9, Sect.* 3, *Vers. Hoc autem limitant &c.* teneat, quod non requiratur expressa & formalis approbatio ejusdem consuetudinis a Pontifice facta, sed sufficiat tacita & virtualis; & idem affirmant contra Fagnanum Gobatus *d. tract. 9, de Matrim. n.* 25, & Basilius Pontius *d. lib.* 6, *cap.* 4, *num.* 6.

Quoad Episcopos pariter disputant DD. an ipsi habeant in suis Diœcesibus potestatem statuendi nova impedimenta dirimentia, sicut habet Summus Pontifex in tota Ecclesia? Et omnes concorditer respondent, eos de facto illam non habere, quia talis potestas soli Summo Pontifici semper fuit & est reservata; unde non injucundus est casus, quem refert Gobatus *d. tract.* 9, *n.* 19, cujusdam Præsulis præfervidi, qui ad extirpandum abusum in sua Diœcesi familiarem eorum, qui sub prætextu infirmitatis, vel alio simili, Parochum ad se vocabant, illoque præsente ac duobus testimoniis Matrimonia repente contrahebant, antequam Parochus effugere posset; decrevit & sancivit, ut Matrimonia, si quæ deinceps hoc modo fierent, invalida, nulla, & irrita essent. Quæsitum fuit postea, an tale Decretum & ejusmodi Sanctio Episcopalis haberet vim irritandi Matrimonia inita coram Parocho invito ac reluctante? Et negative respondit Eminent. Card. de Lugo *lib.* 1 *respons. Moral. dub.* 45, quem refert & approbat ipse Gobatus *d. tract.* 9, *n.* 20, reddens hanc rationem; *quia hoc brevissimam negotium, & ex quo gravissima inconvenientia sequuntur, merito reservavit sibi uni Summus Pontifex*; & ita docent omnes fere

scribentes, Sanchez *d. lib.* 7, *disp.* 1, *n.* 9, & ibi Victoria, Ledesma, & alii plurimi ex antiquis; ex modernis autem Mastrius *d. disp.* 7, *n.* 337, Emin. Card. de Lauræa *d. disp.* 18, *art.* 4, *n.* 62, & Salmaticenses *d. tract.* 9, *de Matrim. cap.* 11, *n.* 7, *atque n.* 9, ubi addunt, quærere DD. etsi Episcopi de facto non habeant hanc potestatem statuendi nova impedimenta dirimentia, an saltem eam habeant de jure ac vi ordinationis Episcopalis? Et quamvis alii asserant, & alii negent; negativam sententiam amplectuntur ipsi Salmaticenses *d. tract.* 9, *de Matrim. cap.* 11, *n.*9: & jure quidem, nam ut probatum est a nobis in nostris Decisionibus *De Sacram. Pœnitentiæ Decis. XIX, num.* 26, Episcopi nullam aliam habent jurisdictionem (quæ necessaria est ad leges ferendas), nisi illam, quam ipsis largitur Papa, quem Christus constituit Monarcham, Principem, & Caput totius Ecclesiæ: ideoque sicut a capite derivat omnis virtus in membra, sic a Summo Pontifice Romano procedit omnis jurisdictio in alios Episcopos, ut late demonstrant Fagnanus *in cap. Perniciosam a n.* 8 *usque ad num.* 54, *de Offic. Ordin.* Pax Jordanus *tom.* 1, *Prælud.* 3, *num.* 12 *&* 13, Barbosa *de jure Eccles. Univ. lib.* 1, *cap.* 8, *n.* 19, Emmanuel a Schelstrate *tom.* 2 *Antiquit. Eccles. Dissert.* 4, *cap.* 3, & Emin. Card. de Lauræa *de Sacramento Pœnitentiæ disp.* 18, *art.* 8, *a num.* 335 *& seqq.* Quapropter, cum nullibi legatur concessum per Summos Pontifices aliis Episcopis, ut possint in suis Diœcesibus impedimenta dirimentia Matrimonium statuere; verior debet esse sententia docens, eosdem Episcopos prædictam potestatem non habere neque de jure, neque de facto. Hinc contra tenorem Decreti & Edicti illius Præsulis præfervidi, a Gobato relati, Sacra Congregatio Emin. Card. S. Concilii Tridentini Interpretum pluries declaravit, valida esse Matrimonia de repente contracta coram Parocho invito ac reluctante, ut habetur apud Salcedum *in Addit. ad Diaz. cap.* 76, & ex Pignatello notat Abbas Pascuccius *tom.* 2, *Verb. Matrimonium pag.* 23, in compendio ejusdem Pignatelli.

Quoad Principes Christianos Laicos omnium Catholicorum scribentium concors doctrina est, quod, licet in Matrimonio tamquam civili contractu possent decernere impedimenta etiam dirimentia pro bono regimine suorum populorum, attamen quia Matrimonium est a Christo Domino elevatum ad dignitatem Sacramenti, & sic quia tamquam Sacramentum subtractum est a Laica Jurisdictione, idcirco Principes Laici non habent potestatem indicendi impedimenta dirimentia, nisi in Matrimoniis Infidelium, si quos subditos habeant, quorum conjugia non sunt Sacramenta, sed simplices contractus: & hæc doctrina probatur 1. *ex cap. I. de Sponsal.* in quo decernitur validum esse Matrimonium contractum cum alienigena, etiamsi celebratum sit contra leges civiles suæ gentis; 2. *ex cap. Tuam de Ordin. Cognit.* in quo statuitur causas Matrimoniales non ad forum Laicum, sed ad Ecclesiasticum pertinere; 3. ex Concilio Tridentino, in quo *Sess.* 24, *can.* 12, definitum est idem his verbis: *Si quis dixerit, causas Matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos, anathema sit*; 4. quia Ecclesia ob dictam Sacramentalem excellentiam subtraxit Matrimonia Fidelium a potestate Laica, & sibi suæque Ecclesiasticæ jurisdictioni reservavit, *cap. Ecclesia S. Mariæ. De Constit. d. cap.* 1, *de Sponsal. d. cap. Tuam. De Ordin. Cognit. cap. Euphemium.* 2, *q.* 3, *cap. Multorum* 35, *q.* 3; 5. quia a jure Canonico sæpe correctum est jus Civile in tangentibus fidelium Matrimonia, *prout in cap. Cum secundum Apostolum, De secundis nuptiis*, in quo abrogatur lex Civilis, quæ imponebat legem infamiæ viduis mulieribus ad secundas nuptias pervenientibus, *& in cap. fin. de Raptor.* in quo emendatur *l. Unica de Raptor. Virgin.*, quæ prorsus

fus

rant, licuit id ipsum Germanis per Gregorium II (*b*). Quæ sane exempla

fus iocapaces Matrimonii faciebat raptores cum virginibus raptis. Alios *texx.* addit Caramuel *in Theologia Moral. Fundam. num.* 2081, nempe *cap.I*, *in fin. de Consanguin. & Affin. cap.* 12, *De Excessib. Prælat. & cap.* 4 *&* 5, *de Secund. Nupt.*; 6. quia talis est usus universalis & immemorabilis Ecclesiæ Catholicæ, ut impedimenta dirimentia Matrimonia fidelium non constituantur a Principibus Laicis, sed ab Ecclesia ipsa ac ejus Capite, qui est Romanus Pontifex: quare ita sentiunt ac docent S. Thom. *in* 4, *dist.* 42, *quæst.* 2, *ad* 4, necnon *in addit.* 3 *part. quæst.* 57, *art.* 2, *ad* 4, Divus Bonaventura *in* 4, *ead dist.* 42, *quæst.* 2, *art.* 2, Paludan. *ibid. quæst.* 2, *art.* 2, *concl.* 6, Sotus *ibid. art.* 2, *ad* 2, Covarruvias 4 *Decretal.* 2 *part. cap.* 6, §. 1, Castropalaus *de Matrim. disp.* 4, *punct.* 1, Basilius Pontius *lib.* 6, *cap.* 1, *num.* 8 *&* 9, *cap.* 2, per totum, Aversa *quæst.* 9, *Sect.* 2, *Vers. Videndum ergo*. Novissime Mastrius *d. disp.* 7 *de Matrim. num.* 342, & aliis omissis, Pater Diana *part.* 5, *tract.* 1, *resolut.* 16, plenius ac diffusius *part.* 7, *tract.* 1, *resol.* 23, *resol.* 24, *& resol.*25. Quæ quidem omnes resolutiones nunc sunt repositæ in Diana Coordinato *tom.* 9, *tract.* 2, *resol.* 340, 341, 342, *&* 343, in quibus fervide tuetur hanc doctrinam contra quemdam Patrem Rabardeum illam impugnantem; & ad eum convincendum fortissima argumeota, & innumeros Doctores, Theologos, atque Canonistas allegat tenentes ac scribentes, non posse a Principibus Laicis impedimenta dirimentia Matrimonia fidelium statui aut introduci.

(b) Sæculo VI Gregorius M. Anglorum genti, quæ recens Christi fidem amplexa fuerat, Matrimonia permisit in tertio consanguinitatis gradu, in quo jam tunc irrita conjugia erant. *Unde*, inquit ipse Gregorius, *ad Augustinum ep.* 54, *lib. II, tom.* 2, *col.* 1154, *edit. Paris. cit. necesse est, ut jam tertia aut quarta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat; nam secunda, quam diximus, a se omnino debet abstinere*. Quæ indulgentia Pontificis cum displicuisset Felici Episcopo Messanensi, ipseque ea de re vehementes ad Gregorium litteras dedisset, respondit Pontifex *ep.* 17, *lib.* 14, *col.* 1277, se non omnibus universe, sed tantum Anglis haoc veoiam justis de causis concessisse. *En dispensationum matrimonialium*, ut vocant, quæ a Sede Apostolica datæ sunt, monumentum luculentissimum ac vetustissimum. Scio quosdam esse, qui has litteras Gregorii esse negant; sed & stylus, & rerum, de quibus agitur, ratio, & cætera argumenta meo quidem judicio evidenter ostendunt, eas omnino Gregorio adscribendas esse. Adeundi sunt eruditi Monachi e Congregatione S. Mauri *in not. ad utramque Epist.* Hujus simile exemplum initio Sæculi VIII, Gregorius II, qui Germanis facultatem dedit nubendi post quartum gradum, quo quidem gradu nullum ea tempestate Matrimonium erat, uti patet ex ejus *epistola* 13 *ad Bonifacium Moguntinum* apud Labbeum *collect. Concilior. tom.* 8, *col.* 177, *edit. Venet.* Alia multa eadem de re monumenta collegit Auctor operis, quod Fulginei prodiit anno 1784, cum titulo *Le storte idee raddrizzate*, *cap.* 3, *pag.* 89 *& seq.* Interdum etiam a Synodis provincialibus laxata sunt Matrimonii impedimenta, quando scilicet Pontificiis Constitutionibus aut totius Ecclesiæ lege nondum probata fuerent. Sed posteaquam jus illud totius Ecclesiæ lex evasit, ei certe non amplius derogare potuit Synodus provincialis, cujus potestas iofra illam potestatem est. Certe matrimoniales causas inter causas majores, quas Romano Pontifici servatas voluerunt Innocentius I, Leo M. & cæteri, recensent Cœlestinus III, *Epist.* 9 *ad Ax-*

pla aliaque bene multa, quæ brevitatis causa consulto prætereo, cogunt nos fateri, potestatem tum ponendi impedimenta Matrimoniis, tum ea laxandi penes Ecclesiam Summumve Pontificem residere (c).

Archiepiscopum Senonen. apud Labbeum *tom.* 13 *Concil. col.* 698, *edit. Venet.* Sigefridus Moguntinus *epist. ad Alexand. II. Tom. Concil. German. pag.* 152, Annales Bertiniani *ad ann.* 831, apud Eckartum *Gallia Orientalt.tom.*2,*lib.*28,§.193. Synodus Tridentina fartam tectam esse voluit potestatem, qua semper Apostolica Sedes usa fuerat, removendi dirimentia impedimenta; ideoque *regulas in materia dispensationis, ac signanter super impedimentis Matrimonii præscriptas ad Romanum Pontificem præcipue direxit*, uti post DuCassium *de jurisdict. Eccles. tom. I, cap.* 10, §.5, observat Van-Espenius *Jus Eccles. part.* 2, *Sect.* 1, *tit.* 14, *cap.* 1, *num.* 10. Immo cum disputatum esset a Patribus, num satius esset Episcopis, quam Summo Pontifici facultatem laxandi impedimenta reservare, potissimum Pius IV æquo animo assentiebatur, ut consanguinitas in quarto gradu, quia frequentior, a Pontificiis reservationibus tolleretur, & Episcoporum arbitrio permitteretur. At Synodo magis placuit sententia M. Antonii Bobbæ Augustani Episcopi & Sabaudiæ Ducis Legati, qui animadvertit fore, ut, data Episcopis hac facultate, multo facilius & frequentius, quod Patrum studio & proposito adversabatur, hujusmodi veniæ concederentur. Confer Paleottum *in act. Concil. Trid. ad diem* 17 *Augusti* 1563, & Pallavicinum *Histor. Concil. Trid. lib.* 23, *cap.* 9, *num.* 17. Neque verum est, ut aliqui putant, Tridentinam Synodum *sess.* 25, *cap.* 18, *de Reform.* dispensandi necessitatem imposuisse, cum revera canones *exacte ab omnibus & indistincte observari* voluerit. Tantum statuit, ut, si interdum canones justis de causis laxentur, id nonnisi *causa cognita, ac summa maturitate* fiat. Quibus verbis non dispensandi necessitas constituitur, sed modus præscribitur, quem servari oportet, cum venia datur. Haud multo post Tridentinam Synodum, jus removendi impedimenta Matrimonii tantum Romani Pontificis proprium agnoverunt Concilia Turonense *tit.* 9. *de Matrim.* & Tolosanum *part.* 2, *cap.* 8, *col.* 1405 & 1804, *tom.* 10 *collection. Harduini*. Merito igitur Optimus Sapientissimusque Pontifex Pius VI, quem diu Deus servet incolumem omnium bono, litteris datis die 28 Novembris 1786, præter cæteros, damnavit errorem Eybelii ajentis, dispensationum reservationes indebitas atque Episcopis injuriosas esse. Consule doctissimum Mamachium, qui de jure dispensationum, quod in Romano Pontifice inest, graviter, solide, accurate disputat in libro, quem nuper edidit *Pisti Alethini* nomine contra Auctorem Opusculi *Quid est Papa? ep.* 3, §. 9, *pag.* 132, *tom.* 1, & Cl. Auctorem *Dissertationis, qua defenditur Romani Pontificis auctoritas in impedimenta Matrimonium dirimentia*.

(c) Berard. *J. E. U. Tom. III, Diss.IV. Qu. II, pag.* 145. Quoties obtinetur dispensatio extra Pœnitentiariam, suam vim exerit in utroque foro, seu interno sive externo: at si obtineatur in Pœnitentiaria, tantum vim habet in foro interno, præsertim quod Apostolicus executor munere impleto litteras dispensationis lacerare debeat, ut nullum supersit indulgentiæ monumentum. Solet autem in Pœnitentiaria obtineri dispensatio secreta, cum agitur de impedimento prius occulto Matrimonii jam contracti, cujus dissociatio sine scandalo fieri nequeat; atque modus in dispensatione exequenda servandus solet in rescripto ad confessarium regulariter directo præstitui, quem propterea executor adamussim implebit.

Quando vero mei instituti potissimum est de dispensationibus agere, quæ extra Pœ-

Pœnitentiariam impetrantur, observo duplicem esse dispensationum concedendarum formam, aliam nimirum, quæ dicitur forma gratiosa, & sui natura formalem, ut ajunt, seu juridicam causæ cognitionem exposcit. Dispensationes, quæ in forma gratiosa conceduntur, quod perraro contingit, nihilominus ex Concilii Tridentini decreto Sess. 22, de reform. Cap. 5, ab Ordinariis tamquam in hac parte delegatis Apostolicis, non tamen nisi summarie & extra figuram judicii cognoscendæ erunt, ne forte obreptionis vel subreptionis vitio laborent. Quæ autem in forma commissoria expediuntur, quod frequentius est, solent ad Ordinarium dirigi non oratoris, sed oratricis, cujus Ordinarii nomine venit Episcopus, aut ejus Vicarius in spiritualibus generalis; quod si Sedes Episcopalis vacet, ex stylo Curiæ dirigi solent ad viciniorem Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem, non ad Vicarium Diœceseos Capitularem. Porro quicumque sit Apostolicus Delegatus, maxime studere debet, ne Apostolicas litteras exequatur, priusquam ea, quæ in eisdem continentur, quæque discutienda mandantur, diligenter, non leviter & perfunctorie investiget; hinc inter cætera a testibus, quos ad examen veritatis admittet, jurejurando, quod testificantur, postulabit confirmari, monitione præmissa de jurisjurandi religione; item sedulo animadvertet, an singula, quæ in libello supplici vel in narrativa, ut vocant, rescripti, in quam libelli supplicis forma traduci solet, veritati per omnia consonent, ne forte ab una impedimenti specie, aut ab una ex propositis causis ad aliam utut æqualem, majorem, vel minorem dispensatio protrahatur.

Causæ dispensationum, circa quas præcipue munus executoris Apostolici versatur, hodie istæ receptæ sunt: nimirum fidei religionisque tuendæ, concordiæ familiarum aut publicæ tranquillitatis, provectæ ætatis, dotis incompetentis, angustiæ loci, scandali avertendi, item criminis evitandi. Præter has, quarum præcipua ratio haberi solet, & istæ ab aliquibus adjiciuntur, excellentia in Ecclesiam merita, conservatio illustris familiæ in eodem genere consanguineorum alias perituræ, ac demum conservatio facultatum in eadem cognatione, ne causa dotis aut muliebris patrimonii in aliam familiam distrahantur. Prima causa fidei religionisque tuendæ locum potissimum habet favore illarum provinciarum, in quibus Hæretici Catholicis permixti sunt; ac propterea subest periculum, ne, si duo Catholici forte consanguinei, affines, aliave simili necessitudine juncti invicem abstinere conjugio debeant, facile sint cum Hæreticis contracturi. Secunda concordiæ familiarum aut publicæ tranquillitatis locum habet, quando conjugium inter personas, quibus interdictum est, initum conciliare potest civium aut conjunctorum animos jamdiu diris contentionibus exagitatos. Tertia provectæ ætatis adducitur, cum puella (intellige de ea, quæ nondum nupta fuit, non de vidua, quæ vigesimum quartum ætatis annum excedit, neque aliam spem nuptiarum habet, quam contrahendarum cum eo, quocum contrahere prohibetur. Quarta dotis incompetentia est, quum ex. gr. consanguineus paratus est ad consanguineam ducendam & dotandam, alias destitutam competenti dote, qua non consanguineum paris conditionis inveniat. Quinta angustiæ loci adducitur, quum puella in angusto loco nata atque educata in eodem maritum invenire nequeat paris conditionis, nisi eum, cui nubere prohibetur. Sexta scandali avertendi est, quum ex. gr. consanguineus consanguineam violaverit sine animo tamen dispensationis ex eo impetrandæ, ut Matrimonium iniret; quamobrem famæ reorum aliter occurri nequeat, quam si legitimo conjugio conjungantur. Septima criminis evitandi, locum tamen habet in eo, qui continentiam simplici, ut ajunt, voto servaturum se Deo spo-

spopondit, & profitetur, se de voti implemento pene desperare. De postremis causis nihil adjicio, cum per se perspicue intelligantur. Hæc omnia, uti liquet, dispensationi locum faciunt Matrimonio contrahendo. Quid vero, si Matrimonium jam contractum fuerit ab illegitimis personis? Si id bona fide contigerit, vel id unum erit causa sufficiens dispensationis impetrandæ, vel quod ab initio irritum fuerat, valere incipiat dispensatione obtenta. At si contrahentes ab initio conscii fuerint impedimenti, præsertim si solemnitates requisitas in conjugio contrahendo neglexerint; voluit Concilium eos separandos esse, & spe dispensationis obtinendæ carere, sess. 24, cap. 5, de reform. Matrim. quod tamen ita intellige, ut difficilius dispensatio obtineri possit, nec nisi ex maxima & gravissima causa, & in qua publicum bonum versetur.

In dispensationibus concedendis consanguineis & affinibus diversorum graduum ratio habetur, immo etiam & diversæ qualitatis; nam ex. gr. facilius dispensatur in quarto, quam in tertio gradu, facilius item in affinitate, quæ ex illicita copula, quam quæ ex Matrimonio proficiscatur: quamobrem quæ causæ ad obtinendam in certo genere dispensationem sufficerent singulares, impetrandæ dispensationi in alio genere non æque facile valerent, nisi plures una concurrerent. Ajunt Tridentini Patres in cap. 5, sess. 24, de reform. Matrim. *In contrahendis Matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes & ob publicam utilitatem.* Quæ fuerit Sanctorum Patrum mens, nemo exinde non colligit; proinde cum in secundo gradu numquam dispensandum sit, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam, liquet, ea, quæ superius diximus de dispensationum causis, ad tertium vel quartum tantummodo cognationis gradum regulariter pertinere. Qui plura desiderat in hanc rem, Pragmaticos adeat, apud quos, cum potius de jure recepto agatur, quam de ea re, in qua certæ sint Ecclesiasticorum canonum expressæ constitutiones, & supplicationum formulas & singularum causarum vires ac nexus delineatos inveniet. Tantum addam hoc in loco, dispensatione cum effectu impetrata conjugium, si forte jam contractum antea fuerit, renovandum esse in facie Ecclesiæ, nullis solemnitatibus omissis, cum res ita sese habeat, ac si nihil eo usque actum esset, quod paria sint nihil agere & contra jus agere; licet tamen aliud observandum prudenter putem, ubi dispensatio est in Romana Pœnitentiaria, seu tantum in foro interno impetrata fuisset.





QU. XXX.

Ulla ne insit Episcopis potestas in constituendis Matrimonii impedimentis?

§. I. Dictum a nobis est atque ad ravim usque clamatum rationibusque luce meridiana clarioribus evictum, Episcopos duplici indutos esse persona, duplicique proinde Jurisdictione auctos, nimirum Episcopali & Diœcesana; illam divinitus sibi inditam, hanc ab hominibus sibi partam; illam a Christo Domino sibi datam (Joan. XXI), cum Apostolis suis *ligandi atque solvendi* potestatem concessit, hanc ab Ecclesia sibi factam, cum ad suas Diœceses sunt alligati; illam nonnisi, qua universis invicem cum suo capite conjunctis, hanc etiam, qua singulis seorsim ab aliis fungendam sibi traditam (Vid. sup. Lib. IV, qui totus est in hanc rem, & Lib. I, Qu. I); illius vi Episcopos habere jus subsellii in Universæ Ecclesiæ Conciliis, jus ferendi suffragii, jus sententiæ dicendæ, jus cum aliis Episcopis suo capiti junctis fidei, morum, disciplinæ canones toti Ecclesiæ describendi, atque extra Concilia jus accedendi vel intercedendi Summo Pontifici aut jubenti, aut vetanti, aut definienti, aut docenti universam Ecclesiam (Vid. sup. Lib. I, Qu. I, V, VI, VII, VIII, IX, & Lib. IV, Part. II, Lib. V); hujusmodi autem vi jus habere Episcopos in sua Diœcesi regularum condendarum, interpretandarum amoliendarum, laxandarum, tollendarum, jus fractorum canonum reos censuris ac pœnis coercendi, eisque liberationem culpæ erratique veniam concedendi, aliaque omnia peragendi, quæ bono suæ Ecclesiæ regimini conducere videntur (Vid. sup. Lib. IV, Part. III, Qu. I): illam utpote ab ipsis Christi manibus acceptam nulla humana vi, nullo temporum lapsu, nulla consuetudine frangi aut debilitari aut arrodi posse, hanc utpote ab Ecclesia mutuatam amitti posse, minui, atque auferri.

§. II. Hisce positis, tute ipse vides, quæ quantaque potestas insit Episcopis in constituendis Matrimonii impedimentis. Nam si loquimur de ea potestate, qua præditi sunt uti Episcopi, quamque divinitus insitam habent nullis quassabilem humanis viribus; ii hujusce potestatis vi jus habent accedendi vel intercedendi Summo Pontifici in Concilio vel extra Concilium constituenti Matrimonii impedimenta: quorum intercessiones si & numero longe admodum plurimæ & pondere maximæ erunt, vi tanta pollebunt, ut impedimenta ipsa

ipsa impediant. Sin autem loquimur de ea potestate, quam ancti sunt, uti Diœcesani, quamque ab Ecclesia adepti sunt variam, mutabilem, atque precariam; hæc sane, cum agitur de Matrimonii impedimentis, exiguis admodum cancellis circumdatur. Nam Ecclesia totum hoc negotium sibi Summove Pontifici reservavit, nec quidquam Episcopis (a) re-

(a) Benedict. XIV *de Synodo Diœcef. Lib. XII, Cap. V, num.* 1, *pag.* 69. In Diœcesi Valentina sæpissime eveniebat, ab uno eodemque cum pluribus sponsalia contrahi; atque inde fiebat, ut graves inter utriusque partis consanguineos orirentur discordiæ, & frequenter in judicio litigandum esset, quænam sponsalia prævalerent, aliisque forent præferenda. Ad prospiciendum Diœcesis tranquillitati & tot præcidenda litigia, rogatus fuit Archiepiscopus, ut in sua Synodo statueret nulla atque irrita in posterum futura sponsalia, quæ sine præsentia Parochi duorumque saltem testium contraherentur: sed prudens Archiepiscopus porrectis sibi precibus abnuit; tantam quippe potestatem sibi inesse non existimavit extendendi ad sponsalia decretum Tridentini *Seff.* 24, *cap.* 1, *de reform. Matrim.* quo irrita fiunt clandestina conjugia. Actum fuit de hac re in Sacra Congregatione Concilii, quæ Archiepiscopi sententiam approbavit, ejusque commendavit consilium: siquidem Tridentinum in citato decreto nihil innovavit circa sponsalia, eaque reliquit sub dispositione juris communis, juxta quod, etiam remotis arbitris, valide contrahuntur. Congregationis responsum habetur *Lib.* 3 *decretor. pag.* 99 & *pag.* 126. Legi etiam potest *nostra Instit.* 46, ubi prolixe de hac materia disseruimus.

Alter Archiepiscopus ad eliminandum abusum nimium in dies inolescentem, ut Matrimonium contracturi, nulla præmissa illius denuntiatione, infirmitatis prætextu Parochum arcesserent, & coram eo licet invito & reluctante ac duobus testibus Matrimonium inirent, Constitutionem promulgavit, qua adempta Parochis facultate assistendi Matrimoniis, quibus non præcessissent debitæ denuntiationes, Matrimonia ita contracta nulla atque irrita decrevit & declaravit. Sed re delata ad eamdem Congregationem Concilii, hæc, teste Cardinali de Lugo *Respons. Moral. lib.* 1, *dub.* 45, Archiepiscopo mandavit, ut quantocius suam revocaret Constitutionem: omissio quippe denuntiationum sine Episcopi dispensatione reddit utique Matrimonium illicitum, non tamen efficit invalidum: neque in Episcopi potestate est, novum statuere impedimentum dirimens, quod a solo Summo Pontifice potest induci; uti pluribus demonstrant Sanchez *de Matrim. lib.* 7, *disp.* 1, *num.* 9, & Pontius *lib.* 6 *de Matrim. cap.* 1, *num.* 12. Quocirca eadem Sacra Congregatio Concilii apud eumdem Sanchez *lib.* 3, *disp.* 21, *num.* 12, validum definivit Matrimonium celebratum coram Parocho, cui ab Episcopo sit generatim interdictum, ne Matrimoniis assistat: *Congregatio Cardinalium respondit, valere Matrimonium contractum coram Parocho, cui interdictum est ab Episcopo, ne interveniat*. Is enim adhuc est vere Parochus, suæque retinet parochiæ titulum, & propterea omnibus præstat qualitatibus, quas Tridentinum exposcit ad Matrimonii validitatem: prohibitio autem Episcopi solum operatur, ne ille licite, non itidem ne valide assistat.

Aliud esset de Matrimonio celebrato contra interdictum Papæ munitum decreto irritante: siquidem cum Papa possit per suam universalem legem novum impedimentum dirimens Matrimonio apponere, potest etiam in aliquo speciali eventu prohibere, ne inter peculiares personas Matrimonium contrahatur, simulque decernere, ut contra suam prohibitionem contractum sit irritum; quemadmodum adnotarunt Alexander de Nevo, & Calde-

reliquum esse voluit præter jus prohibendi nuptias (*b*), *si quando apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, quod dubitetur vel de aliquo impedimento, quod in contrahentibus lateat, vel de scandalo, quod ex Matrimonio futurum prævideatur, donec, quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis*. Cap. 3, de clandest. desponsat. *Si autem ii, quibus prohibitum publice, ne cui se copularent, spretis monitis Superioris nubere non formidaverint, ad domum propriam, omni appellatione & exceptione cessante, redire compellentur; & imposita iis pœnitentia de tanto excessu, postquam in domo per mensem vel ultra steterint, reverti permittentur & legitime invicem conjungi*. Cap. I, de Matrim. contract. contra Interdict. Eccl.

---

tinus *in Cap. Tua, de Sponsa duorum*, docentque Barbosa *in Cap. ad dissolvendam, num. 4, de desponsat. impuber.* Leaudet *Oper. moral. tom. 2, tract. 9, disp. 23, de impedimentis Matrimonii quæst. 3*, Becan. *in Summ. tit. de Sacram. cap. 49, quæst. 1, num. 6*, Schmalzgrueber *ad lib. 4 Decretalium tit. 16, num. 9*. Sola vero prohibitio sine decreto irritante producit dumtaxat impedimentum impediens, non autem dirimens Matrimonium: quamobrem Alexander III, *in Cap. Ex litteris de Matrim. contract. contra Interdict. Eccles.* validum pronuntiavit Matrimonium initum contra Episcopi inhibitionem, & adhuc pendente lite super prævііs sponsalibus a contrahentium altero cum alia persona stipulatis. Quod si idem Pontifex *in Cap. Tua Fraternitas, de sponsa duorum*, irritum declaravit Matrimonium contra Episcopi inhibitionem contractum, post aliud Matrimonium ante initum, sed nondum carnali copula consummatum; non ideo secundum Matrimonium irritum dixit, quia esset celebratum contra Episcopi interdictum, sed quia ei obstabat aliud Matrimonium, quod, licet dumtaxat ratum, adhuc tamen induxerat impedimentum dirimens alterius Matrimonii postea attentati: quod integram Decretalem legenti manifeste patet, ponderatque Gonzalez *in Cap. De muliere, de Matrim. contract. contra Interdict. Eccles. num. 2*.

Non prohibetur tamen Episcopus, severissimis pœnis illorum restrænare proterviam, qui contra interdictum Ecclesiæ Matrimonium contrahere præsumunt: quod cum communi tradit Sanchez *lib. 3, disp. 46, num 7*, notans insuper, eas pœnas non esse a jure præfinitas, sed ejusdem Episcopi permitti arbitrio.

(b) Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis. XXXVII, num. 3, pag.* 156: Primum impedimentum vocatur Ecclesiæ vetitum, & est prohibitio, quam facit Episcopus seu

ſeu ejus Vicarius, aut alius Officialis vel Judex ab Epiſcopo vel a Papa deputatus, ne Matrimonium contrahatur pro tali tempore; puta, donec lis introducta ſuper validitate Sponſalium terminetur; vel, ſi dubium ſit, an aliquod impedimentum inter contrahentes vigeat, veritas reperiatur; ſive, ſi aliquis ex conſanguineis vel affinibus reclamet contra tale conjugium, forſan ob diſparem conditionem Sponſorum, & periculum ſit alicujus ſcandali, Epiſcopus præcipiat ſuperſederi, nec deveniri ad contractum, ut interim, qui contradicit, placari poſſit ac ſuaderi, ne ulterius ſe opponat. Hæc itaque prohibitio eſt impedimentum impediens, qua durante, non licet Matrimonium celebrare abſque peccato; quamvis, ſi de facto celebretur, conjugium ſit validum, at gravibus pœnis contrahentes ſint plectendi. *Cap. I, de Matrim. contracto contra Interdictum Eccleſiæ.*



Q U. XXXI.



QU. XXXI.

Ulla ne insit Episcopis potestas in laxandis Matrimonii impedimentis?

§. I. QUI potestatem laxandi impedimenta Matrimonii Episcopo adjudicare nituntur, ii primigena Episcoporum jurisdictione freti sunt, quam Episcopis non secus ac Summo Pontifici divinitus datam volunt. At quænam est hæc primigena Jurisdictio Episcopis divinitus data? Anne ea, qua a Christo præditi fuerunt Apostoli, cum in ultima cœna sui commemorationem eis præcepit (Luc. XXII, 19)? At illa potestas fuit *Ordinis*, non *Jurisdictionis*. Neque enim Christus verbis illis: *Accipite, & manducate; hoc facite in meam commemorationem*, aliam Apostolis suis indidit potestatem, quam Sacrificii offerendi, virtutemque hanc cum aliis etiam communicandi, ut ævum in omne sui memoria recoleretur celebraretnrque (Vid. sup. Lib. IV, Qu. I).

§. II. Quam igitur aliam nobis primigenam Episcoporum potestatem memoras? Numne illam, qua Apostoli aucti fuerunt, cum Christus (Joann. XX) ligandi atque solvendi potestatem illis concessit? Verum illa potestas non singulis Apostolis divinitus tradita fuit, sed universis simul una cum Petro conjunctis (Vid. sup. Lib. I, Qu. V, & Lib. II, Præfat. ad Lector.), atque adeo Ecclesiæ suæ Senatui, cui subinde (Joann. XXI) præposuit Petrum (Vid. Sup. Lib. I, Qu. IV, §. XII) Si igitur de hac primigena Episcoporum jurisdictione loqueris, utantur illi sane in laxandis Matrimonii impedimentis, sed utantur non seorsim uti singuli, at conjunctim simul una cum suo capite (*a*), qua universæ Ecclesiæ Senatus. Nec vero quæ potestas universo Senatui data est, ea a singulis, inconsulto Sena-

tu,

(a) Devoti *Instit. Canonic. Lib. II, Sect. IX*, §. 117, *N.* 3, pag. 200: Episcoporum jurisdictio primigenia quidem sit, & a Christo immediate procedens; sed primigenius etiam est, essentialis, & a Christo institutus Primatus non dignitatis solum sed etiam jurisdictionis in Ecclesia universa. Utraque potestas primigenia est; sed utriusque ex lege divina propria est atque intima natura, ut altera

tu, geri poteſt. De hac ſane juriſdictione loquebatur S. Cyprianus de Unit. Eccl. cum ait, *Epiſcopatum unum eſſe, cujus pars IN SOLIDUM a ſingulis tenetur*. Epiſt. 66 ad Stephanum P.P. ſcripſit: *Copioſum eſt corpus Sacerdotum, concordiæ mutuæ glutine atque unitatis vinculo copulatum . . . Nam etſi Paſtores multi ſumus, unum tantum gregem paſcimus, & oves univerſas, quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit, colligere & fovere debemus*.

§. III. At quæ tandem eſt iſthæc tua primigena Epiſcopalis Juriſdictio, quam non ſolum Epiſcoporum corpori ſed ſingulis etiam ſolitariiſque Epiſcopis attribuis? Illa ne, quæ illis delata fuit tum, cum particularibus Eccleſiis ſinguli ſingulis præfecti ſunt? At hæc ſerius illis orta eſt, nec niſi multos poſt Chriſti ad Cœlos aſcenſum annos. Conſtat enim particulares Eccleſias non ante annum Chriſti trigeſimum ſeptimum ullas extitiſſe (Vid. Sup. Lib. V, Qu. II, & Lib. IV, Part. I, Qu. IX, §. 9). Nec initio ſtatim particularibus Eccleſiis præfecti fuerunt Epiſcopi ſingulares, ſed Presbyterorum Collegia; ac nonniſi ſub annum Chriſti ſexageſimum primum particularium ac certarum Eccleſiarum regendarum poteſtas ſingularibus Epiſcopis delata (Vid. ſup. Lib. IV, Part. I, Qu. IV, Qu. VII, Qu. XIII). Non igitur hæc juriſdictio ab ipſo Chriſto, ſed ab Eccleſia Epiſcopis tradita fuit. Quid quod non unorum Epiſcoporum propria ea eſt, ſed aliorum etiam Antiſtitum communis? Nam quemadmodum principio penes Presbyterorum Collegia, ita etiam nunc ea reſidet penes Cathedralium Eccleſiarum Capitula Vicarioſque Capitulares ac penes alios Antiſtites, ubi Epiſcopalis Sedes vacua eſt (Vid. Lib. V, Qu. XX, Lib. IV, Part. III, Qu. I, §. 3 & 4, Lib. VIII, Qu. XXVI, §. 4).

§. IV.

---

ra ſubſit, altera præſit. Chriſtus & Petrum ejuſque ſucceſſores toti Eccleſiæ præfecit non ſolum dignitate ſed etiam imperio, & ſimul Epiſcopis juriſdictionem dedit, ſed jurisdictionem ſubjectam ſuperiori poteſtati, in qua Principatum poſuit. *Jeſus Chriſtus ipſe*, inquit Clerus Gallicanus in comitiis extraordinariis diei 8 Maji 1728, *ſuâ inſtitutione limites præſcripſit huic poteſtati Epiſcopali, quam ſubjecit Sedi Petri, in qua poſuit plenitudinem Apoſtolicæ poteſtatis*. Reſervationes cauſarum Matrimonialium & cæteræ hujuſmodi nòn tollunt evertuntque primigeniam & eſſentialem Epiſcoporum jurisdictionem, quæ divinæ inſtitutionis eſt; tantum ejus exercendæ conſtituunt modum, qui a Chriſto definitus non fuit. Et vetuſtiori quidem ætate ea res tota fere pendebat a Synodis provincialibus, Metropolitis, Patriarchis, quos humanæ inſtitutionis eſſe, inter omnes conſtat: adeo verum eſt, primigeniæ, eſſentiali, & a Chriſto datæ Epiſcopis poteſtati non adverſari modum, qui in ea exercenda ſuperiori imperio ſtabilitur. Quod ſi hunc modum conſtituit Poteſtas, quæ tantum humana eſt; nonne id multo magis poterit præſtare poteſtas Summi Pontificis, hoc eſt poteſtas divinitus inſtituta? Si magis intrare volumus, potius hæ ipſæ reſervationes ad jus divinum referri poſſunt, quatenus videlicet jure divino Summo Pontifici in omnes Epiſcopos juriſdictio

§. IV. Ut igitur scire possimus, quæ quantaque ea sit jurisdictio, quam Episcopi uti singulares particularium certarumque Ecclesiarum Præfecti possident, videndum nobis est, quæ quantaque ea sit, quæ ab Ecclesia totius hujusce jurisdictionis proma conda sibi data, nec postea adempta fuit. Nec S. Cyprianus ad Antonianum atque ad Stephanum Papam scribens Ecclesiarum Præpositos *rationem propositi sui atque actus sui Domino esse reddituros*, hisce verbis significare voluit, potestatem, quam habent Præpositi Ecclesiarum regendarum, non Ecclesiæ, sed ipsi Christo Domino acceptam iis esse referendam, uti Aloysius Litta, Thomas Nestius, Petrus Tamburinus, aliique male feriati Theologi falso arbitrantur; nam Deus ab Ecclesiarum Præpositis rationem reposcet gestæ potestatis tum a Christo Domino in illos profectæ, tum ab Ecclesia in eos derivatæ.

§. V. At quorsum hæc omnia? Eo nempe spectant, ut intelligamus, Episcopos uti singulares particularium Ecclesiarum Præfectos non aliam demum in Matrimonii impedimentis laxandis usurpare posse potestatem, quam eam, quæ ab Ecclesia permissa (*b*) illis est. Istam autem habe ab Ecclesiasticorum canonum interpretibus hæc tibi tradentibus. „ Receptum in primis est, Episcopum dispensare posse in impedimentis, quæ vocantur a Pragmaticis „ tantum impedientia, eo excepto, „ quod oritur ex sponsalibus cum „ altero jam contractis, propterea „ quod sine gravi detrimento tertii „ hæc dispensatio indulgeri non posset: item eo excepto, quod oritur ex voto non conditionali perpetuæ continentiæ vel religionis „ ingrediendæ, propterea quod vota ista graviorem causam habeant dignamque, quæ uni Pontifici Maximo reservaretur. Item „ receptum est, dispensare Episcopum „ posse in impedimentis, quæ vocantur dirimentia, quoties agitur „ de Matrimonio jam contracto, „ dummodo hæc facti adjuncta concurrant: primo, conjugium sit so- „ lem-

ctio data est, & quatenus Christus ordinem inter Potestates omnino servandum constituit. Cujus quidem ordinis ea vis & natura est, ut inferiores subjecti sint superioribus, ut docet Petrus *ep. 1, cap. 2, v. 13: Subditi ergo estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive Ducibus &c.* Et Paulus ad Roman. c. XIII, *ver. 1: Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt a Deo, ordinata.* En ordinem inter Potestates a Deo constitutum, ut inferiores quantumvis potestate aliqua præditi *sublimioribus* subesse debeant. Consule Ballerinium *de potest. Ecclesiast. Summor. Pontific. cap. 1, §. 4, 5, & 6*, & doctissimum Mamachium in libro, quem nuper edidit Pisti Alethini contra Auct. Opusc. *Quid est Papa? ep. 1, 2, 3, fere per tot.*

(b) Vide Dissertationem Anonym. qua defenditur Romani Pontificis auctoritas in impedimenta Matrimonii dirimentia adversus Hæreticos Theologos Hierapoli an. 1786.

(c)

„ lemniter in facie Ecclesiæ celebratum, immo jam consummatum: „ secundo, bona fides contrahentibus fuerit, cui causam dedisset „ vel juris vel facti ignorantia: tertio, impedimentum sit occultum, „ nec facile sine scandalo deveniri „ ad separationem conjugum possit: „ quarto denique, nequeat commode referri res ad Pontificem Maximum, vel ob locorum distantiam, vel ob conjugum paupertatem, rusticatem, aliasve similes „ causas, ex quibus facile concluditur, Episcopalem hujusmodi dispensationem ad forum potius, „ ut ajunt, internum pertinere, neque in externo ullomodo suffragari, ac si in Romana Pœnitentiaria obtenta fuisset. Quoties vero „ agatur de Matrimonio necdum „ contracto, sed proxime contrahendo, nec dubitant Pragmatici adserere Episcopo facultatem dispensandi ab impedimento dirimente „ occulto, quum gravissima quædam „ urgeat causa, & nec Summus „ Pontifex adiri statim possit, nec „ Matrimonium sine scandalo in aliud tempus differri. Itaque, his „ exceptis casibus, hodie receptissimum est, Matrimoniales dispensationes esse Pontifici Maximo reservatas, nisi aliter legitime postulent singulares aliquorum Diœceseon consuetudines, vel singularia „ quorumdam Antistitum, qui præsertim Pontificis Maximi legatione funguntur, privilegia ". Consule Bened. XIV, *de Synodo Diœcesana Lib.* IX, *Cap.* II (c).

(c) Benedictus *XIV loc. cit. num.* 3: Sed quidquid sit de ea extraordinaria potestate, quæ ex præsumpta Summi Pontificis voluntate in aliquo eventu, urgentissimæ videlicet necessitatis & impedimenti occulti, competat Episcopis, nullum in præsens de ea ferimus, sed tantum differimus de ordinaria potestate dispensandi in quibusdam impedimentis dirimentibus publicis. Hanc potestatem communi fere calculo Doctores denegant Episcopo; quin immo Sacræ Urbis Congregationes, Concilii videlicet ac supremæ inquisitionis, non semel proscripserunt tamquam falsam & temerariam propositionem asserentem Episcopo jus dispensandi super impedimento dirimente publico, quod obsistat Matrimonio contrahendo, etiamsi gravis urgeat illud contrahendi necessitas; uti videre est apud Joannem Baptistam Rigantium virum apprime doctum *tom.* 4 *Commentarior. in Regal. Cancellar. in notis ad Regul.* 49, *num.* 1 & 2, ubi Sacrarum Congregationum responsa summa diligentia congesta per extensum, ut dicitur, referuntur, & Doctorum in hanc rem placita copiose allegantur. Et nihilominus aliquot Episcopi eamdem potestatem etiam nunc sibimetipsis adscribunt, & contra juris communis principia ac communem Doctorum sensum etiam in suis Synodalibus Constitutionibus sibi asserere quandoque non dubitant: & quod magis dolendum est, non desunt aliqui licet pauci Doctores hac in re Episcopis blandientes, quorum nonnulli innituntur prædicto axiomate, cujus falsitatem deteximus, alii vero innituntur diuturna consuetudine, per quam acquisitam decantant quibusdam Episcopis potestatem relaxandi aliqua impedimenta dirimentia, qua, spectato jure communi, carerent. Hinc Gibertus *Suarum Consultationum tom.* 12 *consult.* 59, *de Matrim.* absolute docet, Episcopos in

hoc negotio unice ſpectare debere ſuorum Prædeceſſorum praxim, libereque poſſe, legitima exigente cauſa, eas diſpenſationes indulgere, quas a ſuis Prædeceſſoribus conceſſas deprehenderint. Hinc pariter Natalis Alexander *Theolog. Dogm. & Moral. cit. lib.* 2, *de Matrim. cap.* 4, *art.* 13, poſtquam *reg.*11 auctoritatem diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimonium dirimentibus publicis & notoriis, uni vindicavit Romano Pontifici, inquiens: „ Hodierna Eccleſiæ diſciplina, ſecundum „ quam diſpenſationes in gradibus prohibitis conſanguinitatis vel affinitatis, aliiſve impedimentis dirimentibus Romano Pontifici reſervatæ ſunt, cum publicum impedimentum eſt, & de Matrimonio contrahendo agitur, non permittit, ut Epiſcopi his circumſtantiis diſpenſent. Cum enim ab Eccleſia univerſali, ſive illius Capite Romano Pontifice ſint inſtituta impedimenta Matrimonium dirimentia, diſpenſatio ſuper eis communi jure ad Caput univerſalis Eccleſiæ Romanum Pontificem, non ad Epiſcopum pertinent; ut colligitur ex Cap. Cum inferior, extra, de majorit. & obed. Conciliaque Provincialia plurima, Ritualia Eccleſiarum, Auctores omnes id confirmant, & auctoritatem diſpenſandi competere negant Epiſcopis, cum publicum impedimentum eſt, vel de contrahendo Matrimonio agitur": poſtquam (inquam) hanc communem doctrinam diſerte tradidit ac inſinuavit, *in ſequenti reg.* 12 eamdem in hunc modum limitat. „ Si tamen antiqua ſit & legitime præſcripta Diœceſis conſuetudo, ut Epiſcopus in quarto gradu etiam de contrahendo certis in caſibus diſpenſet, quia ejus Deceſſores hac uſi ſunt ab antiquo ad hanc uſque diem facultate, quæ a Sede Apoſtolica conceſſa creditur (quod in quibuſdam Galliarum Diœceſibus fieri novimus), de his diſpenſationibus haud movenda lis eſt: ſiquidem conſuetudo „ legitime præſcripta juri poſitivo præjudicat, uſuſque longævi non levis eſt auctoritas, ut dicitur Cap. Cum conſuetudinis, & Cap. Cum tanto, extr. de conſuet." Hinc denique nonnulli Gallicani Epiſcopi, ut narrant Pontas *in verb. Diſpenſatio Matrimonii caſ.* 35, Herminier de Sacramentis *tom.* 3, *cap.*17, Auctor Collationum Eccleſiaſticarum Pariſienſium ſub Cardinali de Noailles *tom.* 3, *lib.* 5, *collat.* 2, *cap.* 2, Gerbeſius in Tractatu, quem edidit *de poteſtate Eccleſiæ & Principum ſuper impedimentis Matrimonii*, & Saintebeuve *tom. I reſolut. caſuum conſcientiæ caſ.* 66 & 67, uſum prætexentes ſuorum Deceſſorum diſpenſant in impedimento quarti, & alicubi etiam tertii gradus conſanguinitatis ſeu affinitatis; & alii jus ſibi vindicant relaxandi inſuper impedimenta cognationis ſpiritualis, criminis, & publicæ honeſtatis, licet alii ejuſdem Regni Antiſtites, obſervante eodem Saintebeuve, ſibi integrum non eſſe arbitrentur, ab ullo cujuſcumque generis canonico impedimento Matrimonium dirimente quemquam ſolvere: prout ſcilicet, ſicuti idem Auctor proſequitur, fert diverſa, quæ in qualibet Diœceſi inolevit, conſuetudo. Ab eadem quoque conſuetudine, quæ ex privilegio & indulto Apoſtolico initium ſumpſiſſe cenſenda ſit, contendunt ſimiliter Epiſcopi Leodienſes, ſe poteſtatem adeptos diſpenſandi in quarto & tertio hinc inde conſanguinitatis gradu: *ſi imminens appareat periculum defectionis partium ad vicinos Fidei hoſtes, mutuæ internecionis parentum & amicorum inter ſe ob corruptam puellam, & partes non habeant media recurrendi ad Urbem*: quemadmodum referunt Leſſius *in Auctar. Verb. Matrimonium caſ.* 9, Gobat *Theolog. experim.tract.* 9, *num.* 596, & Van-Eſpen *Jur. Eccl. Univ. tom.* 1, *part.* 2, *tit.* 14, *cap.* 1, *num.* 11, quod tamen jus ſibi non arrogare alios Belgii Epiſcopos, ne eos quidem, quorum Diœceſes auctoritate Pauli IV a Leo-

Leodiensi divulsæ sunt, opportune animadvertit Zypæus *ad tit. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris num.* 3.

Verum, sicuti graviter errant, qui potestatem, de qua agitur, Episcopis adjudicant unice freti illo axiomate, cujus falsitatem plurima Concilia Provincialia, Ritualia Ecclesiarum, Auctoresque omnes agnoscere, fatetur etiam citatus Natalis Alexander *in allegata regula* 11; ita periculum est, ne se aliosque decipiant, qui eam a consuetudine mutuantur. In primis enim prudenter dubitari potest, an ejusmodi consuetudo in Florentissimo Galliarum Regno Apostolicæ Sedi obsequentissimo & Sacrorum canonum religiosissimo custode ullo umquam tempore viguerit; cum non solum contingere potuerit, hunc illumve Episcopum in hoc aut illo impedimento dispensasse ex privilegio sibi a prima Sede specialiter concesso, sed etiam ita rem se habuisse constet ex regestis sacræ Congregationis de Propaganda Fide & sancti Officii, in quibus frequentes adnotatæ reperiuntur hujusmodi speciales concessiones Episcopis Gallicanis indultæ dispensandi super impedimentis tertii & quarti gradus: unde Ducasse Auctor Gallicanus *in sua practica Jurisdictionis Ecclesiasticæ cap.* 10, *sect.* 7, scribit, timoratæ conscientiæ & excellentis doctrinæ Gallicanos Episcopos dispensasse post indultum sibi a Sede Apostolica concessum, & a dispensatione abstinuisse, postquam cessaverat nec fuerat renovatum indultum, quod ad certum tempus obtinuerant. In hac autem dubietate non licere Successori similes dispensationes elargiri, recte adnotavit idem Natalis Alexander *in fine cit. regul.* 12, scribens: „ At si dubitet vel „ merito dubitare debeat Episcopus, an „ dispensationes a suis Decessoribus con„ cessæ sint ex privilegio reali & perpe„ tuo, an ex privilegio personali, dis„ pensare non potest, nisi & ipse dispen„ sandi privilegium a Summo Pontifice „ obtineat. In re enim Sacramenta spe„ ctante non licet minus probabilem ac „ minus tutam opinionem sequi, relicta „ probabiliore atque tutiore ".

Quod autem aliquot Galliarum Episcopi ex privilegio mere personali, non vero ex consuetudine nacti sint facultatem super aliquo impedimento dispensandi, inde etiam conjicimus, quod ex una parte incredibile videatur, talem consuetudinem intra unius vel alterius Diœcesis limites constitisse, nec conterminas permeasse; id quippe evenire vix potuit in re Episcopis favorabili, atque in Regno servandæ inter Pastores disciplinæ morumque concordiæ & unitatis studiosissimo: ex alia vero scimus, quamplurimos Galliarum Antistites diserte declarasse, sibi fas non esse, ullum auferre seu relaxare impedimentum Matrimonium dirimens: siquidem Concilium Turonense anni 1583, *tit.* 9, *de Matrim. tom.* 10 Collectionis Harduini, *col.* 1405, definivit: *In quarto consanguinitatis & affinitatis, necnon cognationis spiritualis prohibitis gradibus, Episcopis dispensare non licere declaramus.* In Concilio Tolosano anni 1590, *cap.* 8, ibidem col. 1804, legimus: *Quos cognationis gradus impedit, licet jam legibus solutos & dispensatos, nisi visa prius Summi Pontificis dispensatione, in Matrimonii conjunctionem Parochi non recipiant.* Synodus Lyngonensis apud Natalem Alexandrum *cit. regul.* 12, post enumeratas personas in aliquo usque ad quartum gradum consanguinitatis inter se conjunctas, ait: *Inter istos non est legitimum Matrimonium, nisi cum eis sit per Sedem Apostolicam dispensatum*: idemque sancitum atque declaratum reperiri in Synodo Trecensi idem Natalis Alexander testatur. Additque Diot in Opere, cui titulus *Sacramentarium Pastorum tract.* 13, *de dispensationibus matrimonialibus cap.* 8, *pag.* 213, *edit. Parisien. an.* 1709, in generali Congregatione Episcoporum & universi Cleri Gallicani declaratum esse, dispensa-

 tio-

tiones omnes Matrimoniales ad solum Papam pertinere, & Parlamentis esse obsistendum, si aliquando Episcoporum dispensationes admittant. Quis autem credat, tot Gallicanos Episcopos suæ jurisdictionis tenacissimos sibi sponte abjudicasse eam auctoritatem, quam passim viderent ab aliis finitimarum Diœcesium Præsulibus jure Ordinario & mere delegato exerceri?

At etiam dato, in aliquam diœcesim irrepsisse consuetudinem, de qua contenditur, ut per eam collatum dicamus Episcopo legitimum jus auferendi impedimenta a Conciliis Œcumenicis aut a Summis Pontificibus inducta; diligenter prius examinandum est, an ea consuetudo omnes habuerit conditiones necessarias, ut potuerit prævalere legi Episcopo inhibenti, ne Superioris statutum infringere aut quoquo modo relaxare præsumat. Quin immo cum talis consuetudo non solum tendat ad abrogandam legem, verum etiam ad tollenda & minuenda jura uni competentia Romano Pontifici; præter cæteras conditiones necesse est, ut centum ad minus annorum spatio sine ulla interruptione perseveraverit. Quocirca citatus Van-Espen *Jur. Eccl. Univers. part.* 2, *tit.* 14, *cap.* 1, *num.* 11, ut Episcopo Leodiensi auctoritatem astruat dispensandi in tertio & quarto, & in tertio hinc inde consanguinitatis seu affinitatis gradu, eamque ex legitima consuetudine ab eo acquisitam evincat, ejusmodi consuetudinem contendit esse immemorabilem. Ad consuetudinem quoque, cujus initii memoria non extet, confugit citatus Auctor Collationum Parisiensium *tom.* 3, *collat.* 2, §. 2. Verum postremo & potissimum considerandum est, an per eam consuetudinem, si qua inoleverit, *dirumpatur nervus Ecclesiasticæ disciplinæ*: in quo eventu numquam per eam adversus legem præscribi declaravit Innocentius III *in Cap. Cum inter de consuet.* Nam porro prædicta consuetudo ejusmodi inficiatur vitio, potius quam a nobis, præstat audire a Gallicano auctore Cabassutio, qui *cit. lib.* 3, *cap.* 27, *num.* 6, loquens de auctoritate dispensandi, quam sibi vindicant nonnulli suæ nationis Præsules, hæc habet: „ Si in oppositum reclamantibus Conciliis Œcumenicis, quæ hanc potestatem uni Summo Pontifici Legatoque reservant, sibi ausint vindicare Gallicani ducenti circiter & quadraginta nimirum Episcopi cum suis Vicariis seorsim in suis Diœcesibus singuli pro suo arbitrio hujusmodi licentiam, ingruet profecto tota Gallicana ditione admodum exuberantior & inordinatior inter eos, tamque diversa sibi aliisque indulgentium Prælatorum capita, in dispensandis Matrimoniis licentia. Quin etiam si per universum regnum ita invalesceret consuetudo (quod malum Deus avertat), contingeret demum, ut quilibet laici etiam subalternorum tribunalium Judices per captionem & distractionem bonorum Episcopalium ipsosmet Episcopos cogerent pro suo peculiari aut amicorum aut partium postulantium affectu ad sic dispensandum, sicut jamdudum compellunt invitos ad monitoria & excommunicationes decernendas; sicque simile quid illis obveniret Divinæ huic apud Isaiam comminationi: Pro eo quod abjecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, propter hoc ecce adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas. Sic enim renuentes hac in parte summo universalis Ecclesiæ Pontifici subjici compelluntur indignissime laicorum Judicum infimorum decretis obtemperare, aut propriorum fructuum, ni pareant, interceptionem ac privationem pati. “ Et post adducta modo a nobis relata loca Conciliorum Turonensis & Tolosani inanem decernentia hac in re dispensationem, quæ a Summo Pontifice non dimanarit, concludit Cabassutius: „ Sane istæ ab Episcopis concessæ dispensationes pro contrahendis conjugiis aut

„ nul-

„ nullitatem aut incertitudinem causant „ Sacramenti. At vero in re Sacramentaria unanimes docent Theologi, non „ esse licitum quidquam incerti adhibere „ eo certo medio prætermisso, quod adhiberi possit. Atque ita licentia ista vel „ nefariam inducit Sacramenti nullitatem, „ aut ad summum, tutiore simul & probabiliore opinione rejecta, minus probabilem nec tutam in tanti momenti „ Sacramento consectatur opinionem. “

Huic Cabassutii monito morem gerant Episcopi, & nullius consuetudinis prætextu eam exerceant facultatem, quam dubiam saltem atque incertam esse dissimulare non possunt. Quod si quis eam sibi certo competere obstinate contendat, adhuc abstineat, oportet, ab illa in sua Synodo ostentanda, & Synodali statuto sibimet ipsi asserenda: etenim (ut inferius suo loco demonstrabitur) ne ea quidem, quæ Episcopis certo licent ex tacita permissione & conniventia Apostolicæ Sedis, possunt ab iisdem per Edictum aut Synodalem Constitutionem decerni, & juri suo ordinario quodammodo attribui; id quippe manifestam saperet ambitionem, qua viderentur se quodammodo æquiparare Summo Pontifici, ejusque affectare supremam jurisdictionem.

Quare si aliquis Antistes ob nimiam suæ Diœcesis ab Urbe distantiam, aliamve legitimam causam, necessariam sibi reputet auctoritatem dispensandi in uno aut pluribus impedimentis Matrimonium dirimentibus, eam exposcat a Romano Pontifice, qui eam petentibus impertiri non renuit, nunc magis, nunc minus amplam pro temporum & locorum varietate.



Q U. XXXIII.



QU. XXXII.

Potestas ponendi impedimenta Matrimonii inest ne etiam Magistratui civili?

§. I. QUI potestatem ponendi impedimenta Matrimonii Sacerdotio vindicavimus, iidem hanc potestatem & Imperio asserere non dubitamus. Duo insunt in Matrimonio. Alia insita & innata, alia assumpta & adventitia. In illorum numero ponuntur individua vitæ conjunctio, liberorum procreatio & educatio, atque patria potestas; in horum classe numerantur dos, hæreditas, successio, ac dignitates. Illa ante omnem civitatem extiterunt, ipsasque civiles societates pepererunt, proindeque unis naturæ ac Religionis legibus obnoxia. Hæc diu post conditas civitates Matrimonio accesserunt, ac ipsam civilem societatem parentem suam vocant, propterea que ejus imperio legibusque subjecta.

§. II. Impedimenta, quæ civiles Leges Matrimoniis inferunt, numquam certe maritos ab uxorum suarum complexu divellent, nec conjuges ab mutuis officiis sibi invicem præstandis retraxerint; illud solummodo efficient, ut, quæ dicta Matrimonii dos fuit, nulla sit, ut filii in hæreditatem paternam lege agere non possint, nec ad honores legitimis nuptiis decretos contendere valeant. Huc sane spectabant lex unic. Cod. Theodos. de Nupt. qua cautum erat, ne inter cives Romanos & Peregrinos nuptiæ conciliarentur; huc lex ultima §. 1, ff. de Senator. qua vetita erant connubia inter Senatores & Libertinas; huc leges 15, ff. de Sponsalib. & 59, ff. de ritu Nuptiar. quibus tutores ac curatores prohibebantur pupillas atque minores sibi uxores adjungere; huc denique Gallorum Regum edicta, ut nequis filiusfamilias invitis parentibus, nequis Princeps regali sanguine ortus, Rege inconsulto, ullo nuptiali fœdere possent devinciri (*a*).

§. III.

(a) Benedictus XIV *de Synod. Diœcef. Lib. IX*, *Cap. XI*, §. 2, *pag.* 205. Jure communi Cæsareo irrita fiunt Matrimonia inita a filiisfamilias sine consensu parentum; uti probant textus *in princip. Instit. de nuptiis*, *& in l. Nuptæ* 2, *ff. de ritu nuptiar.* in quorum primo habetur: *Si filiifamiliarum sint*, *consensum*

§. III. Cum disceptatum fuit in suprema Curia Parisiensi anno 1634 & in Comitiis Cleri Gallicani de Matrimonio, quod Dux Aureliæ iniverat cum Margarita Lotharingia, inconsulto atque adeo invito Ludovico XIII Galliarum Rege, toti huic disceptationi finem attulisset ille,

---

sum habeant parentum, *quorum in potestate sunt; nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio suadet in tantum*, *ut jussus parentis præcedere debeat*: & infra: *Si adversus ea*, *quæ diximus*, *aliqui coierint*, *nec vir*, *nec uxor*, *nec nuptiæ*, *nec Matrimonium*, *nec dos intelligitur*: in altero dicitur: *Nuptiæ consistere non possunt*, *nisi consentiant omnes*, *idest qui coeunt*, *quorumque in potestate sunt*. Equidem non ignoramus, Cujacium *in lib. 35 Pauli ad edictum ad l. 2 & 10, de ritu Nuptiar.* & Dionysium Godefridum *in l. Filius*, *ff. de ritu Nuptiar.* contendere, per præfatas leges non irritas, sed solum illicitas decerni nuptias, quas filiifamilias contrahunt, invitis ac insciis nec consentientibus parentibus, sub quorum sunt potestate: neque nos præterit, hanc opinionem fulciri auctoritate Pauli Jurisconsulti, qui *l. 2 sent. tit.* 14, scripsit: *Eorum*, *qui in potestate patris sunt*, *sine voluntate ejus Matrimonia jure non contrahuntur*, *sed contracta non solvuntur*; *contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur*. Verum non ita sentiunt alii eruditi viri, quibus prædictorum Juris textuum verba adeo perspicua videntur, ut indubitanter asserant, per illa infirmari conjugia filiorumfamilias, quibus paternus consensus non adjecerit vires: quin immo Vinnius *ad lib.* 1 *Instit. tit.* 10, perpendens verba illa Justiniani, *ut jussus parentis præcedere debeat*, hæc insuper adnotavit: *Jussus*, *idest consensus aut potius assensus parentis in nuptiis filiorum adeo necessarius est*, *ut etiam præcedere debeat*, *neque ratihabitione patris retro legitimæ fiant*; *nimirum cum ratihabitio in iis tantum locum habeat*, *quæ non statim ipso jure nulla sunt*, *sed aliquo modo consistunt*, *aut pendent*. Quod vero attinet ad locum ex Paulo Jurisconsulto allegatum, hac ipsa de causa, quod scilicet aperte contradicat citatis legibus, quas certissimum est Imperatorem Justinianum ex ejusdem Pauli Jurisconsulti sententia inseruisse corpori Juris a se promulgati, non immerito suspicantur plerique, quos sequitur Juenin *tract. de Sacram. dissert.* 10, *quæst.* 5, *art.* 2, illum non esse Pauli, sed Aniani cujusdam, qui Theodosianum Codicem tempore Alarici Gothorum Regis notis illustravit. Nec mirum tantam ab Imperatoribus tributam potestatem parentibus in filiorum nuptias; adhuc enim remanebant rudera illius immoderatæ potestatis patriæ, quæ, auctore Romulo, diu viguerat apud Romanos, cujus ratione *licebat parentibus loris cædere filios*, *carcere coercere*, *in agros ad opera rustica vinctos amandare*, *venundare*, *denique interficere*: quod totidem verbis refert Dionysius Halicarnasseus *lib.* 2, *pag.* 46. Hinc, teste Lactantio *Instit. lib.* 4, *cap.* 3, filii dicebantur *servire patri*. Quin immo liberorum conditionem in quibusdam fuisse duriorem conditione servili, observant idem Lactantius, & Servius ad Virgil. *Eneid. XI*, *vers.* 143. Quamvis porro hæc parentum in filios immoderata jura, quæ certe barbariem sapiebant, cultioribus Romanæ Reipublicæ temporibus fuerint valde imminuta; nihilominus tamen Justiniani ætate tantam patentes retinebant in filios potestatem, ut idem Imperator §. 2, *Instit. de patria potestate* affirmaverit: *Nulli alii sunt homines*, *qui talem in liberos habeant potestatem*, *qualem nos habemus*. Quocirca, cum leges Cæsareæ viribus carere voluerint Matrimonia a servis contracta, non consenti-

le, qui docuisset, filios ex eo Matrimonio orituros ab regia successione exclusos fore, omnibusque iis juribus prohibitos, ad quæ cæteroquin ab legum beneficio vocati fuissent, illius tamen Matrimonii vinculo salvam rem esse atque incolumem.

§. IV. Sunt, qui inter Matrimonia

---

tibus dominis, quorum subsunt dominio; mirum non est, earumdem edicto fuisse robur ademptum conjugiis a filiisfamilias celebratis sine coosensu parentum, sub quorum potestate existunt.

Utrasque civiles leges tam videlicet, quæ servorum, quam quæ filiorumfamilias solo contrahentium consensu inita Matrimonia infringebant, quondam ratas habuit Ecclesia: etenim S. Basilius *epist.* 199, *Canonica* 2 *ad Amphilochium can.* 4, *tom.* 3 *Oper. pag.* 296, ait: *Matrimonium sine iis, qui potestatem habent, sunt fornicationes. Neque ergo vivente patre, neque hero, qui conveniunt, extra reprehensionem sunt; quemadmodum, si annuant cohabitationi, quos penes hujus rei est arbitrium, tunc firmitatem conjugii accipit cohabitatio.* Et Concilium Aureliaoense IV, anni 541, *can.* 22, *tom.* 2 Collectionis Harduini *col.* 1439: *Ut nullus per imperium potestatis filiam competere audeat alienam, ne conjugium, quod contra parentum voluntatem impie copulatur, velut captivitas judicetur; sed, sicut est prohibitum, non admittatur. In his, qui perpetraverint, excommunicationis severitas pro modo piaculi imponatur:* & *can.* 24, loquens de conjugio servorum decrevit: *Quæcumque mancipia sub specie conjugii ad Ecclesiæ septa confugerint, ut per hoc credant, posse fieri conjugium; minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a Clericis defensetur:* & paucis interjectis complectens tam servorum, quam filiorumfamilias Matrimonia clanculum & propria auctoritate inita, addit: *De qua re decernimus, ut parentibus aut propriis dominis, prout ratio poscit personarum, accepta fide excusati, sub separationis promissione reddantur; postmodum tamen parentibus atque dominis libertate concessa, si eos voluerint propria voluntate conjungere.* Concilium Cabilonense II, anni 813, *can.* 30, relato a Gratiano in *Can. ult.* 29, *quæst.* 2, postquam dixit: *Nobis visum est, ut conjugia servorum non dirimantur*, hanc statim limitationem adjecit: *Ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem dominorum.* Ac denique, ut alia prætereamus, quæ ad rem congessit Gonzalez *in Cap. fin. de conjugio servorum num.* 3 *& seq.* Ahyto Episcopus Basileeosis in suo Capitulari sæculo IX edito apud Harduinum *tom.* 4, *col.* 1244, *can.* 21, edixit: *Ubi vero mancipia non unius, sed diversæ potestatis juncta fuerint, nisi consentientibus utrisque dominis, hujusmodi copulatio rata non erit.*

Verum postea consultius visum est Ecclesiæ præfatas civiles leges pluribus sæculis a se aut approbatas aut toleratas corrigere & abrogare; statuitque, ut deinceps nuptiarum validitas a solo penderet contrahentium consensu, nequaquam autem a outu eorum, sub quorum domioio vel potestate contrahentes existunt; quod generatim sancitum legimus *in Cap. Cum locum de Sponsal. & Matrim. in Cap. Licet, & in Cap. Tua, de Sponsa duorum*; speciatim vero de servis rescripsit Hadrianus Papa ad Archiepiscopum Salisburgensem *in Cap. Dignum, de conjugio servorum: Nec inter servos Matrimonium debeat ullatenus prohiberi; & si contradicentibus dominis & invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc Ecclesiastico judicio dissolvenda:* ac tandem de filiisfamilias post alias sanctiones indicatas a Juenin *cit. diss.* 10, *quæst.* 5, *cap.* 3, *artic.* 1, definivit Tridentinum *sess.* 24, *cap.* 1, *de reform. Matrim.* ubi anathemate

nia Christianorum & Paganorum discrimen positum volunt, ajuntque ea impedimenta, quæ ab civilibus legibus inferuntur Matrimonio Paganorum, obstare non solum hæreditatibus ac successionibus, sed etiam ipsius

---

æ perculit, *qui falso affirmant, Matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse.*

Quamobrem non licet hodie easdem civiles leges jamdiu ab Ecclesia recisas excitare, earumque obtentu firmitatem adimere aut servorum aut filiorumfamilias connubiis, quibus domini vel parentes non annuerunt. Quod autem affirmat Boehmerus *Jur. Eccl. Protestantium lib.* 4, *tit.* 9, §. 6, nempe in Pomerania, Westphalia, & Bohemia, ubi adhuc remanent vestigia antiquæ servitutis, & etiam hodie reperiuntur *homines proprii*, hoc est existentes sub dominorum proprietate, istorum connubia non aliter esse valida, quam ex dominorum consensu; aut est accipiendum de servorum conjugiis quoad effectus civiles, aut non est admittendum a Catholicis illis in regionibus degentibus, qui sanctioribus Ecclesiæ legibus reguntur. Intra fines pariter pœnarum civilium concluditur edictum a Christianissimo Rege Henrico III, in comitiis Blesensibus anni 1579, *art* 40, promulgatum, atque a Ludovico XIII anno 1629 & 1639 renovatum, quo nulla & invalida declarantur Matrimonia a filiisfamilias contracta sine consensu parentum: illud siquidem verbum *invalida non esse aliter explicandum, quam per solam relationem ad contractum civilem*, ejusdem Ludovici nomine Clero Gallicano responderunt Regii commissarii; uti habetur *tom.* 3 *rerum & decretorum Cleri Francici*, testaturque Loverus in Parisiensi Senatu Consiliarius *tit.* 6, *litt.* M. scribens: „ Nullitas Matrimonii proveniens ex defectu conditionum, quas „ requirit articulus 40 Blesensis Constitutionis, nullatenus attingit ipsum Sacramentum, quod nihilominus in isto „ Matrimonio existit: non agitur de Sacramento Matrimonii aut ejus essentialibus cæremoniis, sed de validitate conventionum matrimonialium, de accessoriis Matrimonii, de dotis validitate, & communitate inter virum & uxorem: quæ conventiones non dependent ex theologicis decisionibus, sed ex edictis in Parlamento verificatis. " Idem ostendit Isaacus Habertus Episcopus Vabrensis *in libro de justitia connubialis edicti a Ludovico XIII conditi*, ubi hæc habet: „ Non multum laborandum est de conciliandis Regiis edictis cum Ecclesiæ sententia: nullo siquidem umquam edicto Matrimonia filiorumfamilias invalida ac nulla esse absque consensu parentum tutorumque constitutum est, etsi hic error multis imposuerit. Prohibita quidem sunt, sed invalida & nulla esse haudquaquam definitum. Unde etiam Decessorum suorum vestigiis insistens Rex Christianissimus Ludovicus, ea iterum prohibuit ac austerius interdixit: invalida tamen ac nulla esse contra Tridentinæ Synodi Decretum ac Theologorum unanimem etiam in regno suo sententiam minime sanxit". Ita tradit Cabassutius *in theor. & prax. Jur. Canon. lib.* 3, *cap.* 26, *num.* 6 & 7, ubi Brodeum carpit, quod Regium edictum ad ipsam etiam Sacramenti rationem protraxerit. Idem docet Gerbasius in libro, quem inscripsit *Tractatus pacificus &c. pag.* 504. Idem Natalis Alexander *Theolog. Dogm. & Mor. lib.* 2, *De Sacram. Matrim. cap.* 2, *art.* 3, *prop.* 1. Quocirca nescimus, qua ratione Juenin *eis. diss.* 10, *cap.* 3, *art.* 2, metuerit suum calculum adjicere tot Doctorum Gallicorum sententiæ Regia etiam declaratione firmatæ, & decidere noluerit, an revera in Gallia Matrimonia

fius Matrimonii vinculo; fecus autem dicendum de Matrimonio Chriftianorum utpote colligato cum Sacramento, hujus enim vinculum humanis legibus obnoxium neutiquam effe. Ego vero Chriftianorum Matrimonium non magis ab civilium legum jugo immune effe exiftimo, quam Paganorum. Nam Chriftus Dei Filius civile imperium nulla ex parte immi-

---

nia inita a filiisfamilias fine confenfu parentum fint valida quoad fubftantiam, etfi civilibus effectibus deftitui nemo dubitet. Neque extra inftitutum vagari fumus, dum hæc prolixius enarravimus; fiquidem verebamur, ne Epifcopi, prædicti Juenin aliorumque contra communem fapientiorum Galliæ Doctorum fenfum iidem fcriptitantium auctoritate decepti, non audeant in fuis Synodis declarare Matrimonia a filiisfamilias, invitis ac infciis parentibus, contracta, etfi illicita, valida tamen effe; ac proinde integrum non effe contrahentibus, quamdiu eorum alter fuperftes eft, alias nuptias inire: quam profecto Synodalem declarationem ad confulendum animarum faluti non folum utilem, fed maxime neceffariam reputamus.

Natalis Alex. *Theol. Dogm. & Moral. Lib. II, de Sacram. Matrim. Cap. II, Art. III, Prop. I, Tom. III, pag.* 68: Itaque Sancta Synodus Tridentina Seff. XXV, *de Reform. Matrim.* cap. 1, jure damnandos illos cenfuit, *Ut eos anathemate damnat, qui falfo affirmant, Matrimonia a filiisfamilias fine confenfu parentum contracta irrita effe, & parentes ea rata vel irrita facere poffe.*

Anathema illud Tridentini Concilii Lutheranos & Calvinianos Hæreticos ferit, qui pertinaciter afferebant, Matrimonia filiorumfamilias folo parentum diffenfu aut confenfu irrita vel legitima effe jure naturali & divino, nulloque habito refpectu ad leges Ecclefiæ.

Legibus quidem Romanis irrita fuiffe conjugia filiorumfamilias invitis parentibus contracta, pleræque Digefti & Codicis leges probant. Tit. *de ritu Nuptiarum*, & *Juftinianus* Lib. I *Inftitutionum*, cap. 10, *de Nuptiis*; fed irrita dumtaxat declarare potuerunt quoad civiles effectus, non autem quoad fubftantiam & quoad rationem contractus ac Sacramenti. Sane Jus Romanum intellexit *Paulus* Jurifconfultus Lib. II fententiarum Tit. XIV, fcribens: *Eorum, qui in poteftate patris funt, fine voluntate ejus Matrimonia jure non contrahuntur; fed contracta non folvuntur: contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.* Idem confirmat Formula XVI inter illas, quas illuftris Bignonius fub hoc titulo edidit, *Formulæ veteres fecundum legem Romanam*, quæ fic habet: *Viventibus patribus, inter filiosfamilias fine voluntate eorum Matrimonia non legitime copulantur, fed contracta non folvuntur.* Si ergo patet juftam rationem habuit non probandarum hujufmodi Nuptiarum, injuftæ Nuptiæ, injufta uxor, injufti liberi. *Nulla dos, nulla uxor*, ut *Juftinianus* ait, in *Inft. De Nuptiis*. Non tamen diffolvitur Matrimonium etiam jure civili Romano, ut explicant infignes & eruditi Jurifconfulti *Cujatius, in Lib. 35. Pauli ad edictum. Ad L. 2 & 10, De ritu Nuptiarum, & Dionyfius Gedefridus in L. Filius ff. de ritu Nuptiarum.*

Nec aliter intelligenda funt Regum Chriftianiffimorum Edicta, quæ Matrimonia filiorumfamilias invitis parentibus *Invalide contracta* declarant, *invalide* (inquam) quoad effectus quofdam civiles, non quoad fubftantiam Contractus, qui materia Sacramenti proxima eft, ut conftat ex *Henrici* II Conftitutione Parifiis edita anno 1566, ex Conftitutione *Henrici* III Blefis edita anno 1579, ar. XLI, Con-

minutum voluit; sed quam potestatem Magistratus in suorum civium Matrimonia antea habebant, eamdem ipsam & postea in Christianorum Matrimonium habere voluit. Verum illud ajo atque affirmo, numquam Regiæ dignitati eam insedisse potestatem, quæ ullius Matrimonii vinculo leges imponere posset. Id perspicuis verbis nos docuit ipse Christus, cum de Matrimonio non Christianorum, sed Judæorum verba faciens humanarum legum vim perferre coacto, ait, principio rem non ita se habuisse, omnesque eas leges, perinde ac si latæ numquam essent, nullo in numero esse habendas, ac cujuscumque Matrimonii vinculum nulla humana vi perrumpi posse. *Ab initio non fuit sic: quod Deus conjunxit, homo non separet* (Vid. sup. Qu. XX, §. 2).

Constitutionibus *Ludovici* XIII, editis anno *1629* & *1639*; quibus quidem ab omni hæreditate repelluntur filiifamilias, qui parentibus invitis Matrimonium contraxerint, omnibusque juribus & commodis vi matrimonialium contractuum & testamentorum, Legumve ac consuetudinum Municipalium beneficio illis alias quærendis, cum ipsi tum eorum filii & nepotes in perpetuum privantur: sed Matrimonii sic contracti substantiam, firmitatem, rationemque Sacramenti non attingunt, ut Regis nomine Clero Gallicano responderunt Illustrissimi Commissarii ab ejus Majestate Deputati anno *1629*, utque ostendit Doctissimus Præsul *Isaacus Habertus* Episcopus Vabrensis in Libro *de Justitia Connubialis Edicti* a Justo Rege *Ludovico* XIII conditi, quo inauspicatum quemdam libellum, qui sub nomine Optati Galli, *De cavendo Schismate*, in lucem prodierat, refellit, Edictique Regii æquitatem contra larvatum Auctorem egregie defendit. „ Non multum, *inquit*, laborandum „ est de conciliandis Regiis edictis cum „ Ecclesiæ sententia; nullo siquidem umquam Edicto Matrimonia filiorumfamilias invalida ac nulla esse absque consensu parentum tutorumve constitutum „ est, etsi hic error multis imposuerit: „ prohibita quidem sunt, sed invalida & „ nulla esse haudquaquam definitum. Unde etiam Decessorum suorum vestigiis „ insistens Rex Christianissimus Ludovicus „ ea iterum prohibuit ac austerius interdixit: invalida tamen ac nulla esse contra Tridentinæ Synodi Decretum ac „ Theologorum unanimem etiam in Regno suo sententiam minime sanxit.
„ *Et infra*: Intelligendum est, illud „ omne, quod in Matrimonio Juris Divini positum est, Sacramentale esse, „ proindeque ad Ecclesiam spectare, quæ „ Divini Juris cognitionem interpretationemque absolutissimam sola in terris „ erroris culpæque expers, columna &

 „ fir-

„ firmamentum veritatis, exercet. Unde „ tamquam Divini Juris Interpretis ac „ Oraculi de veritate, validitate, substantia, causis, partibus, contractu consensuque, materia & forma, conditionibus „ effectisque Matrimonii decernere, unius „ Ecclesiæ est. Id fidei caput esse nemo „ dubitat Orthodoxus. Ex his omnibus „ Christianissimus Princeps si quid in Edicto suo attigit, illud non ut ex sui, „ sed Divini vel Ecclesiastici Juris Constitutione præjudicatum expressit. Verum alia sunt ad Matrimonium pertinentia, quæ Sacramentum ipsum non „ componunt aut efficiunt, sed antecedunt, „ comitantur, ac consequuntur, ut reverentia ac metus parentum, publicæ Legis ac consuetudinis observantia, familiæ decus, & ornamenta honestatis, & „ pudoris salus, famæque sollicitudo, pactorum integritas, rerum & fortunarum „ conservatio, hæreditatum ac successionum jura, aliaque id genus quamplurima, quæ Principem tamquam boni „ publici inspectorem, arbitrum, vindicemque respiciunt. Ea vero sunt, de „ quibus non sub nullitate (ut inquiunt) „ aut Juris Divini Canonicique pœnia, „ sed Civilis plane Juris dicundi forma, „ Rex Justissimus Edicto suo cavit, cavere potuit ac debuit“.



QU. XXXIII.

QU. XXXIII.

Potestas laxandi impedimenta Matrimonii inestne etiam Magistratui Civili?

§. I. Si vere illud prædicari solet, illius esse legem laxare, cujus est condere, sique verum est, quod a nobis dictum fuit (Qu. XXXII), nimirum Civili Magistratui inesse potestatem ferendarum legum, quæ impedimento sint, quominus Matrimonium Civitatis jure donetur; necessario efficitur, in Civili Magistratu jus etiam residere easdem leges ita amoliendi, ut nulli amplius sint impedimento.

§. II. Sed hæc lentius disputantur sine appositione exemplorum. Factis illustranda sunt. Lex 1, Cod. de Interd. Matrim. vetat pupillam nubere tutori vel curatori suo eorumque filiis. At lex VII, Cod. eod. Principis rescriptum hujusmodi nuptiis mederi posse decernit. Romanis legibus vetitæ erant nuptiæ viduarum mulierum anno ab viri sui morte nondum exacto lege 11, §. 1, ff. de his, qui not. Infam. leg. 53, Cod. de Episcop. & Cleric. l. 1 & 2, Cod. de secund. Nupt.; & tamen eæ leges ab Imperatorum responsis conticescere quandoque jussæ sunt, cap. VII, ff. eodem (a).

§. III. Celeberrima est ea venia, quæ

(a) Alia hujusmodi exempla passim occurrunt in Jure cummuni Civili, ex quo hæc tantum subjicio: Ne clarissimarum familiarum decus imminueretur, statutum quoque fuit lege Julia, ne Senatores (quorum qui nomine veniant, indicavit Ulpianus in l. Ult. §. 1, ff. de Senator.) eorumve filii, nepotes ex filio, ac pronepotes ex nepote uxores ducerent libertinas, aut eas, quæ vel quarum pater materve artem ludricam in scena facerent, vel fecerint; item ne Senatorum filiæ, vel neptes ex filio, vel proneptes ex nepote libertino, vel ei, qui vel cujus pater materve artem ludricam in scena fecerint, jungerentur, lib. 23, 32, 44, 49, 58, ff. de ritu nupt. l. 7, Cod. de incest. & inutil. nuptiar. Exceptio erat in Senatoris filia, si ipsa ob vitam susceptam minus honestam jam decore paternæ dignitatis decidisse visa fuisset, l. 47, ff. de ritu nuptiar., non tamen, si Pater ipse Senator a dignitate sua fato quodam decidisset, l. 34, §. 3, ff. eod. l. 9. ff. de Senator. Veritas istas nuptias non solum illicitas Rumani habuerunt, sed nec nuptiarum nomine dignas l. 16 & 42, §. 1, ff. de ritu nuptiar. unde receptum est, ut nec sponsalia quidem valerent, quod perpetua furet interdicti causa, l. 16, ff. de sponsal. Cæterum adhuc conjugium illud intra naturæ fines consistere videbatur; & Senato-

quæ anno 1635, tertio Idus Februarias, ab Ludovico XIII data fuit Matrimonio Ducis Aurelianensis & Margaritæ Lotharingiæ, Gallicanis legibus reclamitantibus, celebrato. Hujusce veniæ beneficio Aurelianensis familia ad Regiæ successionis pristinarumque fortunarum spem revixerat. Ex hoc fonte derivata clades in Patriam populumque tanta nunc fluxit, ut florentissimum Regnum omni scelere omnique crudelitate lacerarit, Ecclesiam maximo luctu compleri, totamque pene Europam luctuosissimo bello implicarit. *Regni sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?*

QU. XXXIV.



---

tores libertinas sibi junctas si non tamquam matresfamilias justasve uxores, saltem tamquam concubinas habebant, l. 3, §. 1, ff. de donat. int. vir. & ux. qui concubinatus aliquando in Matrimonium justum evadebat, quod duobus modis contingebat: primo, si Senator dignitatem amisisset, l. 27, ff. de ritu nuptiar.; secundo, si Senator indulgentiam a Principe obtinuisset, l. 31, ff. eod. tanta enim legum velita eo respexerant, ne familiarum splendor imminueretur, qui per justas nuptias, non per concubinatum, minui credebatur. Fateor, Constantinum Imperatorem in l. 1, cod. de natural. liber. has Senatorum conjunctiones acrius improbavisse, immo & abstulisse supplicandi potestatem. Verum eam constitutionem non *utendo peremptam* fuisse testatur Justinianus in Nov. 89, cap. ult. Hinc Justinianus idem primum concessit supplicandi facultatem gratia scenicarum mulierum, dummodo istæ pridem initam ludricæ vitæ rationem deseruissent, l. 23, cod. de nuptiis: deinde non multo postea scenicis eisdem ludricam vitam deserentibus generalem facultatem concessit quæcumque conjugia contrahendi, nulla Principali indulgentia impetrata, l. ult. Cod. eod. tit: denique scenicarum exemplo generaliter permisit Senatoribus, ut libertinas suas uxores ducerent, etiam speciali venia non obtenta, dummodo nuptialia instrumenta conficerentur, ad abolendam quamcumque antea initi sine ulla solemnitate & forma publica concubinatus minus honestam imaginem, dicta Nov. 89, cap. ult. Nov. 78, cap. 3, unde sumpta authentica *sed novo* cod. de nupt. & Nov. 117, cap. 4 unde sumpta authentica *sed novo* cod. de naturalibus liberis.

Vide Cassiodorum Lib. VII, variar. 46, ubi Dispensationum Imperialium forma refertur.



QU. XXXIV.

Matrimonii vinculum ulla ne humana vi disrumpi potest?

§. I. Alterum jam prædicationis annum inchoaverat Christus, ætatisque suæ trigesimum secundum decurrebat, cum in eo monte, qui mons Christi vocatur, quod in eo solitus esset orare ac prædicare, ad populum discipulosque suos verba faciens hæc docuit: *Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii. Ego autem dico vobis; quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat*, Matthæi V, 31, 32. Locus ac tempus, quo Christus hunc sermonem habuit, resque, quas ad hunc sermonem attexuit (*a*), quasque uno orationis contextu audientium multitudini prædicabat,

(a) Matthæi V: „ Videns autem Jesus turbas, ascendit in montem; &, cum „ sedisset, accesserunt ad eum discipuli „ ejus. Et aperiens os suum docebat eos „ dicens: Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum Cœlorum. „ Beati mites, quoniam ipsi possidebunt „ terram. Beati qui lugent; quoniam ipsi „ consolabuntur. Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo „ corde; quoniam ipsi Deum videbunt. „ Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam; quoniam ipsorum est regnum Cœlorum. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversus vos mentientes propter „ me; gaudete & exultate, quoniam „ merces vestra copiosa est in Cœlis: sic „ enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. „ Quod si sal evanuerit, in quo salietur? „ Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. „ Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi super montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt „ eam sub modio, sed super candelabrum, „ ut luceat omnibus, qui in domo sunt. „ Sic luceat lux vestra coram hominibus, „ ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. „ Nolite putare, quoniam veni solvere „ legem aut Prophetas; non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico „ vobis, donec transeat cœlum & terra, „ jota unum aut unus apex non præteri-

bat, satis superque nobis suadent, Christum non controversiam inter Hillelianos nuntium quacumque ex causa uxori remittentes ac Sammejanos ob adulterium tantum mulierem suam repudiantes ortam dirimere voluisse, nec legem Moysis tunc interpretandam sibi sumpsisse, sed legem

---

„ bit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus est judicio. Ego autem dico vobis; quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca; reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue; reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo; ne forte tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis; quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis; quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis, quia dictum est antiquis: Non pejerabis; reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino neque per cœlum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Jerosolymam, quia civitas est magni Regis; neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est est, Non non; quod autem his abundantius est, a malo est. Audistis, quia dictum est antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alios duo. Qui petit a te, da ei: & volenti mutuari a te, ne averraris. Audistis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt. Estote ergo perfecti, sicut

gem Evangelicam tradidisse. Quamobrem maximo in errore versantur illi (*b*), qui illa Christi verba non de Christianorum, sed de Judæorum lege intelligenda esse arbitrantur.

§. II.

„ cut & Pater vester cœlestis perfectus „ est. "

(b) Josephus Motta de Divort. Jure pag. 77: En tandem, Vir doctissime, explicatio toties a me quæsita, quæ mihi præ ceteris arridet. Hæc litteram non torquet, hæc vim nativo Christi verborum sensui non infert, hæc Christi doctrinam & perpetuam Ecclesiæ interpretationem tuetur. Hæc clara, hæc Christum sapentissimum Præceptorem & fidelissimum Evangelistam ab obscuritatis nota præservat. Quid ultra? Redeamus itaque ad cap. 19 Matth.

„ Et factum est cum consummasset Je„ jus sermones istos, migravit a Galilæa, „ & venit in fines Judææ trans Jordanem, „ & secutæ sunt eum turbæ multæ, & cu„ ravit eos. Et accesserunt ad eum Pha„ risæi tentantes eum, & dicentes: Si li„ cet homini dimittere uxorem suam qua„ cumque ex causa. Qui respondens ait „ eis: Non legistis, quia, qui fecit ho„ minem ab initio, masculum & fœmi„ nam fecit eos, & dixit: Propter hoc „ dimittet homo patrem & matrem, & „ adhærebit uxori suæ, & erunt duo in „ carne una? Itaque non sunt duo, sed „ una caro. Quod ergo Deus conjunxit, „ homo non separet. Dicunt illi: Quid „ ergo Moyses mandavit dare libellum „ repudii, & dimittere? Ait illis: Quo„ niam Moyses ad duritiem cordis vestri „ permisit vobis dimittere uxores vestras: „ ab initio autem non fuit sic. Dico autem „ vobis: Quicumque dimiserit uxorem suam, „ nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, „ mœchatur, & qui dimissam duxerit, „ mœchatur „. Qui sunt, qui tentant Christum? Pharisæi, natione Judæi, de quibus *contr. heres. lib.* 1, *tit.* 1, *heres.* 16, summi illius temporis Theologi ac Jurisperiti, qui propter suas ἐντολὰς legem perverse interpretabantur. Hi hostes aperti Christi murmurant, quod Christus cum peccatoribus versetur, *Luc. cap.* 15. Tentant Christum, ac signum ab eo quærunt de cœlo, *Matth.* 16. Insidiantur illum interficere die Scænopegiæ, *Jo. cap.* 8. In Christum insurgunt, quod sabbatho paraliticum curasset, *Jo.* 7. Et iterum tentant eum capere in sermone, *Matth.* 22. Hi sunt, qui de ipsa inter Hillelianos & Sammæjanos controversia ac illustri dissidio interrogant Christum, an liceat quacumque causa dimittere uxorem (quæ affirmativa sententia erat Hillelianorum, tum receptior, quia libidini indulgentior), ut illum adigerent ad damnanda divortia contra legem, aut saltem eorum licentiam contra Magistrorum placita, aut ad illa probanda, quod æquioribus displicuisset, *Bellar. d. cap.* 16, *f.* 2. Sammæjani siquidem dumtaxat permittebant ob rem turpitudinis seu turpem, Hilleliani vero, quibus affinis erat Aquila, repudium indulgebant ob causam aliquam qualemcumque, quam turpitudinem. His Christus respondit: *Non legistis &c.* & eis objicit indissolubilitatem sacri conjugalis nexus natura institutioneque. Replicant Pharisæi: *Quid ergo Moyses* (ἐνετείλατο) *mandavit dare libellum repudii*? Tunc Christus, quia primo dixerat indissolubile Matrimonium natura, ut diximus, & institutione, secundo ad objectam Moysis dispensationem a dicta indissolubilitate opponit duritiem cordis Judaici populi. Ergo quæ sequuntur, *quicumque dimiserit uxorem præter fornicationis causam &c.* respiciunt legem Moysis, eaque inspecta, excipit fornicationis causam in indissolubilitate conjugii, quam sub nomine fœditatis, ut diximus, facet tex-

§. II. Solemnia porro desipere ac delirare mihi videntur illi, qui Chri-

textus appellat, *Deut.* 24, quæ sola indissolubilem carnem viri & uxoris solvit. Hinc Christus negat dimitti posse uxorem ex quacumque causa, ut interrogabant tentantes juxta scholam Hillelianam. Et ex hac Christi responsione explicatur lex *Deut.* 24, seu quid sibi velit fœditas a lege præscripta pro repudio, silicet negotium impudicum, ut dicit Tertullianus, & scortatio, ut hic dicit Christus, qui sic improbavit licentiam divortiorum ex quacumque causa. Abutebantur siquidem lege repudii, & dispensationem juxta naturam ejusdem in dissipationem trahebant, & pro fœditate interpretabantur quamcumque causam, seu quodcumque frigidum prætextum. Itaque Christus *Matth.* 19 sententiam suam fert, inspecta Mosaica lege. *Selden. uxor. Ebr. lib.* 3, *cap.* 16. Hæc est explicatio Burgensis *in Matth.* 19, *addit.* 2, *ad Lyran.* Riberæ *in Malach. cap.* 2, *num.* 36, Durandi *in* 4, *dist.* 35, *q.* 2, *ad ult.* quam innuit Dried. *de. Dogmat. lib.* 2, *cap.* 3. Favet opinio Meldopati *in Matth. cap.* 5, & aliorum, qui censent Christum hic tantum agere contra perversas legis interpretationes, ideoque hic ipsum se non opponere legi & Moysi, sed tantum Pharisæis eorumque legis interpretationibus prætendentibus fas esse viro divertere κατὰ πᾶσαν αἰτίαν Declaratur hæc explicatio ex eo, quod Discipuli non contenti Christi responsione Pharisæorum tentationi, adeo ut quasi ipsi insurgerent, *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere*, domi iterum de eodem interrogant; ubi absque ulla exceptione simpliciter & pure, ut notat *Pighius ubi supra*, quia Pharisæi nec objiciebant legem Moysis, nec aderant, respondit: *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam; & si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur*, Marc. X, XI, & Luc. XVI, XVIII. Ubi notandum, quod Christus de uxore dimittente virum edicit; quæ sententia locum habere non poterat apud Judæos, cum lex Mosaica, ut vidimus, solum viris permittebat repudium, de qua nihil dixerat *Matth.* 5 & 19 tentantibus Pharisæis & de repudio viris dumtaxat permisso interrogantibus, ibique opponentibus legem lege respondit.

Encycl. Theol. V. Mariage pag. 562: Par la restriction que met ici le Sauveur, a-t il décidé qu'il est permis de faire divorce avec une éspouse, du moins *pour cause de fornication* ou d'adultere, & d'en épouser une autre, comme le prétendent les Protestans? Nous soutenons la négative. Voici nos preuves.

1. Il est evident que là responsе de Jésus Christ est relative à la question des Pharisiens; or, les Pharisiens argumentoient sur la loi de Moyse avoit permis de renvoyer une épouse, pour quelque cause que ce fût, comme l'entendoient alors les Juifs. Jésus-Christ décide, selon la lettre même de la loi, il n'étoit permis de la renovoyer que pour cause de fornication ou d'infidelité, & qu'encore cette permission n'avoit été acordée aux Juifs qu'a cause de la dureté de leur cœur.

En effet la loi étoit formele, *Deut.* c. 24, vers. 1. „ Si quelq'un, dit Moyse, „ a pris une femme & a vécu avec elle, „ & qu'elle n'ait pas trouvè grâce à ses „ jeux, *à cause de quelque turpitude*, il „ lui donnera un billet de divorce & la „ renvoyera ". Les Juifs, abusant de cette loi pretendoient qu'il leur étoit permis de renvoyer une femme, non seulement pour la cause exprimée dans la loi, mais dès que cette femme leur dèplaisoit, *pour quelque cause que ce fût*. Malachie c. 2, v. 14, leur reprochoit dèja cette prèvarication. Jèsus-Christ rèfute la fausse interpretation de Juifs; il dècide que la permission du divorce n'a lieu que dans le

Christum hisce verbis tantam vim adulterio assensisse putant, quæ Matrimonii vinculum frangat. Præclaram ædepol pœnam adulterio constituisset Christus, quam uxores tanti criminis reæ maritorum suorum pertæsæ non solum effugere, sed subire voluissent (c)! Ferenda esset horum sententia, si mulierum adulterio Matrimonium dissolvi dixissent, eo quod mulieres adulteræ lapidibus obruerentur ita, ut non tam adulterarum mulierum crimen, quam adulterarum mulierum interitus insontes viros in libertatem vindicaret. Sed non adeo nobiscum liberaliter agunt Græci ac Protestantes, verum in ea hæresi versantur ac perstant, quæ utrisque conjugibus superstitibus, interveniente adulterio, novas nuptias indulget. Nostra non opus est oratione (*) ad hunc errorem coarguendum, pe-

le cas de l'infidélitè d'une épouse. Il l'avoit déja ainsi expliquè dans son sermon sur la montagne, Matt. c. 5. v. 31, & avoit montrè la vrai sens de la loi da Moyse.

Mais relativement à la loi primitive, portée des le commencement du monde, c'est autre chose; Jesus-Christ fait sentir toute l'énergie des paroles du Createur; il fait remarquer qu'avant la loi de Moyse, il n'y avoit point de permission de faire divorce, & nous n'en voyons an effet aucun exemple, d'où il conclut absolument qu'il ne faut point séparer ce que Dieu a uni.

2. Le vrai sens des paroles du Sauveur se tire encore du récit de deux autres Evangelistes. Marc.c.10, v.10, & Luc.c.16, v. 18, il est dit que ses Disciples, étónes de la sévéritè de sa décision, l'interrogerent de nouveau an particulier sur ce même sujet; qu'alors Jèsus-Christ dècida sans restriction: „ Quiconqne renvoie sa femme & en èpouse une autre, est adultere; & toute femme qui quite son mari, & en prend un autre, est adultere." Alors il n'étoit plus question de la loi de Moyse, mais de la loi naturele & primitive.

Si les Disciples ne l'avoient pas ainsi entendu, s'ils avoient pensè que leur Maitre laissoit, comme Moyse, la libertè de faire divorce pour cause d'adultere, nous ne voyons pas d'où auroit pu venir leur etonement, & la conclusion qu'ils tirent de la: S'il en est ainsi, dirent' ils, de la condition d'un mari à l'égard de sa femme, il vaut mieux ne pas se marier: Matt. c. 19, v. 10.

(c) On connoit les suites de la licence qu'ils ont introduite. Lorsqu'une femme se trouve malheureuse, le désir d'être rèpudiée est pour elle une tentation de tomber dans l'adultere. Ce danger est prouvè par une experience incontestable. Un Evèque d'Angleterre a raprésentè au Parlement que la facilitè d'obtenir le divorce a multipliè les adulteres dans ce Royaume, & les principaux Pairs sont convenus du fait. Voyez *le Courier de l'Europe*, 1779, n. 27 & 28.

Il en fut da même a Rome; jamais les mœurs des femmes n'y furent plus détestables, que quand l'apât du divorce leur eut fourni un motif pour ne plus respecter leurs epoux. Tertullien leur reproche qu'elles ne se marioient plus que par le dèsir & l'espérance de se faire rèpudier, *Apol. c. 6*, il ne faisoit que répéter les plaintes de Séneque, de Juvénal, de Martial.

(*) Franceschinis *in Opere, quod inscriptum est*: La Legislazione tratta dai principj dell'Ordine, *Tom. I, Lib. III, Cap. 2, pag. 273*. Dai posti principj si conosce egualmente, come l'ordine della natura dimandi, che il nodo conjugale sia indissolubile. Tutto quello d'inconio-

 do

do e di male, che dalla indiſſolubilità conſegueria, non ſarebbe che particolare, dove all' incontro i mali, che dal permeſſo ſcioglimento del medeſimo verrebbero, che generali e graviſſimi, e i beni al contrario dell' indiſſolubilità univerſali e comuni, quelli dello ſcioglimento aſſai minori e di pochi. Dunque ſecondo i luminoſi principj da noi adottati la natura, che al bene univerſale è rivolta, vuole la indiſſolubilità,

Il nodo conjugale tende ad introdurre nei conjugi la più intima unione e la più dolce corriſpondenza di ſpirito e di amore, non che a formare della procreata prole degli uomini oneſti & virtuoſi; e a queſti oggetti mirabilmente l' indiſſolubilità conduce.

La ſicurezza del poſſeſſo potrà intiepidire l'ardore d'una impetuoſa paſſione, che dal timore e dalla ſperanza di poſſedere l' oggetto, che s' ama, più s' agita e s' irrita: ma non potrà non avvivare la tenera virtuoſa amicizia di due ſpoſi concordi, e non favorire l' intima comunicazione dei loro ſentimenti ed effetti; poichè queſta tanto è maggiore, quanto più può ciaſcuno nell' altro conſiderare un altro ſe ſteſſo; e queſto il potranno maggiormente, quando ſappiano che ſolo per morte eſſer potranno ſeparati, e che gl' intereſſi loro e le loro cure ſaranno ſempre le ſteſſe, e non formeranno che un cuor ſolo ed un' anima ſola. Il ſapere che poſſono dividerſi, oltrechè diminuirebbe la forza dell' unione, fomenterebbe ogni picciolo diſparere e rancore, che laſciar non potrebbe di naſcere, e che l'idea della indiſſolubilità o priverebbe o ſul momento eſtinguerebbe. Così le liti e i torbidi domeſtici frequenti ſarebbero e continui; e quando pure all' aſſoluto divorzio non ſi arrivaſſe, ſi rinnoverebbe aſſai ſpeſſo l' eſempio di Mecenate, che contraſtando ad ogni momento colla moglie, e il divorzio intimandole, ſi maritò le mille volte, non avendo avuto che una ſola moglie. Quindi il buon ordine della famiglia, e l'educazione della prole ne ſoffrirebbe a proporzione, che creſcerebbero tra conjugi i contraſti, e ſcemerebbe la ſincerità e l' intimità della conjugale affezione; e il caſo del divorzio compiendoſi, verrebbe a mancare dell' aſſiſtenza di uno dei genitori, e mal verrebbe compenſata dalle cure di una matrigna, tanto più ſe queſta dei propri figli procreaſſe, che tutte rapirebbonle le ſollecitudini, e ſeco ſpeſſo ſi trarrebbero quelle del padre, che non laſcierebbe di traſfondere nei primi parte dell' avverſione, che avrebbe verſo la ripudiata moglie concepita. I pochi caſi altronde, in cui poteſſe tornare utile il divorzio o non dannoſo, eſſer debbono alla bontà della generale inſtituzione della indiſſolubilità ſacrificati; tanto più che moleſto il conjugio ai contraenti non rieſce ordinariamente che per loro colpa, o per la poca diſcrezione e libertà, di cui nella ſcelta ſi uſò, o per la depravazione generale del coſtume. Reca ſorpreſa, che l' anonimo autore *de la legislation du divorce* penſi, che quello all' integrità del coſtume giovare poteſſe, quando ſi ſa, che le nazioni che il permettevano, finchè morigerate furono, non mai ne uſarono, come appreſſo ai Romani addivenne, del che conviene l' autore del trattato *des Corps Politiques*, favorevole pure (con poca coerenza) al divorzio medeſimo. Fin dunque, che i coſtumi ſaranno puri, il divorzio per lo meno ſarà inutile; onde la indiſſolubilità ſi unirà perfettamente con la morigeratezza. Se i coſtumi ſaranno depravati, il legislatore cerchi di correggerli rimontando alle ſorgenti della corruzione, e non pretenda, che la natura le ſue leggi ed i ſuoi principj debba modificare ed alterare ſecondo i biſogni dell' umana malizia, e non proponga degli eſpedienti, che non rimedierebbono a degli inconvenienti che col produrne in ſeguito dei maggiori, fomentando maggiormente il libertinaggio e la corruzione.

Ma non è men vaga la maniera, con cui

perenni jam atque unanimi sanctorum Patrum (d) consensione damnatum atque a Tridentinis Patribus sacris detestationibus perculsum: *Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit & docet, juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugis Matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero conjuge vivente aliud Matrimonium contra-*

---

cui si disimpegna l'autore suddetto dalla difficoltà dedotta dalla sorte dei figli nati da un mattrimonio poi sciolto. „ Come fanno, dice egli, tutti i popoli della terra, tra quali il divorzio è stabilito? Facciamo com'essi, adottiamo le loro leggi, e perfezioniamole, se occorre ".

Con questa ragione qualunque patente disordine o abuso generalmente introdotto potrebbesi adottare. Basterebbe far quello, che gli altri fanno. Poco poi importerebbe, se le providenze, che gli altri prendono, impedissero i funesti effetti o no, o che le leggi loro potessero o no essere convenientemente emendate. Ma dei rapporti del divorzio con la civile e politica costituzione diremo altrove. Intanto basti l' avvertire, che la Rivelazione apertamente le questioni decide non meno del naturale dominio e superiorità dell' uomo sopra la donna nella famiglia, che della indissolubilità del nodo conjugale, come ognun sa: nè sappiamo intendere, con qual coraggio l' autore suddetto pretenda, che le Sacre Scritture, i Santi Padri, la pratica della Cattolica Chiesa prima di Niccolò primo, e l' uso per lui sempre vigente della Polonia il divorzio favoriscano. Forse egli confonderà il divorzio cogl' impedimenti dirimenti; ma non pare, che possa fargli si tal difesa.

(d) Bellarminus *Lib. I de Matrim. cap.* 16, doctrinam de indissolubilitate conjugalis fœderis in Ecclesia Dei perpetuo continuatoque usu viguisse demonstrat. I sæculo, testis est Clem. *in Can. Apost.* 48. II sæculo, Justinus & Athenagoras, uterque in Apologia, & Clem. Alexand. *lib.* 2 *strom.* III sæculo, Tertullianus *lib.* 4 *in Marc.* & Origen. *tract.* 7 *in Matth.* explicans *cap.* 19. IV sæculo, Concilium Eliberitanum. *can.* 9, Ambrosius *in cap.* 16 *Lucæ*, & *lib.* 5 *ad Rom. cap.* 7, D. Hieronymus *in Epist. ad Ocean.* & *in Epist. ad Amand.* ac S. Jo: Chrysost. *hom.* 17. V sæculo, Concilium Milevitanum *cap.* 17, *relat. in cap. Placuit q. infra citanda*, ac Concilium Africanum *cap.* 69, Innocentius I *in Epist.* 3 *ad Exuper.* ac S. August. *de bon. conjug. cap.* 7, *relat.* 2, *cap. interveniente* 32, *q.* 7, *de adulter. Conjug. lib.* 2, *relat. in cap. licite d. q.* & *super Epist. Paul. ad Cor. relat. in cap. Apostolus d. q. ac de sermon. in Mort. Domini relat. in c. fieri &c. c. Dominus d. q.* VI sæculo, D. Primarius *in Comment. c.* 7, *ibidem ad Cor.* VII sæculo, Zaccharias Pont. infra citan. Isidorus *lib.* 2 *de offic. divin. cap.* 19, & Synodus πενθ' ἕκτη idest Quini sexta, scilicet quæ quintæ sub M. Justiniano, & sextæ sub Constantino Pogoriato, quod decrat, addidit, habita Constantinopoli in Trulo, idest Imperialis Palatii secretario superne fornicato *cap.* 87, uti: *Quæ virum relinquit, adultera est, si ad alium se contulit, secundum Basilium, qui optime hoc ex Propheta Hieremia colligit: & qui reliquerit legitimam uxorem, & aliam duxerit, juxta Domini sententiam adulter est. Sancitum est, ut hi, qui tales, per annum lugeant, per biennium sint audientes, per triennium subjaceant, & tandem sexto anno congregentur cum fidelibus, & ita demum mensa Domini digni habeantur, si cum lacrymis pœnituerint.* VIII sæculo, Beda *in cap.* 10 *Marc.* & Concil. Tribur. *cap.* 46, cujus meminit Ivo Cornotensis

p. 8,

trahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero alteri nupsit; anathema sit (e). Can. 7, de Matrim.

§. III. Minuenda est etiam illorum opinio, qui censent Christum, ubi fornicationis mentionem facit, de ea dimissione locutum fuisse, quæ fontem conjugem ab insontis quidem complexu, thalamo, tectoque arcet, Matrimonii tamen nexum incolumem esse finit. Christi doctrinam Christi verbis interpretemur. Ipse enim, quæ in monte docuerat Matth. V, postea trans Jordanem disputans cum Pharisæis eadem confirmavit Matth. XIX hisce verbis: *Dico autem vobis: Quicumque dimiserit* uxo-

---

p. 8, cap, 210. IX sæculo, Concil. Foriulien. *cap.* 10, & Theophil. *in cap.* 19 *Matth. & in cap.* 7, 1 *Cor.* X sæculo, Concilium Nannetense sub Arnulpho Imperatore *cap.* 12. XI sæculo, Anselmus *in cap.* 5 *& cap.* 19 *Matth.* XII sæculo, Alexand. III Papa *c. ex parte de sponsal. & matrim.* XIII sæculo, Innoc. III *in c. gaudemus de divortiis*, & Theologi omnes, qui super dist. 35, 4 Sententiarum scripserunt; ut D. Thom. Bonavent. & alii. Tandem Conc. Trident. *sess.* 24, *cap.* 7. Hic addi possunt alii canones allati a Covar. *de Matr.* 2 *p. cap.* 7, §. 6, *num.* 13, a Tholosan. *ad tit. de sponsal. lib.* 4 *decr. tit.* 1, *num.* 17 *& seq.* a Sanchez *de Matrim. lib. X, disp.* 2, *num.* 2, a Papadopol. *Prænot. Mystagog. resp.* 4, *sect.* 4, *n. XIII.*

(e) Juvat hic audire celebrem de re sacramentaria scriptorem Doctorem Sorbonicum Ordinis Prædicatorum Hiacynthium Dronvenium, qui ita disserit:
„ Quamquam Græci & Orientales culpa-
„ biles sint, reveraque a Latinis sæpe
„ fuerint reprehensi, non ideo tamen hæ-
„ retici sunt dicendi; quia non eos Con-
„ cilium Tridentinum anathemate ferit,
„ sed Lutheranos & Calvinistas Romanæ
„ Ecclesiæ calumniatores. Rem ita nar-
„ rat Cardinalis *Pallavicinus* in historia
„ Concilii Tridentini: Canon, *inquit*,
„ paratus fuerat cum anathemate in eum,
„ qui diceret Matrimonia consummata ob
„ adulterium dissolvi; sed oratores Vene-
„ ti exposuerunt Patribus, septimo cano-
„ ne, nisi moderatione aliqua reformare-
„ tur, inferri posse non modicam offen-
„ sionem Orientis Ecclesiæ, præsertim ve-
„ ro Græcis in subjectis Reipublicæ Vene-
„ torum locis degentibus, scilicet in in-
„ sulis Cretæ, Cypri, Corcyræ &c. non
„ solum cum publicæ quietis, sed etiam
„ cum Catholicæ Ecclesiæ detrimento:
„ tametsi enim Græca Ecclesia a Roma-
„ na dissentiret, non eo tamen despera-
„ tionis deventum esse, ut meliora spe-
„ rari non possint, præsertim cum Græci
„ in subjectis Reipublicæ locis degentes,
„ quamvis ritu suo viverent, tamen Præ-
„ sulibus a Romano Pontifice assumptis
„ obtemperarent: ea propter tum rerum
„ convenientia, tum oratorum numero se
„ compelli, ne ipsi eos populos percuti
„ sinerent ejusmodi anathemate, quo ad
„ tumultum & integram a Sede Aposto-
„ lica defectionem provocarentur: satis
„ constare in more positum apud Græcos,
„ ut uxorem adulteram deserant, & aliam
„ ducant, veterrimam majorum consue-
„ tudinem, ut ipsi dicunt, secuti: nec
„ idcirco illos damnatos aut anathemate
„ perculsos fuisse ab ulla Synodo Œcu-
„ menica, etiamsi Romanæ & Catholicæ
„ Ecclesiæ hujusmodi mos liquido inno-
„ tuisset: existimare igitur Oratores sui
„ esse muneris, quam efficacissime possent
„ postulare, ut voces canonis adeo mo-
„ derate lenirentur, ne Græcis detrimen-
„ tum inferrent: posse, quantum ipsi pu-

„ ta-

uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur; & qui dimissam duxerit mœchatur. Hic certe Christus respondens Pharisæis de ea dimissione loquebatur, de qua interrogatus erat. At Pharisæi rogave-

„ tabant, & obtineri quod Synodus intendebat, & Reipublicæ satisfieri, canone ejusmodi verbis conflato: *Anathema sit, si quis dixerit, sacrosanctam Romanam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quæ mater & magistra aliarum est, errasse aut errare, cum docuit & docet, propter adulterium alterius conjugum Matrimonium non posse dissolvi &c.* Cum itaque Patres Tridentini Venetorum postulationi acquieverint, & ad eorum sententiam canonem septimum reformarint; manifestum est hoc decreto non Græcos, sed Lutheranos & Calvinistas, qui Romanam Ecclesiam erroris & sævæ tyrannidis accusabant, anathemate esse perculsos. Qua de re si quis adhuc dubitat, attendat ad morem a Concilii Tridentini temporibus ad hanc usque diem inviolabiliter observatum; in his enim provinciis ac Diœcesibus, ubi Græci Latinis permixti proprias Ecclesias habent, a Latinis Episcopis, quibus subjiciuntur, contra antiquam, quam hactenus retinuerunt, Matrimonia propter adulterium dirimendi consuetudinem, nihil legimus ordinatum: tantumque synodicis constitutionibus cautum est, ne mariti auctoritate propria nullaque præmissa forma judicii uxores adulterii prætextu dimitterent, & novis deinceps uxoribus jungerentur. *Tam facile dirimi inter conjuges Græcos Matrimonia*, inquiebat Cardinalis Montaltius, Montis-Regalis in Sicilia Archiepiscopus, in Synodo provinciali anno 1652 habita, *approbare nullo modo debemus; ideoque hucusque factas separationes quoad vinculum extrajudicialiter & auctoritate propria nullas fuisse atque irritas declaramus.* Lib. IX, q. 4, cap. 1, §. 2, sub finem in edit. Venet. 1756, pag. 451. Idem auctor eodem in loco postquam Synod. Arelat. I can. 10, Lactantii divin. Instit. Lib. VI, cap. 23 Concilii Venetici an. 465, can. 2, vetus Pœnitentiale Romanum capit. Caroli M. L. V. cap. 19, Basilii Epist. I canonic. ad Amphilochium cap. 9, *tamquam obstantia* adduxit, subjungit: „ Fateor laudata testimonia & ejusdem sensus alia, quæ afferri poterant, contrariæ sententiæ magis favere, quam nostræ: me haud equidem latet, quosdam esse Theologos in conciliandis & explicandis Patribus tam miræ sagacitatis, ut putent Lactantium, Basilium, & cæteros ad communem Ecclesiæ doctrinam absque ullo negotio revocari, ponendo nimirum, eos esse locutos non de licentia, quam Evangelium faciat, sed quam leges civiles concesserint: verum, ut libere dicam quod sentio, hoc mihi non operosum tantum, sed & impossibile prorsus videtur, quod ultro concessurum confido, quisquis verba Lactantii & aliorum attentius pensitaverit. Dico itaque cum Cardinali *Bellarmino*, *Natali Alexandro*, & aliis magni nominis Theologis in obscurissima quæstione, quæ tunc temporis non erat liquido disceptata, nec ab aliquo generali Concilio explicata, veteres, qui opponuntur, scriptores cum aliqua excusatione errasse." Hinc etiam deprehenduntur in caus. XXXII, Quæst. VII, Canones 1, 2, 3, 4, 6, 7, 8, 10, 22, discrepantes cum can. 17, 19, 23, 24, quos Gratianus non recte omnes conciliat. cont. Van-espen in comment. in II Part. Grat. Tom. III, Edit. Lovan. an. 1753, pag. 638 & seq. ubi additur in Nota: „ Notandum tamen est, quod indissolubilitas Matrimonii in casu adulterii tamquam de fide non fue- „ rit

verant sententiam Christi de libello repudii (*f*), quem dari mandaverat Moyses, a quo omnis Matrimonii vis rescindebatur (Vid. sup. N. c). Huic igitur libello repudii locum non esse, ait Christus, nisi propter *fornicationem*. Accipe Matthæi verba: *Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*. Hinc illud etiam vides, non loqui sic Christum de eo, qui solum dimittit uxorem, sed

„ rit definita; quippe in canone, quem „ sess. 24 condidit Trid. Concilium, id „ unum docuit, *de fide esse Ecclesiam non* „ *errare, cum juxta Evangelicam verita-* „ *tem docet Matrimonii vinculum propter* „ *adulterium dissolvi non posse*. Porro a- „ liud est definire de fide esse, Ecclesiam „ non errare, cum docet vinculum Ma- „ trimonii non posse dissolvi; aliud vero „ definire de fide esse, vinculum Matri- „ monii solvi non posse. " Idem notat celeber. Engelbertus Klupfelius ord. S. August. Eremit. S. S. Theolog. D. & Prof. Friburgensis in eleganti Dissertatione, quam inscripsit: *Tertulliani mens de indissolubilitate Matrimonii infidelium altero converso*, & quidem hisce verbis: *Manifestum est, dogmatibus fidei communem Latinorum sententiam annumerari necdum posse* §. 3.

Hinc nostro Ecclesiastico Jure reprobantur etiam aliæ causæ, ex quibus Matrimonia dissolvunt Protestantes, scilicet ad aliud conjugium permittentes transitum, si conjux alter alterius vitæ insidias struxerit, si concubinatum pertinaciter recuset, si eum malitiose deseruerit, si perpetuo carceri sit mancipatus, si sterilitatem, aut abortum procuraverit &c. uti ob hæc laudatus Klupfelius l. c. perstringit Boehmerum Jur. Eccl. Tit. de divort. §. 26, Theod. Bezam de repud. & de divort. Jo. Laur. Mosheim comment. de divort. Jenæ 1757, Henr. Brouver. de jure connubiorum L. II, Delphis 1714, Frid. Spanheim dub. Evang. P. III, pag. 887, Genevæ 1639.

(f) Cum libellum repudii dari mandavit Moyses, adeo abest, Matrimonii divortium concessisse, ut quin immo, cum penitus tollere atque ab suo populo radicitus evellere non posset, illud saltem difficilius ac rarius redderet, imposita lege libelli repudii. Hic libellus repudii porrigi debebat coram judice ac testibus religione jurisjurandi munitis; reque mature admodum perspecta, ac causa diligentissime expensa, Judex libellum repudii dabat, virque uxori mittebat. Eccl. hom. de divort. Quis statim non videt, Judæos ad conscribendum libellum repudii adstrictos in primis serio de dimittenda uxore cogitare ac deliberare debuisse? Dum hæc deliberatio fieret, sperari poterat, ut quiesceret præceps animi flagrans impetus, qui forte maritum corripuisset, & ad dimittendam uxorem adduceret. Deinde quoniam acta publica a Scribis publicis pendebant, & Scribæ viri essent in populo selecti prudentissimi, facile evenire poterat, ut concitati conjugum animi interpositis amicorum & prudentum virorum officiis conciliarentur, &, quod gerendum erat in conscribendo libello, in irritum omnino caderet.

Formulam libelli refert Manassen ben Israel *p. ult. tract.* 2. *c.* 2. Repudiata es a me, ut nunc libera & cuivis viro concessa. Eamdem ampliorem ab Hebræis habitam tradunt Vatablus, Oleaster, & alii ad *d. c.* 24 *Deut. Ego Rabbi &c. die prima mensis secundi anni* 5296 *a creatione Mundi hic & in hac civitate ex animi mei consensu, & sine ulla coactione repudiandi Rachel filiam R. &c. &c. dedi illi libellum repudii, in manu schedam* abs-

sed de eo, qui & suam dimisit, & aliam duxit. Nam dictio *&* est conjunctiva, & utrumque orationis membrum complectitur. L. si quis ita stipulatus ff. de verb. Oblig. L. si hæredit. §. Cajo ff. de fund. instr. At tu e Greco textu hunc Matthæi locum ita reddis: *Quicumque dimiserit uxorem NON OB FORNICATIONEM &c.*, atque ex Siriaco; *Quicumque dimiserit uxorem suam NON ADULTERAM, & aliam duxerit, mœchatur*. Sed utcumque vertas, semper latet exceptio, eaque exceptio, quæ contrariam regulam firmat. L. excc. ptio de reg. Jur. in 6. L. 2, de cu-stod. & exhiben. Hinc Augustinus lib. 1 de adult. conjug. cap. 9: *Est qui mœchatur, uxore dimissa, alteram ducens; & est qui hoc faciens non mœchatur, qui hoc facit, cum Evangelium dicat, eum mœchari, qui hoc facit? Verum Evangelium dicit mœchari, qui, nisi ob fornicationem priore dimissa, alteram conjugem ducat. Non ergo generaliter prohibuit, quod exceptione indulsit . . . Si conditionaliter*, ait Tertullianus lib. 4 ad Marc. cap. 34, *prohibuit dimittere uxorem, non in totum prohibuit; &, quod non in totum prohibuit, permisit. Hac igitur esse videtur sententia Christi: Qui quacumque ex causa dimittit uxorem suam, & aliam ducit, mœchatur. Qui vero ob fornicationem dimittit uxorem suam, & aliam ducit, non mœchatur*. At hæc interpretatio, inquis, pugnat cum totius Ecclesiæ sententia (g). De

---

abscissionis, & signaculum divisionis, ut sit a me abjecta, & abeat quocumque velit, & nemo possit illi prohibere juxta constitutionem Moysis & Israel. Melior censetur formula, quam tradit Andr. Osiand. *in Annot. in Harmon. Evang.* a lingua Chaldaica, cui jam inde a Babylonica captivitate Judæi assueverant, translata; eamque afferit adeo scrupulosa diligentia observari, ut, si una littera omissa aut reperita aut cum alia confusa cernatur, instrumentum judicent invalidum, ac denuo præcipiant exarandum. His tamen formulis, si credamus Hebræo Josepho *antiq.* 4, addebatur, quod sacræ legi consonum erat, *Promitto te amplius non acceptarum*, quo sic mulier posset cuivis rursus nubere. Hac promissione utuntur Turcæ, ac pro summo dedecore habent repudiatam reassumere *Chalcocon. lib.* 2.

(g) Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis Comment. in Concord. Evangel. cap. 40, pag. 224: *Et qui dimissam duxerit, adulterat*. Hanc partem hodie quidam, inter quos etiam Cajetanus, pessime intelligunt, existimantes repetendam etiam hic illam exceptionem, excepta fornicationis causa, ut sit sensus: Et qui dimissam duxerit, excepta fornicationis causa, adulterat. Itaque intelligunt dimissam ob fornicationem alteri nubere posse, & similiter eum, qui dimittit ob fornicationem, alteram uxorem ducere posse. Et probant hanc suam intelligentiam ex eo, quod cum Dominus dicit: Qui dimiserit uxorem, excepta fornicationis causa &c. (significans ob fornicationem licite dimittere uxorem), non videatur de alia dimissione uxoris locutus, quam de tali, qualis est, de qua ex legis præcepto prius dixit: Quicumque dimiserit uxorem, det ei libellum repudii: dimissio autem uxoris in veteri lege solvebat etiam vinculum conjugale ita, ut mulieri liceret alteri nubere; ergo & dimissio uxoris ob unam causam licita in nova lege solvet vinculum conjugale. Verum hæc intelligentia & sententia pugnat & cum communi totius

De hoc viderimus postea. At tu interim incidis in Scyllam cupiens vitare Carybdim. Dum Ecclesiæ doctrinam revereri te putas, illius disciplinam condemnas. Cur patitur Ecclesia thalami consortium abrumpi non solum ab adulterio (*h*), sed etiam ab alicujus morbi contagione,

ab

---

tius Ecclesiæ ab initio per orbem diffusæ sententia, & cum apertissimis scripturis, & cum rationis æquitate. Primum enim ab initio Ecclesiæ nemo inventus est orthodoxus Christianus, maxime apud Latinos & Græcos antiquiores, qui repudiata uxore ob fornicationem aliam duxerit, illa vivente; aut qui repudiatam ob fornicationem duxerit; aut cui hoc facere tentanti Ecclesia permiserit. Sed & Patres antiqui omnes concorditer docuerunt & scripserunt, vinculum conjugale manere etiam facto divortio legitime. Unde Augu. lib. de bono conjugali capitu. 7, & citatur 32, quæst. 7. Interveniente, inquit, divortio non aboletur illa confœderatio nuptialis, ita ut sibi conjuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committant, quibus etiam fuerint post suum repudium copulati vel illa viro, vel ille mulieri. Jam & æquitas rationis cum illa ipsorum pugnat intelligentia. Absurdum enim foret, si adultera & juste dimissa a viro, quo ad hoc esset liberior proba matrona & injuste repudiata, ut huic non liceret, illi vero liceret alteri nubere. Pugnat etiam cum apertis scripturis, quibus docetur, vinculum conjugale plane esse indissolubile, ut primum illo, quod Paulus frequenter citat: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Itaque vocabitur adultera, si vivente viro fuerit cum alio viro. Quo loco etiam habet: Iis, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Quæ pars posterior, ut docet Augustinus, non potest intelligi, nisi de ea, quæ discedit justa causa, nimirum ob eam unicam causam, quam Dominus concessit. Nam discedenti injusta causa non dedisset Paulus optionem, ut aut maneret innupta, aut viro suo reconciliaretur; sed alterum præcepisset, ut scilicet viro suo reconciliaretur. Si ergo discedenti etiam ob causam concessam a Domino præcipitur, ut aut maneat innupta, aut viro suo reconcilietur, manet ergo etiam inter separatos conjuges matrimoniale vinculum. Idem probabitur & ex verbis Salvatoris circa cap. Matth. 19. Itaque quod hic dicitur, qui dimissam duxerit, adulterat, intelligendum de dimissa ob fornicationem, quemadmodum intelligunt Chrysost. & Theophyl. aut certe generaliter de dimissa ob quamvis causam, sive licitam sive illicitam. Jam si quis dimissam ob fornicationem duxerit, adulterat, sequitur eam adhuc permanere uxorem dimittentis, alioquin enim non esset adulterium. Si adhuc autem permanet uxor, ergo dimittens ob fornicationem permanet ejus maritus; ac proinde nec ei licitum erit, vivente dimissa uxore, aliam ducere, cum non possit in nova lege duarum uxorum esse maritus. Quare nihil hic valet quorumdam commentum, quo adulteræ & eam ob causam dimissæ interdictam a Christo hic volunt nubendi licentiam, & proinde mœchari dicant quisquis illam duxerit; qui vero eamdem dimisit ob fornicationis causam, veluti liber a prioris Matrimonii vinculo licite cum alia contrahere possit.

(h) Neque enim nomine fornicationis seu scortationis hic accipi potest omne peccatum, ut voluit D. Augustinus *lib. de serm. Dei in monte*. Fatemur, quod πορνεία non solum est illud peccatum, quod in corpore conjugis committitur, scortatio & adulterium; sed quodvis aliud flagitium, ac præsertim illud scelus, quod

in

ab viri sævitia, mendicitate, prodigentia, vinolentia, si id nonnisi ob adulterium fas esse Christus docuit? *Qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*, Matth. V. *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, mœchatur*, Matth. XIX. Si igitur hos interpretes audimus, aut Christus nos fefellit, cum docuit, conjuges mutuo convictu ac consuetudine sese invicem privare non posse, nisi adulterii causa; aut Ecclesia nos fallit, cum alias etiam causas (i) probat, quæ

in Divinum Numen perpetratur. Gregorius Nazian. *Orat.* 31. οὐ περὶ σῶμα μόνον ἁμαρτία πορνεία καὶ μοιχεία λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὅ τι ἂν ἥμαρτες, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ θεῖον πορνεία. Idem dixit Aretas *in cap.* 25. *Apocal.* πορνεία οὐχ ἡ αἰσχρὰ συμπλοκὴ τῶν σωμάτων μόνον νοεῖται, ἀλλὰ καὶ πᾶσα θεοῦ ἔκκλισις. Verum hoc dicitur metaphorice. Cæterum πορνεία, ut explicat Theophilactus *in cap.* 5 *Matth.* est scortatio cum soluta: πορνεία ἡ ἐν τῇ ἀπολελυμένῃ, quæ committitur, quando conjux cum soluta delinquit; & ibi Christus omnem simpliciter fœditatem scortationis nomine complexus est, ut dicit Theophilactus πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἀκαθαρσίαν τῷ τῆς πορνείας ὀνόματι περιέλαβεν. & ita explicat vocem πορνείαν, Gregor. Nyssen. *Canon. tom.* 2, & ibi Balsamon, & Macarius *Homil. XXVI.* Insuper Clemens Alexandr. *Stromat. lib.* 3. *p.* 464 πορνείαν vocat ab uno Matrimonio ad plura prolapsionem; πορνείαν ἐκ τοῦ ἑνὸς γάμου εἰς τοὺς πολλοὺς ἔκπτωσιν, quæ proprie dicitur de dimittente conjugem, & aliam ducente, ut Christus dicit: *Qui dimiserit, & aliam duxerit*. Explicat Origenes in terminis vocem πορνείαν *Homil. in Matth.* 7. *Forsitan audax, inquit, aliquis & judaicus vir adversus doctrinæ Salvatoris nostri dicet, quoniam & Jesus dicens: Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa* πορνείας *fornicationis, facit eam mœchari, permisit uxorem dimittere, quemadmodum Moyses, quem retulit propter duritiem cordis Judæorum hoc præcepisse. Et hanc ipsam inquiet esse causam fornicationis, per quam juste uxor a viro dimittitur, secundum quam & Moyses præcepit dimittere uxorem, si inventa fuerit res turpis in ea.* Item Tertull. *ad Marc. lib.* 4, *cap.* 34, *& lib. de pudicit. cap.* 6. παρὰ τὸν λόγον μοιχείας reddit, præter causam adulterii & præter causam mœchiæ. Ulterius si πορνείας nomine venire peccatum quodcumque asseramus, blandimur tentationi Pharisæorum, qui ex quacumque causa putabant mirti posse repudium. Quare hæc expositio nimis liberalis & laxa; eamque D. Augustinus retractavit *lib.* 1 *retract. cap.* 19, & passim prisci & recentiores interpretes hic πορνείαν vertunt *fornicationem*, quæ in conjugata est *mœchia*, *Cornel. in Matth.* 5, *vers.* 32. Re vera si pro obtinenda dispensatione a maritali indissolubili lege posset dari causa aliqua, debuerat esse conjugis πορνεία, quæ est adulterium, satis antiquum illud crimen ævo Jared ortum, *Epiph. cont. hæres. lib.* 1, *tom.* 2, *f. m.* 2, transitus licet ad alterius thorum, *Calvin. Lexic. jur. verb. adulterium*. Adulter siquidem carnem a carne dividit, *D. Hierony. in Matth.* 9, & quod a Deo per nexum conjugalem factum est, ex duobus unum in duo per adulterium dividitur, *Clem. Rom. Apost. Const. lib.* 6, carneque a carne per adulterium divisa, seu, ut phrasi hebræa utar, excisa tertio intercedente, perit unio, qua carnes conjugum uniebantur, scilicet sacer maritalis nexus.

(i) Concilium Tridentinum *Sess.* 24, *can.* 8. *Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conju-*

quæ nullum cum adulterio habent commercium. Quo sane quid magis impium atque nefarium dici aut fingi possit, equidem non video.

§. IV.

---

get quoad thorum seu cohabitationem ad certum incertumve tempus fieri posse decernit, anathema sit.

Vallensis *Paratitla J. C. Lib.* IV, *tit.* XIX, §. 2, *pag.* 426. Certissimi porro Juris est, Matrimonium ratum & consummatum posse etiam inter fideles dissolvi quoad thorum & habitationem, manente inter eos vinculo Matrimonii, ut patet ex toto hoc Tit. Decretal. & definitur per Conc. Trid. *sess.* 24, *cap.* 8. Et quidem primo fieri id potest mutuo consensu ad perfectiorem statum acquirendum; veluti si uterque voveat perpetuam castitatem, aut ad Religionem transeat, *c.* 1 *&* 2, *sup. de conv. conjug.*

Secundo fit hæc separatio, si alter conjugum spiritualiter fornicatus fuerit, nempe si labatur in hæresim, vel in gentilismum decidat, *cap.* 2. *& seq. h. t.*

Tertio, si alter alterum impellat ad peccatum ita, ut cum eo sine periculo offensionis divinæ, suspicionis apud homines, participationis in crimine cohabitare non possit, *d. c.* 2, *h. t.* Eadem est ratio, si dimissio judicetur necessaria ad emendationem & correctionem uxoris *c. si vir* 3, *inf. de adult.*

Quarto, si alter in alterum sæviat nimium: nisi forte maritus sufficientem det cautionem arbitrio Judicis de non offendenda uxore, *c.* 1, *sup. Ut lite non contestata &c.*

Quinto, Votum ultramarinum ad liberandam terram sanctam, etiam invita uxore, vir emittere & adimplere potest, *c. Ex multa* 9. *in tanta sub. de voto & voti redempt.*

Sexto, si alter conjugum adulterium vel fornicationem (quo nomine omnis illicitus coitus etiam contra naturam continetur) commiserit, *c. Accusatores*, *c. Intel-leximus*, *& c. fin. inf. de adulteriis* juxta illud: *Frangenti fidem, fides frangatur eidem*. Idque obtinet, licet alter alteri juraverit, numquam se repudiaturum; quia causa adulterii vel fornicationis semper excepta videtur; *c. Quemadmodum* 25, *sup. Ut lite non contestata &c. Pendente autem judicio de adulterio non fiet separatio thori: nec ante probatam accusationem* privari accusans debet jure, quod in alterum habet, *c.* 2. *supr.* Attamen non tenetur vir uxorem vel contra ob adulterium aut fornicationem dimittere, si pœnitentia ducta emendetur, nec perseveret in crimine; immo, cessante scandalo, dimissam & non perseverantem in crimine potest sibi reconciliare. Alioqui adultera, quam recipere non vult, ad agendam perpetuam pœnitentiam in claustro aliquo cum mulieribus religiosis collocanda est, *cap. Gaudeamus* 19, *sup. de Convers. conjugat.*

Cæterum observandum, licere alteri conjugum hanc separationem ob fornicationem alterius facere propria auctoritate quoad thorum dumtaxat, non etiam quoad cohabitationem; quia est res publica, & quæ scandalo esse potest, ideoque nonnisi judicio Ecclesiæ fieri debet, *c. Porro* 3, *h. t.* nisi adulterium fuerit omnino publicum & notorium, *c. Significasti* 4, *h. t.*

Ob furtum vero, vel aliud crimen, aut ob morbum conjugis non fit hæc separatio, *d. c.* 2, *h. t.* Nec observatur *Novell. de nuptiis c.* 16, §. *has itaque causas*; neque *l. Jubemus* §. *inter culpas Cod. de repudiis*, *nec rursus Novell.* 117, *c.* 8 *& seq.* quia per jus Canonicum, cui in causis matrimonialibus standum est, corriguntur.

Sed & certis casibus alter conjugum separari ob fornicationem seu adulterium non potest. Primo, quando materiale tantum est adulterium: veluti si mulier vim passa fuerit, *can. Itane, cum Similib.* 32, *q.* 5, ubi non est culpa, nec pœna esse debet: vel si quis fraudulenter sub specie mariti aliquam cognoverit, *can. In lectum.* 31, *q.* 2.

Se-

§. IV. Alia igitur quaerenda nobis est interpretatio, quae cum Ecclesiae doctrina ac disciplina apprime concinat, quae sacro textui vim non afferat, ullumque ejus verbum ac litteram minime torqueat. Quid autem facilius, si dicamus, virum numquam dimittere uxorem suam posse, nisi ob *fornicationem* vitandam, hoc est, nisi tunc, cum illam reti-

Secundo, quando uterque pari crimine tenetur, *c. Intelleximus & c. fin. de adulteriis*; quia paria delicta mutua compensatione tolluntur.

Tertio, quando vir uxori fuit auctor adulterii: veluti si eam prostituerit, *c. Discretionem sup. de eo, qui cognovit consanguineam &c.*

Quarto, quando post cognitum adulterium uxoris rem cum ea habuit, *can. Si qui uxorem* 32, *q.* 3.

Quinto, quando repudiata uxore ante Baptismum, ambo deinde ad Fidem convertuntur: nam uxor licet fuerit a secundo viro ante Baptismum cognita, priori nihilominus erit reconcilianda, *c. Gaudemus h. t.*

Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis.* XXXIX, *num*, 18, *pag.*164. Causa divortii quoad thorum & cohabitationem censetur etiam privatio alimentorum, per quam ipsa uxor patitur famem, & non recipit a marito cibum sufficientem ad vivendum; nam, ut ex Luca de Penna & ex Quintiliano transcribit Monaldus *vol.* 2, *cons.* 20, *n.* 18. *Felix pestilentia, felix praeliorum strages, denique omnis mors facilis; fames aspera vitalia haurit, praecordia carpit, est animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, dirissima necessitatum, deformissima malorum*. Quare cum maritus omni jure sit obligatus alimenta praestare uxori suae, idest victum ac vestitum juxta ejus conditionem praebere, surdus *de alimentis tit.* 1, *q.* 32, *n.* 1 *& seq.* ubi jura & DD. si in hac obligatione deficiat, neque alimenta praestet uxori, eamque fame cruciari permittat, dicitur gravissime in eam saevire; & ex hac causa potest ipsa uxor divortium facere, ut in puncto scribit idem Monaldus *vol.*1, *cons.* 44, ubi *num.* 1 notat, probatam esse saevitiam ex alimentis subtractis ita scribens: *Et insuper etiam Domina Apollonia secunda testis in ordine deponit super quarto articulo; & Domina Michaela tertia testis, che detto Alessandro non dava nè da mangiare, nè da bere, nè da vestire a detta sua moglie*. Unde subdit *n.* 2. *Quibus stantibus dubitandum non est, aperte constare de saevitiis & malis portamentis dicti sui viri, cum illam absque legitima causa verberaverit, & verbis injuriosis affecerit, odio prosequatur, conatus fuerit illam interficere, & interficere velle dixerit, ac alimenta & alia necessaria ad vitam ducendam non praestiterit, cum alimenta non dare nihil aliud sit, quam eam necare velle & in eam saevire. l. Necare, & ibi Bartolus ff. de liberis agnoscen. & Gigas in cons.* 130, *num.* 5. Denique itaque alimentorum est crudelissima saevitia, & ex ea proceditur ad faciendum divortium. De hac & aliis saevitiae speciebus videndi sunt Sanchez *de Matrim. lib.* 10, *disp.* 18, Basilius Pontius *lib.* 9, *cap.* 23, *a. n.* 4, Aversa *quaest.* 23, *sect.* 10, Salmanticenses *d. tract.* 9, *de Matrim. cap.* 16, *n.* 37, Mastrius *d. disp.* 7, *n.* 584, & Emin. Card. de Lauraea *d. disp.* 42, *n.* 259 *& seqq.* in quibus de pluribus saevitiae actibus differit, inter quos includit dilapidationem ac dissipationem bonorum, subdens *n.* 272. *Quarto reduci posse ad saevitiam, si conjux bona omnia vel majorem partem dissipare & profundere velit, & de facto id exequi inceperit hoc enim grave est innocentis onus non facile tolerandum*. Quod notari a studiosis debet, quia apud alios DD. talis saevitiae spe-

retinere absque *fornicatione* non posset, eo quod vitio (*k*) illud Matrimonium laboret? Exemplo nobis est illud conjugium, cujus meminit D. Paulus in epist. 1 ad Corinthios V, 1. *Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* En illa *fornicatio*, qua de loquebatur Christus, ob quam uxor dimittenda erat. Sed, inquis, Christus ait, nisi *ob fornicationem*. Cur tu subaudis *vitandam?* At, inquam ego, cur & tu subaudis, *ab alterutro conjugum commissam?* Mi nil obstat, cur illud unum verbum sublatere putem; at tu tria hæc verba addendo inextricabiles tibi nodos confecisti, qui tot ingenia torserunt exercueruntque.

§. V. Quod si etiam verba illa Christi, nisi ob fornicationem, de fornicatione spirituali (*l*) explicanda esse velis, habes Divum Paulum, qui

---

species non invenitur, quamvis frequentissima sit in praxi.

Idem *ibidem num.* 29. Gobatus *in Theolog. Experim. tract.* 10, *n.* 731, qui ultra prædicta facinora ponit etiam ebrietatem tamquam causam sufficientem ad faciendum divortium, ut decisum fuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur etiam Riccius *part.* 2, *Decis.* 165.

(k) Neque ob impedimentum dirimens solutum Matrimonium haberi potest, nisi primum ea de re sedulo quæsierit Judex Ecclesiasticus (Conc. Trid. *Sess.* 24, *cap.* 20, *de Reform.* matrimoniales causas Episcopi judicio commisit, Prælatis inferioribus generatim exclusis. Hinc Bened. XIV. causas matrimoniales eorum, qui subsunt Capitulo Veronensi, non ab ipso Capitulo, sed ab Episcopo Veronensi judicandas esse decrevit *in Constit. Regis Pacifici* 59, §. 29, *t.* 4 *Bullarii sui pag.* 285, *edit. Romæ, seu Venet.* 1758, quemadmodum & similes causas non ab Abbate Cryptæ Ferraræ loci Ordinario, sed ab Episcopo Tusculano cognosci voluit *in Constit. inter multa* 33, §. *tertium tom.* 2, *pag.* 170), atque edita sententia solutum declaraverit.

Quod judicium certo ritu expediendum est, ne quid in re gravissima inconsiderate ac negligenter fiat. Nimirum in omnibus his controversiis publicus Matrimonii Defensor esse debet, sive uterque conjux sive alter tantum solutionem postulet; eoque citato, gerenda sunt omnia, ut judicium valeat. Si Judex ratum firmum habendum esse definiverit Matrimonium, neque quis ab ea sententia appellaverit, etiam Matrimonii Defensor abstinere se a judicii progressu debet; veruntamen ejus est provocare ad Judicem superiorem, cum sententia contra vim Matrimonii lata est. Altera sententia si Matrimonium similiter irritum declaretur, necesse non est longiori judicio experiri; & tunc, eo finito, conjuges, qui interim, dum fervebat judicium, novas nuptias inire prohibebantur, ad eas transire libere possunt. Semper tamen integrum est, etiam postquam duabus sententiis infirmatum est Matrimonium, redintegrare judicium, quoniam hæ sententiæ vim numquam accipiunt rei judicatæ. Cuncta hæc, quæ pertinent ad cognoscendas causas matrimoniales earumque judicia expedienda, accurare lateque explicantur a Benedicto XIV *in Constit. Dei miseratione* 23, *t.* 1. *ejus Bullarii pag.* 49, *edit. Romæ, seu Vene.* 1758, quam constitutionem ipse Benedictus memorat *in Constit. Si datum* 47, *tom.* 2 *Bullarii pag.* 236, *& in Constit. Etsi Matrimonialis* 51, *tom.* 4, *pag.* 213.

(l) Cornelius Jansenius Episcopus Gandav. loc. cit. pag. 223. Sed quæstio hic est.

qui hanc tuam explicationem ab omni erroris periculo ac metu liberabit 1 ad Corinth. VII, 10. *Iis, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentiat habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentiat habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem; alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subjectus est frater vel soror in hujusmodi: in pace autem vocavit nos Deus.*



Q U. XXXV.

est, an fornicationis nomine hic oporteat tantum intelligere fornicationem temporalem, an etiam fornicationem spiritualem. Augustinus 1 libro de sermone Domini in monte disputando probat etiam fornicationem spiritualem debere hic intelligi nomine fornicationis, eo quod Paulus permittat viro fideli dimittere uxorem infidelem, nimirum propter infidelitatem, quæ est fornicatio quædam spiritualis.



QU. XXXV.

Illa ne in Baptismo inest vis, quae Matrimonium dissolvit?

§. I. PAulus I ad Corinth. VII haec ait: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est. Cui vult, nubat.* Alterutrius igitur conjugis morte Matrimonium dissolvitur. Quemadmodum vero apud Ethnicos non solum mors naturalis, sed etiam civilis conjugii foedus rescindebat, uti servitus, captivitas, deportatio l. 45, in fine, ff. de ritu nuptiar. l. c. ff. de divort. l. 56, ff. solut. Matrimon. ita etiam apud Christianos duplicis generis mors est, quae Matrimonium infringit. Una est, quae naturalis dicitur, a qua humana omnia solvuntur; altera, quae veterem hominem penitus extinguit, ac novum prorsus progenerat. Haec contingit, cum baptizamur. Tunc enim *cum Christo commorimur, & consepelimur Mundo atque peccato, & rursum cum illo resurgimus ad novitatem vitae.* Ad Roman. VI. Uti igitur illorum conjugium, qui naturae concesserunt, si reviviscerent, nova egeret integratione; ita & illorum Matrimonium, qui cum Christo Mundo concesserunt, dum renascuntur, nova indiget vita.

§. II. Verum hi conjuges *renati ex aqua & Spiritu Sancto* audiant Orationem Divi Pauli I ad Corinth. VII, 10. Monet illos, ac praecipit, ut, quoniam ipsi revixerunt, ita & illorum conjugium reviviscat. Etiamsi alter conjux in pravitate sua adhuc perstat? Etiam, modo & is novo huic conjugio assentiatur, & nullum inde novae Christianae vitae periculum creetur (*a*). Quid si assentiri no-

(a) Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis. XI, num. 30, pag. 43.* Quartum dubium est, *An conjux fidelis teneatur recipere conjugem suum infidelem dicentem, pro nunc nolle amplecti fidem Christianam, sed velle cohabitare secum absque injuria Creatoris, & absque incitamento ad peccatum? vel possit, eo repulso, ad alias Nuptias transire?* Digladiantur inter se Theologi circa hoc dubium. Alii respondent, quod tenetur cohabitare cum suo conjuge infideli. Primo, quia id dicit Apostolus Paulus I Cor. 7. *Si quis frater uxorem habet infidelem & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentiat habitare cum il-*

nolit, aut gravius aliquod malum timeatur? Tum Paulus Christianum conjugem ab hujusce renovatione conjugii dehortatur, illique integrum es-

---

illa, non dimittat virum. Secundo, quia Innocentius Papa III eatenus concedit conjugi fideli converso transire ad alias nuptias *in cap. Quanto de Divort.* quatenus *altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eam pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente*. Tertio, quia ex hac cohabitatione spes est, ut infidelis conjux convertatur ad fidem, *cap. Jam nunc* 28, *q.* 1. Quarto, quia Privilegium datum pro dissolvendo Matrimonio infidelis conversi est restrictum ad hos duos casus, si nolit cohabitare sine blasphemia Creatoris, vel sine pernicie animæ ipsius conversi. Quinto, quia sicut gratia non destruit naturam, ita fides conversi conjugis non debet destruere contractum maritalem ante initum cum infideli. Sexto, quia causaretur magna confusio in Republica, si daretur repulsa conjugibus infidelibus volentibus pacifice habitare cum conjugibus suis conversis; & valde impediretur conversio infidelium, si scirent, se non posse amplius cohabitare cum suis conjugibus, & ab eis esse omnino separandos. Ideo hanc opinionem secuti sunt S. Thomas *in* 4, *dist.* 39, *q. Unic. art.* 5, *in corp. & in supplem.* 3 *p. quæst.* 59, *art.* 5, Valentia *tom.* 4, *disp.* 10, *quæst.* 1, *punct.* 7, Ledesma 3 *p. q.* 59, *art.* 4, *dub.* 2, *concl. Unic.* Emin. Card. Toletus *in Summa lib.* 7, *cap.* 7, Rebellus *part.* 2, *lib.* 3, *q.* 10, *n.* 10, Castropalaus *de Matrim. disp.* 3, *punct.* 2, *num.* 6, Gonerus *eodem tract. disp.* 5, *num.* 99, & novissime Emin. Card. de Laurea, qui fortissime firmat hanc sententiam, *d. disp.* 16, *de Matrim. art.* 11, §. 3, *a num.* 188 *& seqq.*

Nihilominus alii gravissimi Theologi contendunt, non esse cohabitandum cum conjuge infideli, etsi offerat se absque injuria Creatoris aut instigatione ad peccatum se cohabitaturum. Primo, quia Apostolus Paulus, dum dixit I *Cor.* 7, 15: *Quod si infidelis discedit, discedat &c.* intellexit non tantum de discessu physico, quando non vult cohabitare, sed etiam de discessu morali, quando discedit ab Ecclesia recusans baptizari. Secundo, quia subdens Apostolus *ibid. Non enim servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi*, innuit solutum esse vinculum, neque amplius conjugem fidelem subjectum esse servituti, idest cohabitationi infidelis. Tertio, quia Privilegium datum in favorem fidei debet suum effectum operari, quando infidelis non vult converti ad fidem. Quarto, quia semper est periculum, ut fidelis subvertatur ab infideli, si cohabitet cum illo: nam si vir sit infidelis ob dominium & superioritatem in uxorem ei infensus erit tum circa animam, tum circa corpus. Quis ignorat odium Judæorum in Christianos? Julius Maurocenus Neophytus, ac primum Rabbinus inter Hebræos in opere suo ab eodem scripto *part.* 3, *c.* 12, *pag.* 1392, ita inquit: *L'amicizia degli Ebrei coi Cristiani è come quella dei Demonj con gli uomini; perchè questi ai stregoni e ad altri loro divoti mostrano di esser amici e di volerli bene, li fanno cortesie e carezze, e li ajutano in certe cose; ma il fine, che hanno nell' interno, sempre è la rovina di colui, col quale praticano*. Et prosequitur narrando sitim, quam habent Judæi sanguinis Christiani, & allegendo exempla filiorum fidelium per eos furtim occisorum, inter quos anno 1475 Beatus Simoncinus de Tridento ab iisdem Judæis vivus excarnificatus. Quomodo ergo uxor Judæa conversa ad fidem incolumis esse poterit cum marito Judæo nolente se convertere, si cohabitet cum illo? Quinto, hinc in

esse ait, sibi aliam ex Christianis in Matrimonium adsciscere. Accipe verba Pauli: *Iis, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Do-*

Concilio Toletano IV *anno Christi* 633, *can.* 63, ita sancitum fuit: *Judæi, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Episcopo Civitatis ipsius, ut, si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in ejus permanere conjugio, quæ jam in Christianam translata est fidem.* Refertur hic canon in c. Judæi 28, q. 1. Sexto, nec minus erit periculum, si maritus sit fidelis, uxor autem volens cohabitare cum ipso sit infidelis. Scriptum est: *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes*, *Eccles.* 12, 2, quo loci ait Cornelius a Lapide: *Vina & mulieres Salomonem Regem sapientissimum infatuarunt, ut apostataret, fieretque Idolatra. Eædem infatuarunt Calvinum, Lutherum, Bucerum, cæterosque nostri ævi Novatores, eosdemque Apostatas, immo Hæreticos & Hæresiarchas effecerunt.* Et de vafritie mulierum, quæ etiam sanctos viros traduxerunt in peccata, subdit idem a Lapide *in Judic.* 16, 4, loquens de Dalila uxore Sampsonis: *Vide hic quam perniciosa sit mulier. Quid fortius Sampsone? Quid sanctius Davide? Quid sapientius Salomone? Et tamen hos Viros perdidit mulier, æque ac Eva Adamum omnesque ejus posteros.* Igitur cohabitatio mariti fidelis cum uxore infideli non est sine evidenti periculo subversionis ejusdem mariti in aliquod gravissimum scelus. Libet notare pravitatem Drahomiræ uxoris Paganæ Uratislai fidelis Ducis Bohemiæ, ex quibus natus est S. Wenceslaus Martyr, in cujus lectionibus *die* 28 *Septembris* Ecclesia recitat ejusdem uxoris impietatem; de qua etiam Emin. Card. Baronius *anno Christi* 938, *num.* 8. Et Surius in vita ejusdem S. Martyris ita ait: *S. Wenceslaus Bohemiæ Dux, Patre Christianissimo simul ac religiosissimo Uratislao, Matre vero Drahomira Lucensi a Christiana Religione alienissima progenitus fuit; siquidem longe severiorem immanioremque in Christianos, quam Jezabel in Prophetas, ea se exhibuit.* Et paulo post: *Interim marito funerato filiisque adhuc ætate imbecillioribus, Drahomira Religionem invadit, ac statim odium in Christianos male diu dissimulatum detegit, edicto proposito, ut Templa Christiani occluderent, cultu cæremoniisque abstinerent, Sacerdotes populum ne docerent, nec Ludimagistri discipulos. Secus facientibus carcer, exilium, mors denuntiata.* Ecce fructus cohabitantis uxoris infidelis cum Christianissimo conjuge. Septimo, suffragatur huic opinioni, quod conjux non debeat cohabitare cum infideli, Pauli Papæ III *Constit.* 32, in qua §. 4 decernitur, *ut Judæi ad fidem conversi nonnisi post longum tempus cum Judæis non conversis possint conversari.* Igitur multo minus cohabitare. Octavo, ex morali impossibilitate ejusdem cohabitationis: nam si conversa sit uxor, hanc dedecet habitare in clausura Judæorum, vulgo il *Gheto*, ubi insidiæ quoad ejus animam & corpus. Si maritus Judæus extra *Ghetum* apud uxorem ipsam conversam degere velit, est ei prohibitum per aliam Pauli IV *Constit.* 3, §. 1, ubi præcipitur, *ut Judæi in locis separatis a Christianorum domibus habitare debeant.* Nono, favet exemplum Cæsaræ Reginæ Persarum, de qua Cornelius a Lapide 1 *Cor.* 7, 15, hæc ponit: Cæsara Regina, *uxor Persarum Regis, tempore Mauritii Imperatoris Constantinopolim secreto fugiens, ibique conversa & baptizata, cum maritus eam repeteret, ad eum redire noluit, nisi ipse Christianus fieret. Quare ipse Constantinopolim veniens ibique baptizatus & ab Augusto de fonte levatus, accepta conjuge, lætus ad suos rediit. Id contigit sub annum Domini*

593.

Dominus, uxorem a viro non recedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem suam non dimittat. Hactenus D. Paulus de iis locutus est, inter quos Matrimonium intercedit, neque discrimen ponit inter *Fideles* & *Infideles*; ac nescio, qui in mentem

593, *uti ex Paulo Diacono & Gregorio Turonensi refert Baronius*. Quare sic esse faciendum videtur etiam nostris temporibus, videlicet conjugi infideli neganti suam ipsius ad fidem conversionem a conjuge fideli negandam esse cohabitationem cum transitu ad novas nuptias, etsi spondeat infidelis sine injuria Creatoris & sine pertractione ad peccatum velle cohabitare. Ita Sanchez *de Matrim. lib.* 7, *disp.* 74, *num.* 9, ubi alios Theologos ac Canonistas sic sentientes cumulat. Basilius Ponrius *lib.* 7, *cap.* 48, ubi pro se allegat S. Thomam *in* 4 *sentent. dist.* 39, *q. Unic. art.* 3, *& ibid.* Richardum, Durandum, & Gabrielem, quos sequitur Comitollus *d. lib.* 7, *q.* 124, *num.* 4, Coninchius *de Sacram. disp.* 26, *dub.* 5, *num.* 61, Diana Coordinatus *d. tom.* 2, *tract.* 6, *resol.* 121, desumpta ex veteri *part.* 3, *tract.* 4, *resol.* 251, alias 252, Barbosa *in collect. DD. ad cap. Si infideles* 28, *q.* 2, *num.* 4, ubi dicit hanc esse veriorem sententiam, ac novissime Collegium Salmaticense *d. tract.* 9, *de Matrim. cap.* 4, *num.* 45, *ubi* citat pro hac opinione Sotum, Ledesma, Dicastillum, Henriquez, Rodriquez, Emin. Card. Bellarminum, & alios.

Et ab his respondetur ad argumenta contraria, quæ subsistentia non videntur esse. Non primum, ex verbis Apostoli Pauli, quia sunt de consilio, non de præcepto; ait enim: *Cæteris Ego dico, non Dominus, I Cor.* 7, 12. Ergo consulit, non præcipit, ut notavimus supra *num.* 20. Sed, esto, præceperit; cum sit præceptum humanum, contraria consuetudine est abrogatum, sicut illud de non comedendo sanguine aut suffocato, ut ajunt Salmaticenses *d. cap.* 4, *num.* 43. Non secundum, ex Innocentio III *in cap. Quanto de Divort.* quia ibi Pontifex intelligit idem esse nolle converti, & nolle habitare cum blasphemia Creatoris; quia statim ac conjux infidelis recusat, se convertere ad fidem, innuit velle cohabitare cum blasphemia Creatoris. Ita ex Coninchio Diana Coordinatus *d. tom.* 2, *tract.* 6, *resol.* 121, §. 3. Et clarius responderi potest, quod dictio *vel* sumitur pro copulativa &, ita ut Innocent. III velit dicere: *Altero vel nullo modo, & non sine blasphemia divini Nominis, & ne eum pertrahat ad peccatum*. Siquidem *vel* positum inter genus & speciem habet vim copulativæ &. Barbosa *Diction.* 415, *num.* 4. Infidelitas autem est genus, blasphemia est species injuriæ Creatoris. Non tertium, quia immo hisce temporibus sæpe majus est perversionis conjugis fidelis, quam conversionis infidelis. Non quartum, quia non constat de asserta restrictione ad alios duos casus facta. Et quatenus ita esset restrictum, replicatur, quod idem censetur nolle amplecti fidem, & nolle habitare nisi cum injuria Creatoris & Fidei. Non quintum, quia ex prædicto Privilegio ac dispensatione solvitur contractus Matrimonii, ubi infidelis respuit gratiam conversionis. Non sextum, quia salus animæ est præferenda politicis respectibus, &, ubi agitur de ejus periculo, omnia sunt spernenda; & quoad impedimentum conversionis infidelium negatur consequentia; quinimmo ubi conjux infidelis nutriat veram charitatem & amorem erga conjugem fidelem, ne eum amittat, facilius convertetur ad fidem.

Sic altercantur DD. circa hoc dubium, quorum aliqui conantur eos concordare dicendo, quod prima opinio procedebat in primis Ecclesiæ sæculis, in quibus cum magnus esset fervor fidei in conjugibus con-

tem venire potuerit sapientissimo (b) viro illud, Paulum hisce verbis so-
los

conversis, parvus erat timor subversionis in cohabitatione cum conjugibus infidelibus. At nunc, frigescente fervore fidei, evidens est periculum, ut conversus subvertatur ab infideli obstinato in infedelitate; & ideo non est amplius locus petitæ cohabitationi. Ita DD. apud Salmaticenses *d. cap. 4, n. 42 & 43*. Alii concordant, dicentes primam opinionem admittendam esse in Paganis & Gentilibus, ex quibus aliquis conjugatus convertatur ad Fidem: secundam vero prorsus locum habere debere in conversis ex Judaismo. Ratio est, quia Gentiles non sunt adeo infensi ac pervicaces contra illos, qui fiunt Christiani, prout sunt Judæi, quorum, ut diximus, est inexplicabilis contrarietas in Christi fideles. Ita Basilius Pontius *dict. lib. 7, cap. 49, n. 10*, & Cabassutius *ad Conc. Tolletan. 4, can. 63, n. 17, pag. 287*. Alii dicunt, attendendam esse consuetudinem regionum, in quibus conjux conversus sit ex infidelitate ad Fidem Christianam. Idcirco si convertantur apud Chinenses, Japonios, aliosve Indos, apud quos usus & consuetudo viget, ut conjux infidelis cohabitet pacifice cum fideli, habebit locum prima opinio, & cohabitatio erit admittenda. At in Italia, Germania, Gallia, Hispania, aliisque regnis Europæ, in quibus non est in usu, ut cohabitent simul conjuges conversæ Fidei ac Religionis, præferenda est secunda opinio, ac prædicta cohabitatio erit omnino deneganda. Ita Salmaticenses *d. c. 4, n. 43*.

(b) Prosper Lambertinus *tum Segretarius Congreg. Concil. Trid. postea Benedict. XIV, in Discursu habito in Causa Florentina an. 1727*. Certum est, quod Matrimonium in infidelitate contractum solvitur quoad vinculum, si alter ex conjugibus in infidelitate permaneat, & nolit cohabitare cum conjuge ad Fidem converso, vel, si cohabitare velit, nolit cohabitationem sine contumelia Creatoris. Incertum est autem, quo tempore Matrimonium prædictum quoad vinculum solvatur, & a resolutione hujusce controversiæ pendet resolutio primi ex propositis dubiis, *an videlicet adhuc subsistat Matrimonium in Judaismo contractum inter Riccam & Abraham*, necnon secundi, *an Abraham post suam & Blanchæ conversionem teneatur ad redeundum cum Ricca, Blancam relinquendam*.

Quod autem certum sit, Matrimonium in infidelitate contractum solvi quoad vinculum, si alter ex conjugibus in infidelitate permaneat, & nolit cohabitare cum conjuge converso ad fidem, vel, si velit cohabitare, nolit id facere sine contumelia Creatoris, colligitur ex *Apostolo in prima ad Corinthios cap. 7*, ubi sic inquit: *Nam cæteris Ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit cohabitare cum illo, non dimittat illam; & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum &c. Quod si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi, in pace autem vocavit nos Deus*. Cum etenim Christus Dominus *Matthæi 19* de conjugio inter fideles contracto dixisset, *Quod Deus conjunxit, homo non separet*; Apostolus in citatis verbis *de cæteris*, hoc est de illis, qui Matrimonium ante Fidem contraxerunt, locutus est, & facultatem concessit conjugi ad Fidem converso transeundi ad alia vota, si conjux permanens in infidelitate cohabitare nolit sine contumelia Creatoris.

Idem in alio antecedenti discursu in eadem causa Florentina: Matrimonium suam obtinuit indissolubilitatem in ipso Mundi principio ex jure naturali, Divino, & deinde ex Evangelico juxta illud *Genesis cap. 2: Quamobrem relinquet homo Patrem suum & Matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*; quæ
ver-

los Judæos complexum fuisse, cum aliunde certum sit, Conjugium etiam Infidelium indissolubili nexu contineri. Jam vero Apostolus Orationem suam convertit ad eos, inter quos Matrimonium non amplius intercedit, uti patet ex verbo *cateris*, quod statim subjungit. Quinam sunt hi cæteri? Non iidem certe, qui supra. At ii, de quibus supra Paulus loquitur, *Matrimonio juncti sunt*. Hi igitur *cateri* Matrimonio juncti non sunt. Qui igitur hi? Nosce illos ex Divi Pauli verbis, quæ sequuntur: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam; & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum*. Hi igitur sunt vir, qui uxorem duxerat ante Baptismum, & mulier, quæ ante Baptismum viro nupserat; atque horum Matrimonium non amplius consistere ait Apostolus, iis tamen præcipit, ut sese non deserant, sed ad prius redeant conjugium.

§. III. Duas leges hic promulgat Paulus, alteram divinam, humanam alteram, alteram ut Christi Apostolus eorumque, quæ a Christo acceperat, præco, alteram uti Episcopus Ecclesiæque Antistes. Illos omnes, qui Matrimonii vinculo constricti sunt, prohiberi ait lege divina, quominus a sese invicem discedant. *Iis, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed DOMINUS, uxorem a viro non recedere*. Eos vero, quos a priore conjugio nova nativitas

---

verba fuerunt a Christo Domino reassumpta in Evangelio *Matthæi c.19*: *Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Dixit propter hoc: Dimittet homo Patrem & Matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, itaque jam non sunt duo, sed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Et paulo post: Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur*. Divina hæc eloquia procedunt in Matrimonio saltem consummato juxta responsum *Alexandri III in cap. Ex publico de convers. Conjugatorum*, ibi: *Sane quod Dominus in Evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis, uxorem suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem Sacri Eloquii de his, quorum Matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest*; & præscindendo ab auctoritatibus Theologorum, quæ facili negotio cumulari possent, ab his Divinis Eloquiis desumitur indissolubilitas Matrimonii saltem consummati jure Naturali, Divino, & Evangelico, ut exposuit *Bonifacius VIII in cap. unico de voto & voti redemptione in sexto*, ibi: *Matrimonii vero vinculum ab ipso Ecclesiæ Capite rerum omnium Conditore, ipsum in Paradiso in statu innocentiæ instituente, unionem & indissolubilitatem accepit*: & *concordat Sacrum Concilium Tridentinum in Doctrina de Sacramento Matrimonii*, ibi: *Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primus humani generis Parens Divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; quamobrem relinquet homo Patrem suum & Matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari & conjungi Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba tamquam a Deo*

vitas liberavit (*c*), juberi inquit abs se, h. e. ab humana lege, ad prioris conjugii integrationem consentire. *Nam cæteris EGO dico, non Dominus &c.* Sunt qui hæc Pauli verba non præceptum, sed consilium præseferre arbitrantur (*d*). Verum Ecclesia hunc Pauli locum non in consiliorum, sed in Ecclesiasticarum legum numero semper habuit, uti ex cap. Gaudemus de divortiis, ubi Innocentius III Tiberiadensi Episcopo rescribit: *Quod si conversum ad fidem & illa conversa sequatur, antequam legitimam ille ducat uxorem, eam recipere COMPELLITUR.* Itaque ea nunc Ecclesiæ lex viget ac disciplina, ut cum duo conjuges vel una, vel seorsim, vel eodem tempore, vel diversis temporibus Baptismo initiantur, ratum habere prius conjugium jubeantur; nisi, qui prior Christo nomen dedit, ante comparis Baptismum Christianam militiam subterfugientis atque execrantis.

---

a *Deo prolata referens dixit: Itaque jam non sunt duo, sed una caro; statimque ejusdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronuntiatam his verbis confirmavit: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

Posito quod vinculum Matrimonii saltem consummati sit indissolubile jure naturali, Divino, & Evangelico, non operatur hæc indissolubilitas, quin in aliquo casu dissolvi possit; sed oportet, ut hic casus sit expressus ab eo, qui primam statuit indissolubilitatem, quique potest dicto juri derogare: cumque hujus vinculi dissolutioni solus faveat Textus Apostoli 1 *Ad Corinthios cap.* 7, ibi, *quod si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi, in pace autem vocavit nos Deus*, quod est idem ac dicere, cum unicus sit dissolutionis casus a Deo per Apostolum Paulum expressus, quando videlicet conjux infidelis non vult cohabitare, vel, si velit id facere, non vult id exequi sine contumelia Creatoris juxta Textum *in Canone si Infidelis* 28, *quæst.* 2, *& in cap. Gaudemus de divortiis*; extra consequenter hunc casum solvi non potest vinculum Matrimonii consummati; ita ut per consequens interdictus dici debeat Summus Pontifex solvere Matrimonium in infidelitate consummatum, vel quando ambo conjuges permanent in infidelitate, vel quando ambo sunt conversi, vel quando alter est conversus, & alter vult converti, nec enim in hoc casu infidelis discedit, sed potius venire dicendus est.

(*c*) S. Thomas *in supplem. part.* 3, *Qu.* 59, *art.* 4. Qui moritur priori vitæ, non tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebatur. Qui ad Baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori vitæ moritur, cum generatio unius sit corruptio alterius; & ideo liberatur ab obligatione, qua conjugi tenebatur.

(*d*) Clericatus loc. cit. Decis. XI, n. IV, pag. 41. Observatio prima est, quod Apostolus Paulus, dum inquit: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam &c.* loquitur ex consilio, non ex præcepto, ut patet ex ejus verbis antecedentibus: *Nam cæteris Ego dico, non Dominus*. Et ideo Dominus non prohibuit fideli converso dimittere conjugem infidelem volentem habitare cum illo, nec præcepit, ut illum debeat retinere, si nolit baptizari; sed Apostolus Paulus consuluit eidem fideli converso, ne illum dimittat ob spem facilioris conversionis ejusdem infidelis cohabitantis cum conjuge fideli, ut innuit in sequentibus verbis: *Santificatus est*

tis, novis nuptiis irretitus fuerit (e).

§. IV. Hæc tamen Ecclesiæ lex ac disciplina non tam severa custodia septa est, ut aliquando ab Ecclesiæ auctoritate, a qua profecta est, laxari non possit. Laxata ea fuit a S. Pio V, cum Indis Idolorum cultum ejurantibus morem gessit, ut ex pluribus uxoribus, quas ante Baptismum duxerant, illam deligere possent, quæ secum Christianam fidem amplexabatur,

---

est vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.

(e) Hanc Ecclesiæ disciplinam testantur tum antiqui Theologi ac Canonistæ, tum recentiores. Antiquorum Theologorum agmen ducit S. Thomas, qui in 4, *Sentent. dist.* 39, *qu.* 1, *art.* 5, *in resp. ad* 2, sic ait: *Crimen uxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris absolvit virum a servitute, qua tenebatur uxori, ut non posset, ea vivente, aliam ducere, sed nondum solvit Matrimonium; quia si blasphema illa converteretur, antequam ille aliud Matrimonium contraheret, redderetur ei vir suus; sed solvitur per Matrimonium sequens, ad quod pervenire non posset vir fidelis non solutus a servitute uxoris per culpam ejus*, sequitur *S. Raymundus lib.* 4 *Summæ pag. mihi* 549, ubi ait: *Solvitur statim Matrimonium quoad servitutem; sed non quoad substantiam, nisi tunc demum, cum contrahit cum alia Matrimonium. Et ideo dicit Apostolus: Frater enim & soror non est servituti subjectus in hujusmodi; & Canon contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur, non dicit solvit Matrimonium, sed jus, idest vinculum, obligationem, sive servitutem Matrimonii*. Adhæret Cardinalis Turrecremata *in Can. simili modo in secunda quæstione* 28, *quæst.* 1, ibi: *Solvitur per Matrimonium sequens, ad quod pervenire non posset vir fidelis non absolutus a servitute uxoris per culpam ejus*; cæterisque omissis concordat *Sylvester in verbo Matrimonium* 8, *n.* 10, *q.* 10, ubi dicit, *quod per solum Matrimonium solvitur primum: unde quod si, antequam contrahatur secundum Matrimonium, infidelis convertatur, reliquus tenetur illum recipere; & hoc est, quia stat vinculum.*

Ex recentioribus Theologis hanc ipsam tertiam sequuntur opinionem Sanchez *de Matrimonio lib.* 7, *disp.* 75, *per totam*, Pont. *de Matrim. lib.* 7, *cap.* 48, *num.* 17, Perez *de Matrim. disp.* 36, *sect.* 7, *num.* 4, Salmaticenses *in cursu morali tomo* 2, *tract.* 9, *de Matrimonio cap.* 4, *dub.* 2, *num.* 51, Leander *operum moralium tomo* 2, *tract.* 9, *de Matrim. disput.* 12, *qu.* 16, Cardinalis de Lauræa *de Matrim. disp.* 16, *num.* 138 & 184, Clericat.*de Sacramento Matrim.decis.*11,*n.*19,Rosignol.*de Matrim. part.* 1, *tomo* 6, *prænot.* 14, *Contractu* 15, *n.* 8, §. *alii asserunt*.

Ex recentioribus Canonistis Navar. *cons.* 3, *l.*3, *de Conversione Infidelium*, *edit. Lugdunensis anni* 1594, *ubi num.* 9. ait hanc opinionem esse veriorem & Religioni Christianæ convenientiorem, de Justis *de dispensat. matrimon. lib.* 2, *cap.* 15, *num.* 36, Anaclet. *ad lib.* 3 *decret. tit.* 23, *n.* 4, Engel *ad tit. decret. de Convers. Infidel. num.* 2, Pitingh *ad tit. Decret. de Divort. lib.* 4, *tit.* 19, §. 6, *num.* 35, *versiculo* 25, *notandum* 3, Schmalzgrueber ad eumdem tit. decret.de divort. n. 25, apud quos fuse cumulantur concordantes.

Et demum huic ultimæ opinioni suffragatur resolutio hujus Sacræ Congregat. in alia causa Florentina prima Julii 1679, *lib.* 30 *decret. pag.* 352, *a tergo*, ibi: „ Vicarius Generalis Eminentissimi D. „ Cardinalis Archiepisc. supra infrascripta „ facti specie Sac. Congregat. oraculum „ exquirit. Pluribus ab hinc annis Stella„ Hen-

tur, quin certiores fierent consilii primæ uxoris (V. Litter. Apostol. quarum initium est *Romani Pontificis*, Part. V. Const. Apostolic. pro Mission. Sinar. & Tunchin. &c. Edit. Parisiis an. 1636). Laxata fuit a Gregorio XIII, cum Angolæ, Æthiopiæ, ac Brasiliæ incolis ad Christi castra transeuntibus assensus est, ut, primæ conjugis superstitis sententia nec expectata nec postulata, possent sibi Christianam uxorem adjungere, eamque retinere, licet prima prodiret, atque doceret, se antea Christiano nomine censam, quam is Christianis nuptiis auctus fuisset. Hæc Summorum Pontificum Oracula (f) ad eam sententiam me alligant, quæ docet,

---

„ Henriquez, Mulier Hebræa & uxor „ Joaach, Pinto, divina afflante gratia, „ Catholicam fidem amplexa est, & Mariæ „ Rosæ nomen accepit, viro in Judaica „ perfidia relicto. Quo juridice præmonito, an vellet & ipse Christianus fieri „ & uxorem conversam sequi, terminoque „ assignato ad deliberandum elapso, declaratum fuit a Judice Ecclesiastico, præfati Matrimonii vinculum esse omnino „ dissolvendum, ita ut liceret præfatæ „ mulieri conversæ ad secunda Vota transire: ipsa nihilominus sperans fore aliquando, ut & ipse vir converteretur, „ semper mansit innupta. E converso vir „ infidelis in Matrimonium duxit Esther „ neptem ex sorore, una cum qua novissime Baptismi gratiam suscepit, Ferrantis Mariæ nomen assecutus. Quia „ vero Maria Rosa prima uxor instabat „ suum sibi virum restitui, a secunda uxore statim post Baptismum separatus, „ quæ in Conservatorio honestarum mulierum degit, donec vel viro restituatur, vel alteri nubat. In re autem tanti ponderis, ut rectius ac tutius procedatur, meum esse existimavi EE. VV. „ certiores reddere, humillime insuper i„ stius Sacri Senatus oraculum expetendo „ pro decisione, an dictus Ferrantes Maria debeat ad primam uxorem redire, „ an vero cum secunda perseverare. Die „ &c. Sacra &c. censuit referendum sanctissimo voto Sacræ Congregationis, „ scilicet debere Ferrantem redire ad primam ", Repropositaque causa die 13 Aprilis 1680, uti habetur *lib. 31 Decret. pag.* 88, *a tergo*, Sacra Congregatio stetit in decisis, uti colligitur ex sequenti decreto sub die 1 Julii 1679. „ Cum disputatum fuisset de dubio infrascripto, „ EE. PP. mihi injunxerunt, ut Sanctissimo referrem vota Sacræ Congregationis, scilicet Ferrantem teneri redire ad „ primam uxorem; quo facto Sanctitas „ sua ob gravitatem materiæ voluit eam „ amplius examinari. Verum quotquot „ Theologi consulti sunt, sententia Sacræ „ Congregationis veram renuntiarunt: „ Canonista dumtaxat contrariæ sententiæ scripto adhæret: quamobrem „ revocato ad trutinam articulo, ac posita facti specie descripta in folio præcitato, quæritur, an Ferrantes debeat „ ad primam uxorem redire, an vero cum „ secunda perseverare. Die &c. Sacra &c. „ stetit in decisis, scilicet teneri redire ad „ primam ".

(f) Benedictus XIV *Constit. In Suprema* 127, *Tom. I*, *pag.* 216, §. 2. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus ac gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, & quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R. E. Car-

cet, Matrimonii vinculum in illo temporis articulo solvi, quo per Baptismum ad novam vitam revocamur, alias fateri cogeremur, Matrimonii Infidelium vinculum aliquando a Summis Pontificibus solutum fuisse (g). Neque ab hisce incitis se se expedit Prosper Lambertinus a-jun-

---

E. Cardinalium in tota Republica Christiana Cardinalium Inquisitorum adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatorum consilio, Fraternitati tuæ, & pro tempore existenti Nuntio Venetiarum, ut cum quibuscumque utriusque sexus Neophytis, vel Infidelibus, vel Judæis, vel Turcis, aliisque personis cujuscumque Sectæ hujusmodi in dicto Loco Pio pro tempore existentibus, seu in illum prius receptis & admissis, ac postmodum inde egressis, vere ad fidem conversis, qui ante Baptismum Matrimonia, ut præfertur, contraxerint, ut eorum quilibet, etiam superstite conjuge infideli, Judæo, & Turca, etiam ejus consensu vel requisito & non expectato, vel minime requisito, dummodo etiam tibi constet summarie & extrajudicialiter, conjugem absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus in monitionem præfixum suam voluntatem significare neglexisse; Matrimonium cum quovis Fideli & Catholico, præmissis prius proclamationibus seu denuntiationibus a Concilio Tridentino præscriptis, in faciem Ecclesiæ rite contrahere ac carnali copula consummare, & in Matrimonio sic contracto, quoad vixerit, remanere libere & licite possint, auctoritate nostra Apostolica dispenses & indulgeas; prætorea Matrimonia inter Neophytos hujusmodi & alios Fideles & Catholicos alia rite contracta, etiamsi postmodum innotuerit priores conjuges, Infideles vel Turcas aut Judæos, nonnullis legitimis impedimentis detentos suam voluntatem significate minime potuisse, vel ad fidem etiam tempore secundi Matrimonii conversos fuisse, ullo umquam tempore rescindi minime debere, sed illa semper firma, valida, & inviolabilia existere & fore, dicta auctoritate decernas & declares, & plenam & amplam facultatem & potestatem eadem auctoritate, tenore præsentium, tribuimus & impertimur.

(g) Prosper Lambertinus *in Discurs. 29 Martii 1727, in Causa Florent. pag. 126, §. 21*: Quod vero Summi Pontifices aliquando dispensaverint, ut infidelis ad fidem conversus possit remanere cum ea uxore, quæ fidem Christianam amplexa est, derelicta prima, quæ in infidelitate permansit, desumitur ex Brevi S. Pii V expedito *die 2 Augusti anno* 1571, in quo cum exposuisset Indos in infidelitate plures insimul habere Uxores, *Cum itaque, sicut accepimus, Indis in sua infidelitate manentibus plures permittantur Uxores*, & aliquando dari casum, ut Maritus convertatur ad Fidem, & una cum Marito Uxor convertatur, non prima, sed alia, prima remanente in infidelitate: *Sed quia durissimum esset separare eos ab Uxoribus, cum quibus ipsi Indi Baptismum susceperunt, maxime quia difficillimum foret primam conjugem reperire*; ex Apostolica benignitate concessit, ut permanerent cum Uxore, quæ Baptismum recepit, & hujusmodi Matrimonium validum declaravit, *ut Indi sic, ut præmittitur, baptizati & in futurum baptizandi cum Uxore, quæ cum ipsis fuerit baptizata & baptizabitur, remanere debeant tamquam cum Uxore legitima, aliis dimissis, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, Matrimoniumque hujusmodi legitime inter eos consistere, sicque &c. judicari ac definiri debere*.

Quod denique id fieri non potuerit, nisi dissoluto quoad vinculum primo Matrimonio contracto & in infidelitate consummato, patet; quia alias discurrendo se-

jendo, Summos illos Pontifices non absolvisse conjugem ab vinculo Matrimonii, sed ab onere explorandæ pertinaciæ alterius conjugis (*h*). Ludi-

quæretur, quod Pontifex super Polygamia dispensasset contra jus Divinum, quæ dispensatio soli Deo est reservata, uti probat *Textus in cap. Gaudemus de divortiis* ibi: *Verum absonum hoc videtur & inimicum Fidei Christianæ, cum ab initio una costa in unam Fœminam sit conversa, & Scriptura Divina testetur, quod propter hoc relinquet Homo Patrem & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una, non dixit tres vel plures, sed duo, non dixit Uxoribus, sed Uxori*; & paulo post: *Sine dubitatione aliqua protestamur, quod nulli umquam licuerit insimul plures Uxores habere, nisi cui fuit Divina revelatione concessum*, & ad rem prosequitur *Card. Bellarminus de Sacramento Matrimonii lib. 1. cap. 9. controv. 3.* ibi: *Prima propositio circa Polygamiam tam Uxoribus cum multis Viris, quam Viris cum multis Uxoribus, nullus Homo dispensare potest, & maxime post Evangelium prædicatum. Patet, quia Polygamia prohibita est primum jure Divino naturali, & deinde jure Divino Evangelico: non potest autem inferior dispensare in lege Superioris, proinde nec homo in Lege Dei*.

Apostolicæ litteræ S. Pii V impressæ sunt apud *Veracrux in Speculo Conjugum part. 3, art. 8, Conclus. 5*, & earum meminit *Avendanus in Thesauro Indico tom. 2, tit. 12, cap. 14*; & præter has Apostolicas litteras aliæ occurrunt Gregorii Papæ XIII impressæ apud *Pont. de Matrim. lib. 7, cap. 48*.

Exponitur in his postremis litteris, quod plures ex Angola, Æthiopia, Brasilia, & aliis Indicis Regionibus ab eis exterminantur, ita ut proprias cogantur relinquere uxores. Exponitur, hos aliquando ad Fidem Christianam converti, & non posse interpellare conjugem infidelem, ibi: *Ut eorum quilibet etiam superstite Conjuge Infideli, & ejus consensus minime requisito, responso non expectato, Matrimonium cum quovis Fideli alias tamen rite contrahere, & in eis postea carnali copula consummatis, quoad vixerint, remanere licite valeant, dummodo constet eis summarie, hoc est Missionariis, & extrajudicialiter, Conjugem absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus eidem monitioni præfixum suam voluntatem non significasse*; sed ad ulteriora procedendo, valida & firma declaravit hæc Matrimonia contracta ab Infideli converso cum Muliere Cristiana, etiamsi deinde probaretur primam Conjugem non potuisse justis de causis suam voluntatem explicare, & etiam, quod ipsa non erat Infidelis, sed Fidelis tempore secundi Matrimonii contracti, ibi: *Quæ quidem Matrimonia, etiamsi postea innotuerit, Conjuges priores infideles suam voluntatem juste impeditos declarare non potuisse, & ad fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi numquam debere, sed valida & firma esse*.

Quocirca si Gregorius dixit, Matrimonia Infidelium, necessitate suadente, dissolvi posse, si dependenter ab hoc principio validum declaravit Matrimonium ab Infideli converso contractum cum muliere Fideli, etiamsi primum ipse contraxisset & consummasset Matrimonium in infidelitate, & etiamsi tempore secundi Matrimonii uxor conversa fuisset, & id fieri non valeat, nisi dissoluto quoad vinculum primo Matrimonio in infidelitate contracto & consummato; eo magis crescit assumptum favens Pontificiæ potestati in ordine ad dispensandum super Matrimonio Infidelium licet consummato.

(h) Idem de Synod. Diœcel. Lib. XIII, Cap. XXI, §. 4, pag. 185: Sententiam nostram de præmissis Constitutionibus declarantes dicimus, duos illos Summos Pontifices expositis sibi difficultatibus consulturos;

dimus verbis. Nam si ab explorata alterius conjugis pertinacia (uti volunt) oritur dissolutio Matrimonii, cum absolvis ab onere explorandæ pertinaciæ, ab ipso Matrimonii vinculo absolvis. At qui fit, ut Gregorius XIII pronuntiaverit, nullam primæ uxoris rationem habendam esse, *etiamsi postea INNOTUERIT illam juste impeditam* (sunt verba Gregorii XIII) *suam voluntatem declarare non potuisse, & ad Fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversam fuisse*? Quid ad hæc Lambertinus? Pontificem non absolvisse a vinculo prioris Matrimonii, sed tantum decrevisse, ut fides non adhiberetur conjugi suam culpam hoc nomine (i) prætexenti. At, pace tanti Viri, hoc est nodum frangere, non solvere. Atque hoc quidem intellexisse videtur is ipse sapientissimus Vir, qui hanc crambem recoquens in aureis suis Libris de Synodo Diœcesana alia anchora niti velle videtur (k). Sed eodem semper revolvitur, sem-

---

ruros nihil aliud egisse, quam canonicarum legum rigorem temperare in eo, quod pertinet ad judicialem interpellationem, quæ infideli conjugi facienda esset, utrum velit ad Fidem converti, illius mentis declarationem expectando per congruum tempus ab ipsa lege aut a Superiore Ecclesiastico constitutum. Id satis aperte colligitur ex ipso Brevi S. Pii Papæ V, ubi leguntur hæc verba: *Maxime quia difficillimum foret primum conjugem reperire*. Idemque clare etiam infertur ex aliis Gregorii XIII litteris, in quibus inter cætera hæc habentur: *Dummodo constet, etiam summarie & extrajudicialiter, conjugem absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus eidem monitioni præfixum suam voluntatem non significasse*.

(i) Idem *in Discurs. cit. num.* 38. Tertia demum pars est cæteris difficilior, in ea enim Papa decernit validitatem secundi Matrimonii, etiamsi prima Uxor ostenderet, se non discessisse, sed venisse, hoc est se non fuisse Infidelem, sed Fidelem tempore, quo a suo viro ad Fidem converso secundum Matrimonium contractum fuit; *quæ quidem Matrimonia, etiamsi postea innotuerit Conjuges priores Infideles suam voluntatem juste impeditos declarare non potuisse, & ad Fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi numquam debere, sed valida & firma esse*; non videtur enim posse validum declarari secundum Matrimonium, nisi supposita dissolutione primi per dispensationem: verum in eo, quod attinet ad hanc tertiam partem, respondetur, Summum Pontificem non dispensasse super vinculo prioris Matrimonii, sed tantum decrevisse, ut fides non præstaretur Conjugi, quæ requisita & latitans non expressit voluntatem de cohabitando sine contumelia Creatoris, & deinde post contractum a Conjuge converso Matrimonium cum Christiana comparet & asserit se tempore, quo illud contractum est, jam fuisse conversam: responsio hæc est *Pont. lib.* 9, *cap.* 2, *n.* 17, & quamvis a nonnullis dicatur divinatoria, uti talis tamen qualificari non potest, quia alias discurrendo sequeretur absurdum; quia sequeretur, quod Papa dispensasset in Matrimonio consummato Fidelium, cum tale dicatur etiam illud, quod est in infidelitate consummatum, postquam conjuges conversi fuerint, etsi post conversionem novam non fecerint consummationem.

(k) Idem *de Syn. Diœces. loc. cit.* §. 5. Verricellus in suo Tractatu *de Apostolicis Missionibus tit.* 4, *de Privilegiis Regularium quæst.* 98, *dub.* 16, diversæ vi- de-


semperque, adempta hac Baptismo vi, eo indiget, qui Matrimonii vinculum solvat. Quanto melius ac facilius totum hunc nodum expedivisset, si dixisset illos conjuges Matrimonii vinculo per Sacramentum Baptismi divinitus exsolutos fuisse, verum alio Ecclesiasticæ legis vinculo constrictos adhuc fuisse, quæ jubet conversos ad fidem nuptias, si quas antea fecerant, ratas habere, ne Christianarum fœminarum magis, quam Christianæ Religionis amore ducti baptizari velle videantur, neve susceptorum filiorum educatio in medio relinquatur; ab hujus vero Ecclesiasticæ legis vinculo per Summum Pontificem fuisse liberatos?

§. V. Quid mihi opponis illud, quod dicitur cap. 8. de Divort. & can. 1, C. 28, Qu. 11, *Crimina in Baptismo solvuntur, non conjugia?* Non hæc sunt Pontificis verba, qui interrogatus, num cognatio obstet ratihabitioni Matrimonii Infidelium Christianam fidem complectentium, non obstare respondit, sed illorum, qui hoc Pontificis responsum suis scriptis extulerunt. Neque Meldenses Patres anno 845, ex quibus desumptus est can. 2, rel. in Caus. XXVIII, q. 2, aliud in animo habuerunt, quam monere omnes conjuges Christiano cinctu præcingendos, ne postea thalamum mutent. Cætera, quæ eo in Canone adduntur, Scribarum ac Notariorum ingenio condonabis (Vide ea, quæ supra diximus in Procem. Lib. I. Qu. VII, §. 16 & 17).

---

detur esse sententiæ, & in eam propendere, ut prædictæ Apostolicæ Constitutiones solutionem vinculi Matrimonii in infidelitate consummati revera importent; etenim animadvertit, Gregorium XIII in suis litteris usum esse sequentibus verbis: *Nos attendentes hujusmodi connubia, inter infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut, necessitate suadente, dissolvi non possint: præterea eumdem concessisse Episcopis*, Parochis, & Missionariis facultatem dispensandi cum neophytis, ut cum fideli possint Matrimonio conjungi, *etiam superstite conjuge infideli, & ejus consensu minime requisito, responso non expectato*. Verum ex his inferri recte non potest, voluisse Pontificem Matrimonia in infidelitate contracta & consummata, Apostolicæ auctoritatis plenitudine, dirimere. Siquidem in iisdem Gregorii litteris expressa mentio fit Juris Divini, quo Matrimonii vinculum tollitur, si conjux infidelis ad viam veritatis venire renuat: nec alia Episcopis, Parochis, & Missionariis dispensandi facultas conceditur, quam super judicialis interpellationis rigore, ut supra observavimus. Quod majorem videtur involvere difficultatem il-

illud est, quod ex Gregorii Pontificis definitione conjux ille, qui post Fidem susceptam novo se connubio cum fideli sociavit, jubetur in eo perseverare, etiamsi primus ille infidelis repente compareat, ostendatque se justis ex causis præpeditum fuisse, quominus voluntatem suam de eadem fide amplectenda manifestaret, & quod magis est, etiamsi affirmet & probet, se jam fuisse Christianis sacris initiatum, quo tempore alter conjux, se absente & ignorante, secundum Matrimonium contraxit; quod quidem non videtur fieri aliter posse, nisi vinculum Matrimonii in infidelitate initi & consummati dissolvatur & auferatur. Sed eadem semper recurrit superius allata responsio: primum scilicet Matrimonium nequaquam dici posse solutum a Summo Pontifice, bene vero a Jure Divino; nihilque in hac re a Pontifice fieri, quod peculiaribus ita suadentibus circumstantiis, rigorem judicialis interpellationis auferre.



QU. XXXVI.



QU. XXXVI.

Ulla ne in solemni Religionis professione inest vis, qua Matrimonii vinculum solvere possit?

§. I. Concilium Tridentinum Sess. XXIV, de Sacram. Matrim. can. 6, eos omnes, qui dixerint, *Matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis professionem non dirimi*, sacris detestationibus perstrinxit. Multa ad hunc Canonem disputant Theologi & Canonistæ, ut illum ab Lutheranorum & Calvinistarum morsibus defendant, eumque componant cum sacris litteris Matrimonium divina conjunctione copulatum ulla humana dissolutione relaxari prohibentibus.

§. II. Sunt (a) qui ajunt, Deum ipsum Matrimonii vinculum revellere, cum alterutrum conjugem ad religiosam professionem vocat, uti ab omni Matrimonii nexu exsolvit eos, quos ad Christianam vocat Religionem. At unde scis, te ad religiosam professionem divinitus evocari? Rari quippe illi, quos Deus ad hoc vitæ genus deligit, ut semper tibi sit timendum, ne non tu unus ex illis sis, cum contra omnes omnino homines ad Christianum nomen profitendum a Deo vocentur, uti proinde nemo dubitare possit, se di-

(a) Berard. *J. E. U. Tom. III, Diss. VII, Cap. III, pag.* 191. Itaque solidiora aperiamus gravissimæ Doctrinæ fundamenta. Jure divino indissolubile conjugium est; major etiam tum accessit conjugio firmitas, cum in Evangelio in conjunctione viri & uxoris figura fuit proposita conjunctionis Christi & Ecclesiæ, quod sane potissimum in conjugio rato adparet. Hinc ajebat Christus Dominus: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*. Quum igitur præceptum est, ne homo sejungeret conjunctos a Deo, perspicue innuitur, sejunctionem hujusmodi Deo reservari, quemadmodum observavit Innocentius III in cap. 2, de translat. Episcop. Deus autem nullibi verbo suo testatus est, se numquam legitima conjugia, & a se semel juncta dissoluturum: immo & constat aliquando voluisse disjungere, quando per Apostolum Paulum permisit infideli accedenti ad Christianam Fidem conjugio in infidelitate contracto liberari, uti suscipiendæ vel recens susceptæ Fidei ratio id postularet. Quamobrem, si alterutrum conjugem Deus ad ineundam vitam monasticam vocet, Deo jubenti erit obtemperandum; atque conjugium tunc dissolutum non alia, quam Divina auctoritate rescissum videtur, ut ait Alexander III in cap.

divinitus non vocari. Praeterea ostendas oportet, quibus verbis, quo ministerio, quo signo aspectabili Deus ab Matrimonii vinculo te exsolverit. Neque enim nisi per Sacramenta se se nobis ostendunt ea, quae Deus in nobis per se ipsum efficit. Sacramento tuum connubium Deus conjunxit: Sacramento igitur eges, quod illud dissolvat. Qui ad Christi cultum se se

cap. ult. de convers. conjug. in 1 collectione Decretalium. Porro divina voluntas aut generalis est, quae in sacris Litteris exprimitur generalibus propositis institutionibus, quemadmodum illa, qua traditum scimus, conjugia infidelium aliquando Baptismo suscepto rescindi; aut singularis, quae vulgo divinae inspirationis certum hominem illustrantis nomine appellatur. In hac specie dissolvendorum conjugiorum ineundae Monasticae vitae causa generale Dei praeceptum non habemus, quemadmodum habemus de dissolvendo conjugio causa Fidei Christianae; siquidem Christianae fidei causa praeterquamquod omnium maxima & gravissima omnibus etiam hominibus communis erat, & digna propterea fuit, quae ex Dei clementia generalibus institutionibus promoveretur. At causa monasticae vitae singulares quosdam a Deo selectos homines solummodo respicit, quos propterea concitat interior singularis mentis illustratio & divinus impulsus. Hic autem divinus impulsus duplex esse potest, nimirum ordinarius, quem regulariter in eo praesumimus, quicumque ad monasticam vitam se vocari sentit ac profitetur; & extra ordinem datus, qui ex gravioribus quibusdam argumentis adparet, quem mira quaedam & praeter naturam emergentia procul omni dubitatione demonstrant. Posterior haec ratio vocandi homines ad vitam monasticam infrequens admodum est atque instar miraculi, quam propterea superare omnem legem adfirmavit Innocentius III in cap. 14 de convers. conjugat.: ubi vero de ea constet judicio Ecclesiae, non dubito, quin statim ad dissolutionem etiam consummati conjugii deveniendum sit, non homine tunc, sed Deo conjugium dissolvente, quemadmodum de conjugio Sancti Theonas refert Cassianus collat. 21. Cap. 20. Quid enim repugnat ex iis, quae extra ordinem divina potestate fiunt, extraordinarios effectus proficisci? At quoties agitur de priore seu ordinaria divinae vocationis specie, haec quidem explorari solet variis institutis probationibus, sed humano tantum modo arringitur ita, ut probationibus positis gravissimae ad summum conjecturae divinae voluntatis emergant, non de eadem voluntate divina certo adeo constet, ut nulla omnino supeesse ne levissima quidem dubitatio possit. Hinc sequitur, quoniam praecipuus divinae voluntatis interius moventis testis est ille ipse, qui ad religionem aspirat, plurimum ipsius testimonio tribui, quoties tales conjecturae sunt, ut verosimiliter adpareat, illum revera divina voluntate moveri; neque in contrarium gravis esse suspicio potest, ne forte alia de causa, quam divino impulsu, ad monasterium accedat. Quod si suspicio nec levis suboriatur, ne forte monasticam vitam quaerat aliis de causis, ordinaria divinae voluntatis exploratio non sufficit; neque Ecclesia divinam voluntatem facile existere judicat, nisi de ea aliter & clarius constet. Itaque cum Matrimonium est consummatum, si conjux ad monasticam vitam amplectendam a Deo moveri se dicat, ex ordinariis tantum probationibus divinam voluntatem non satis Ecclesia colligit, quod plurimas subesse posse causas agnoscat, quibus praeter Dei voluntatem conjux ad vitae mutationem adducatur. Quid enim si taedeat illum aut maritalis in uxorem, aut paternae in liberos curae? Nonne etiam me-

se recipiunt, habent Sacramentum Baptismi, per quod Deus veteri homine illos exuit, ac novum hominem illis induit. At qui monasticam vivendi rationem amplectuntur, nullum habent aspectabile signum, ex quo dignosci possit, se ab ipso Deo ab omni veteris hominis jugo ac servitute liberari.

§. III. Non desunt (*b*), qui putant, Matrimonium ratum, hoc est Matrimonium illorum, quos sola animorum conjunctio copulavit, mancum esse ac mutilum, ac tunc tantummodo verum fieri atque perfectum, cum ad animorum conjunctionem etiam corporum permixtio accedit; neque illa Christi verba Matth.

metu electio religiosæ vitæ extorqueri a marito facile poterit? Can. 2, Caus. 33, qu. 5. Non memoro alia similia bene multa, quæ emergere possunt post diuturnam conjugum conversationem, unde dubitare jure Ecclesia possit de divina vocatione, quidquid unus ex conjugibus serio adfirmet; atque in dubio optimum consilium est, ut firmum tueatur conjugium, quod fuisse a Deo junctum certissime constat. In Matrimonio necdum consummato, ubi alteruter conjux dicat, se moveri a Deo ad religiosam ineundam vitam, dicenti facilius creditur; cum enim nullæ esse videantur, quæ contrarium indicent, conjecturæ, satis est Ecclesiæ ordinario more explorare divinam voluntatem, qua ordinario more explorata declarat, vere a Deo vocatum conjugem, ac proinde contractum conjugium auctore Deo dissolvi.

In claro lumine, uti liquet, collocata est ratio, quare per religiosam professionem dissolvatur rati, non consummati, conjugii vinculum. Ex quo facile etiam colligitur ratio, quare non dissimiliter solvatur per Sacri Ordinis susceptionem. Etenim divina voluntas, ubi agatur de Ministris sacris ordinandis, non pendet præcipue ex testimonio illius, qui est ordinandus, sed potius pendet ex judicio Ecclesiæ, quo quis ad sacram Ordinationem vocatur; hinc neminem novimus ad monasticam vitam reluctantem adductum; scimus autem sanctissimos viros etiam invitos ad ordinationem clericalem attractos Ecclesiæ suffragio, quemadmodum de eligendis Episcopis ajebant Imperatores Leo & Anthemius in l. 31, Cod. de Episc. & Cler. quos amabant ita ab ambitu esse sepositos, *ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi; profecto enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus*. Profecto Ecclesia eos, qui Matrimonium contraxerunt, non solet ad sacros suscipiendos ordines invitare. Quod si divina voluntas specialiter id aliquando ab Ecclesia postularet, Ecclesia ipsa, quæ divina oracula optime sentit agnoscitque, tunc sine dissolutione conjugii vocatos a Deo maritos ordinaret, uti contingit apud Græcos; non enim æque conjugum conditioni Ecclesiasticus status ac religiosa professio adversatur, extrav. un. de voto apud Joannem XXII. Non est tamen dubitandum, quin etiam apud Latinos recipi possit, ut maritus sacris Ordinibus initietur, dummodo uxor consentiat, & continentiam perpetuam profiteatur, eodem sane modo, quo superius diximus, maritum etiam consummato Matrimonio uxore consentiente posse vitam monasticam profiteri, Can. 14, dist. 32.

(b) Jueninus *de Sacram. Matrim. Dissert. X, Qu. IV, Art. III*, §. I, *pag.* 619. Lutherani & Calvinistæ proxime elapso sæculo Ecclesiæ Catholicæ verterunt crimini, quod doceret, Matrimonium ratum tantum dirimi per solemnem alterius con-

th. XIX: *Jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet*, intelligenda esse nisi de iis, qui corpus suum invicem ita commiscuerunt, ut jam non amplius duo corpora, sed unum tantum corpus esse videantur. Ita si est, ab omni Matrimonio rato exulat Sacramentum; ac tunc solummodo Matrimonium sibi induit Sacramentum, cum vir cum uxore concubuerit. Nam si non unus consensus, sed & concubitus Matrimonium perficit, nec Sacramentum esse potest, ubi Matrimonium non est verum atque perfectum; vides, ab omni Matrimonio, quod solummodo ratum est, abesse Sacramentum. Quo sane nil ineptius & absurdius dici potest (c).

Cur

jugum in approbata religione Professionem. Idem cum hujusmodi sectariis sentientes mulctavit anathemate Synodus Tridentina Sess. 24, canone 6. Quam merito sic definierit Concilium, ostendamus oportet.

Conclusio. Matrimonium, quod est ratum tantum, sed non consummatum, dirimitur per solemnem alterius conjugum Professionem.

Probatur 1 auctoritate Scripturæ. Christus Matth. 19, ex his verbis Genesis 2, *Erunt duo in carne una*, probat perfectam Matrimonii firmitatem. *Itaque* (inquit) *jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet*. Ergo, anteqnam conjuges sint una caro, imperfecta est tantum Matrimonii firmitas, ac proinde aliqua ratione potest dissolvi, qua tamen non possit, postquam una est per copulam carnalem conjugum caro. Aliam autem rationem non licet excogitare, quam solemnem in approbata religione Professionem. Ergo &c.

(c) Natalis Alex. *Theol. Dogm. & Mor. Lib. II, de Sacram. Matrim. Cap. I, Art. II, Tom. III, pag.* 5: Matrimonium ante copulam perfectum est quantum ad vinculum, & sanctum sanctitate Sacramenti, immo tanto sanctius, quanto magis a carnali copula alienum.

Idem *ibidem pag. 6*: Consummatio Matrimonii ad illius essentiam non pertinet. Verum enim Matrimonium intercessisse inter Deiparam Virginem & S. Joseph, quem *Virum Mariæ* Evangelium vocat, universi Theologi Catholici docent; cum tamen Fidei Dogma sit, Beatam Virginem numquam virum cognovisse, & intemeratam ac illibatam virginitatem perpetuo servasse.

Id *S. Augustinus* constanter docet præsertim Lib. I *de Nuptiis & Concupiscentia*, cap. XI: *Quibus vero* (inquit) *placuerit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit, ut inter illos vinculum conjugale rumpatur: immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierint, quæ carius concordiusque servanda sunt non voluptariis nexibus corporum, sed voluntariis affectibus animorum. Neque enim fallaciter ab Angelo dictum est ad Joseph*, Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. *Conjux vocatur ex prima fide desponsationis, quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cogniturus. Nec perierat, nec mendax manserat conjugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura erat carnis ulla commixtio. Erat quippe illa Virgo ideo & sanctius & mirabilius jucunda suo viro, quia etiam fœcunda sine viro, prole dispar, fide compar. Propter quod fidele conjugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, & non solum illa mater, verum etiam ille pater ejus, sicut conjux matris ejus; utrumque mente, non carne*. Et infra. *Sed cum illo non seminante illa peperisset, profecto nec ipsius*

for-

Cur vero ea Christi verba: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, de permixtione corporum intelligenda esse putas? Cur non potius de conjunctione animorum, & si vis etiam, de corporum traditione? Si ego tibi tradam res omnes meas, & tu tua omnia mihi tradas, non amplius duæ familiæ, sed statim fit una domus, una familia; nec refert, utrum ego tuis, an tu meis utaris. Nec, ut dominium alicujus rei atque possessio acquiratur, necesse est contrectatio, sed satis est ea traditio (*d*), quæ *symbolica* a scholis appellatur l. 1, §. pen. ff. de acquir. poss. l. 9.

---

forma servi ambo parentes essent, nisi inter se etiam sine carnis commixtione conjuges essent. Et cap. XII: „ Omne itaque „ Nuptiarum bonum impletum est in illis „ parentibus Christi, proles, fides, Sa„ cramentum. Prolem cognoscimus ipsum „ Dominum Jesum: fidem, quia nullum „ adulterium: Sacramentum, quia nullum „ divortium. Solus ibi nuptialis concubi„ tus non fuit, quia in carne peccati fie„ ri non poterat sine illa carnis pudenda „ concupiscentia, quæ accidit ex pecca„ to, sine quo concipi voluit, qui futu„ rus erat sine peccato, non in carne pec„ cati, sed in similitudine carnis pecca„ ti . . . . Non est igitur hæc libido nu„ ptiarum bonum, sed obscœnitas peccan„ tium, necessitas generantium, lascivia„ rum ardor, Nuptiarum pudor. Cur er„ go non conjuges maneant, qui ex con„ sensu concumbere desinunt, si manse„ runt conjuges Joseph & Maria, qui „ concumbere non cœperunt? " Et sermone II, alias *De Diversis* LXXIII, c. XIII: *Non itaque* (inquit) *propterea non fuit pater Joseph, quia cum Matre Domini non concubuit, quasi uxorem libido faciat, & non charitas conjugalis*. Et cap. XX: *Jam vero illud, quia movere non debet, quare per Joseph, non per Mariam generationes numerentur, satis dictam est; quia sicut illa sine carnali concupiscentia mater, sic ille sine carnali commixtione pater. Per illum ergo descendant, & per illam ascendant generationes. Nec eum propterea separemus, quia defuit carnalis concupiscentia. Major puritas confirmet paternitatem: nec ipsa Sancta Maria nos reprehendat. Illa enim nomen suum præponere noluit marito suo, sed dixit:* Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. *Numeremus ergo per Joseph; quia sicut caste maritus, sic caste pater est. Sed præponamus virum fœmina ordine naturæ & legis Dei. Nam si, remoto illo, illam constituamus, dicit ille & recte dicit: Quare me separasti? Quare non per me generationes vel ascendunt, vel descendunt? An dicitur ei, Quia tu genuisti opera carnis tuæ? Sed respondebit, Numquid & illa opera carnis suæ peperit? Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque operatus est*. Cum esset (inquit) homo justus. *Justus ergo vir, justa fœmina. Spiritus Sanctus in amborum justitia requiescens ambobus filium dedit. Sed in eo sexu, quem parere decebat, operatus est hoc, quod etiam marito nasceretur. Itaque ambobus dicit Angelus, ut puero nomen imponant: ubi parentum declaratur auctoritas. Dicitur etiam*, Et peperit ei filium, *ubi omnino pater non carne, sed charitate firmatur ... Tanto firmius pater, quanto castius pater*.

Id confirmatur ex Canone, *Cum initiatur*, qui ex *S. Ambrosio* sumptus est Lib. *De Institutione Virginis*, & legitur Caus. XXVII, quæst. II. *Cum initiatur conjugium, tunc conjugii nomen adsciscitur. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugalis. Denique, cum jungitur puella, conjugium est, non cum viri admixtione cognoscitur*.

(d) Heineccius *de J. N. & G. Lib. I, Cap. X*, §. 725: Ex quo colligimus omnem

l. 9, §. 6, ff. de acquir. rer. domin. §. 44, Instit. h. I, l. 47, ff. de contrah. empt., cujusmodi est ea corporum traditio, quæ fit per Matrimonium ratum.

Urges. In Matrimonio rato latet Mysterium conjunctionis Christi & Ecclesiæ, at Matrimonio consummato subest Mysterium conjunctionis divinæ atque humanæ naturæ in una Christi persona. Quid velit hæc tua oratio ex Ascetarum schola petita, equidem non video, nisi forte majorem inde Matrimonio consummato, quam rato firmitatem comparare velis. Compares tu quidem, per me licet, modo & Matrimonio rato tantam relinquas (e), quam nulla humana vis perrumpere possit.

Verum totius rei summa huc tandem redit. Aut Matrimonium ratum Sacramentum esse ais, aut negas. Si negas, id negas, quod nemo umquam Catholicorum negare hactenus ausit. Sin vero ais, eam vim Matrimonio rato tribuis, quam nemo mortalium valet infringere (f). Nam cum hoc Sacramento imbuebare (g), tunc Deus ipse per se ipsum suis ipsis manibus te te vinxit atque constrinxit; nec quisquam nisi Deus ipse ex illis vinculis te te umquam emittere potest.

§. IV. At certum est, inquis, Mari-

---

nem voluntatem domini de dominio rei suæ in alterum transferendo, sive expresse declaratam, sive ex certis signis elicitam, pro traditione esse, dominiumque in alterum valide transferre. Quum ergo omnis voluntas domini de dominio rei suæ in alterum transferendo pro traditione sit, dominiumque in alterum valide transferat; consequens est, ut perinde sit, sive quis absens rem verbis litterisve intervenientibus, sive præsens de manu in manum, sive per inductionem in rem, sive per longam brevemque manum, sive adhibito certo symbolo, inter homines alicujus provinciæ recepto, tradat. Ut nihil obstet, quominus & jus sive traditione, sive quasi traditione in alium transferri possit.

(e) Berard. J. E. U. *Tom. III*, *Diss. VII*, *Cap. III*, *pag.* 190. Opinio hæc, qua credatur, majorem esse vim consummati Matrimonii, quam rati, quæcumque causa aut ratio fingatur, pervasit duodecimo sæculo plurium animos, immo etiam recepta fuit singularibus aliquarum Provinciarum consuetudinibus, juxta quas aliquot Pontifices Maximos respondisse testatur Alexander III in cap. 3, eod. tit. in 1 collectione Decretalium in illis verbis: *Quamvis quidam alii aliter sentiant, & aliter etiam a quibusdam Prædecessoribus nostris sit aliquando judicatum*. Verum postquam veniam dederimus ita opinantibus, quod tunc temporis vulgaris esset clandestinorum, & quæ ex præsumptione emergerent, connubiorum consuetudo, nec facile esset ostendere, consensum de præsenti interfuisse in primo conjugio, ubi aliud conjugium secundo loco initum & consummatum appareret; concludemus & opinionem & consuetudinem illas singulares omnino fuisse damnatas, nec generaliter majorem datam fuisse consummato, quam rato tantum conjugio firmitatem, dicto cap. 3, & ult. de sponsa duorum.

(f) Concil. Trid. *Catech. Tit. de Matrim.* §. *Jam vero*: Quamvis Matrimonio, quatenus naturæ est, officium conveniat, ut dissolvi non possit; tamen id maxime fit, quatenus est Sacramentum.

(g) Concil. Trid. de doctrina Sacram. Matrim. Sess. 24. Gratiam vero, quæ na-

trimonium ratum per ſolemnem Religionis Profeſſionem dirimi. At certum eſt etiam, inquam ego, Matrimonium ratum per impotentiam alterius conjugis dirimi. Neque Concilium Tridentinum ait, Matrimonii vinculum diſſolvi, ſed Matrimonium dirimi ea prorſus ratione, qua dicitur dirimi per errorem, vim, metum, aliaque hujuſmodi. Quemadmodum igitur impotentia dirimit Matrimonium, eo quod illius materia vitio aliquo laboret; ita etiam religioſa Profeſſio conjuges divellit atque diſtrahit, eo quod illius Matrimonii forma perfecta haud fuerit numeriſque omnibus abſoluta. Neque enim in Matrimonium perfecte conſenſiſſe umquam videtur is, qui in concubitum non conſentit (*h*). Quando igitur Eccleſia dirimit Matrimonium illius, qui virginitatem ſuam in tuto collocare vult, eamque Religioſarum domorum alteri conjugi inacceſſarum clauſtris cuſtodiendam tradere, tunc non illum ab Matrimonii vinculo liberat; ſed decernit, illum Matrimonii vinculo non fuiſſe conſtrictum.

Enimvero in hoc tuo Matrimonio ſive contractum ſpectes, ſive Sacramentum, en tibi illud utroque claudicans pede. Qui enim perfectum contractum illum dicere potes, in quo altera pars nondum ſecum ipſa decrevit, num dominium rei conventæ tibi ſit traditura? Præterea ſi illud a Juriſperitis vere dicitur, ſponſalia tribuere jus ad rem, Matrimonium autem ratum jus in re; ecquod jus in re illud eſſe dices, cujus dominium in ſuſpenſo adhuc manet?

Nec illud conjugium Sacramentum eſſe umquam ego putavi, cui deeſt *materia proxima*. Hæc porro, ſi Theologos omnium principes audimus, in corporum traditione ſita eſt (S. Thomas in 4., Diſtinct. 42, Qu. III, Art. II, S. Bonaventura in 4, Diſtinct. 26, part. 2, Qu. I, Scot. in 4, Diſtinct. 26 circa finem, Maſtrius Theolog. Moral. Diſput. 20 num.

turalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem unitatem confirmaret, conjugeſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus venerabilium Sacramentorum inſtitutor atque perfector ſua nobis paſſione promeruit; quod Paolus Apoſtolos innuit dicens: Viri, diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, mox ſubjungens: Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

(h) S. Thomas *ſupplem. III Part. Summ. Theolog. Qu.* XLVIII, *Art.* 1, *pag.* 330; Reſpondeo dicendum, quod *conſenſus, qui Matrimonium facit, eſt conſenſus in Matrimonium;* quia effectus proprius voluntatis eſt ipſum volitum. Unde, ſicut carnalis copula ſe habet ad Matrimonium, ita conſenſus, qui Matrimonium cauſat, eſt in carnalem copulam. Matrimonium autem, ut ſupra dictum eſt (*q.* 44, *art.* 1, & *q.* 45, *art.* 1, *ad* 2), non eſt eſſentialiter ipſa conjunctio carnalis, ſed quædam aſſociatio viri & uxoris in ordine ad carnalem copulam, & alia quæ ex conſequenti ad virum & uxorem pertinent, ſecundum quod eis datur poteſtas ad invicem reſpectu carnalis copulæ: & hæc aſſociatio conjugalis copula dicitur. *Unde patet, quod.*

num. 9 & 10). Neque hæc traditio nudo verborum sonitu signisque omnis sensus expertibus contenta est, sed consensum etiam requirit. Nullus autem est consensus (*i*) illius, qui anceps hæret, num corporis sui copiam sit facturus, an virginitatem suam perpetua parietum custodia tecturus.

Secus autem dicendum de iis, qui aut de castitate vovenda, aut sacris ordinibus suscipiendis cogitant. Per hujusce voti propositum non stat, quominus corporis sui dominium ac possessio tradi possit (*l*). Vovens relinquit alterum conjugem in sua possessione ac dominio, ac seipsum, non alterum, privat arbitrio utendi jure suo, cui petenti, quod sibi debetur, reddendum est, castitatis voto clamores nequidquam tollente. Tanta est dominii vis. Quod si etiam ambo castitatem vovent, tunc non alter alterum, sed seipsum unusquisque spoliat libertate petendi officium sibi debitum; nec ab sibi invicem officio reddendo abstinent, quod sibi invicem reddere non debeant, sed quod neuter illorum petat ac petere possit. Contra vero, qui solemnem Religionis Professionem cogitat, non solum seipsum, sed etiam comparem, nec tantum rei usu prohibet, sed etiam re ipsa, in cujus traditionem numquam vere consensisse videtur.

Vides hinc, quamobrem solemnis Religionis Professio Matrimonium, quod dicitur *ratum*, dirimat, non dirimat autem aut castitatis votum aut sacrorum Ordinum susceptio.

§. V. Contigit aliquando (*m*), ut solemnem Religionis Professionem co-

---

quod bene dixerunt illi, qui dixerunt, quod consentire in Matrimonium est consentire in carnalem copulam implicite, non explicite; non enim debet intelligi, nisi sicut implicite continetur effectus in sua causa, quia potestas carnalis copulæ, in quam consentitur, est causa carnalis copulæ, sicut potestas utendi re sua est causa usus.

(i) S. Thomas *supplem. III Part. Sum. Theol. Qu.* 48, *art.* 1, *n*, 3. Præterea si mulier dicat viro: *Consentio in te, dum tamen non cognoscas me*, non est consensus matrimonialis; quia est ibi aliquid contra substantiam prædicti consensus; sed non esset, nisi dictus consensus esset in carnalem copulam: ergo &c.

Præterea. In qualibet re initium consummationi respondet: sed Matrimonium consummatur per carnalem copulam: ergo, cum initietur per consensum, videtur, quod consensus sit in carnalem copulam.

(l) Mastrius *in* 4, *Disput. VII*, *n.* 162. Essentia Matrimonii est in mutuo dominio & subjectione corporum per ordinem ad usum Matrimonii; sed potest subsistere dominium & subjectio corporum cum obligatione non utendi re ipsa. Cum enim dominium distinguatur ab usu, potest verum dominium subsistere cum obligatione seu conditione non utendi reipsa.

(m) Thesaur. Resolution. *Tom. III, in Causa Ulixbonensi*: Die 6 Maii anno 1718, contractum fuit in Civitate Ulixbonen. Occidentali coram duobus Testibus & coram Priore Parochialis Ecclesiæ S. Laurentii a Patriarcha substituto & electo, ut prævia dispensatione super denuntiationibus Matrimonio interesset, Matrimonium de præsenti inter Senatorem Ludovicum Guiffel Barberinum & Joannam Agnetem de Almada Carnide, cum hac tamen mutua inter contrahentes intelligentia, ut contracto Matrimonio Mulier intra quindecim dies Monasterium Mo-

Monialium ingrederetur, & elapso Novitiatus anno Regularem emitteret Professionem una cum promissione non utendi Matrimonio, nec illud consummandi; pro quo effectu renuntiavit omni juri, quod sibi competere posset super persona Ludovici, & cum expressione, quod in hypothesi, in qua aliqua ex hisce conditionibus non adimpleretur, Matrimonium perinde se haberet, ac si numquam contractum fuisset; & hæc mutua intelligentia fuit in scriptis redacta, & Parocho & Testibus communicata, & paulo post ad celebrationem Matrimonii deventum est.

Quod autem Matrimonium fuerit contractum inter Joannam & Ludovicum cum prædicta mutua intelligentia in scriptis redacta, dignoscitur ex Apocha ejusdem Joannæ sequentibus verbis concepta: *Ancorchè il Signor Luigi Guiffel Barberini non debba cosa alcuna al mio onore, con tutto ciò come l'opinione di questo si trova perfa per la facilità e continuazione, colla quale li miei Padri lo conducevano a mia casa, pregando io il detto Signore coprisse questo mio discredito, ricevendomi per sua Moglie, gli prometto dal giorno, in che questo si farà, fra quindeci giorni scegliere Convento, e professare subito nel fine dell'anno lo stato di Religiosa o in questo Convento della Rosa o in qualsivoglia altro, e non usare mai del Matrimonio nè consumarlo; al di cui fine immediatamente rinunzio tutto il jus, che posso avere nella persona di detto Signore, il che faccio di mia molto libera volontà senza violenza alcuna; e mancando io a qualsivoglia di queste condizioni, non ho dubbio, che il detto Matrimonio sia e si giudichi come se non fosse mai stato fatto, per il che al presente per allora do il mio libero e costante consenso. Lisbona Occidentale 6 Maggio 1718.*

Quod pariter hæc eadem mutua intelligentia fuerit notificata Parocho & Testibus, qui Matrimonio interfuerunt, desumitur ex depositione eorumdem Testium, qui unanimiter referunt, sibi fuisse perlectam Apocham, antequam Matrimonium contraheretur, ejusque tenorem & causas fuisse oretenus a Ludovico expositas, Parochumque dixisse: *Questo Matrimonio si fa nella forma riferita, perchè questa Signora è briosa, vuol vivere nello stato di Religiosa con credito ed onore.* Et Nicolaus Fernandez alter ex testibus Sacramentalibus subdit, prædicta omnia fuisse a Ludovico repetita in ipso fere actu Matrimonii, & immediate post: *E trasferendomi io alla Chiesa, nella di cui crata stava la tal Signora, voltandosi verso di me il detto Signor Luigi Guiffel disse: Questa finezza faccio, perchè vuol essere Religiosa; ed il medesimo mi ratificò dopo sposato molte volte*, & alibi; *ma non fa lui testimonio, se gli altri lo sentirono, nè anche la Supplicata*, idest Joanna; *perchè il Supplicante*, hoc est Ludovicus, *disse queste parole in voce bassa*, quæ tamen verba non fuerunt audita a Francisco Gomez altero teste Sacramentali, ut ipse prosequitur in suo examine: *E senza che precedesse protesta alcuna antecedentemente, che lui Testimonio abbia inteso puramente e senza condizioni, si sono sposati uno con l'altro nella forma e colle parole solite della Chiesa; nè dopo lo Sposalizio immediatamente intese lui Testimonio, che il Supplicante facesse alcun protesto, e dopo nella sera del medesimo giorno e nel seguente ha ripetuto il Supplicante a lui Testimonio, che abbia fatto quel Matrimonio sotto le condizioni dichiarate nella Scrittura.*

Quod denique paulo post Apochæ confectionem, ejusque notificationem Parocho & Testibus factam, celebratum fuerit Matrimonium, dignoscitur ex serie temporis; cum Apocha fuerit confecta die 6 Maii 1718, nocte ejusdem diei eadem fune-

nii jure uti vellet. Res ad Summum Pontificem delata fuit, qui ex testium

fuerit perlecta Parocho & Testibus, ejusque tenor omnibus prædictis manifestatus, & die immediata sequenti, 7 videlicet Maii, hora decima contractum fuerit Matrimonium.

Post contractum modo prædicto Matrimonium, & septem diebus vix elapsis, Joanna in jus vocavit Ludovicum coram Vicario Generali Patriarcharus Ulixbonen. Occidentalis; idemque sententiam protulit pro validitate Matrimonii sub eo potissimum fundamento, quod voluntarie & sine ulla coactione fuerat contractum, & quod, non repetitis in ipso actu Matrimonii conditionibus præcedenter initis, ab eis in foro saltem externo recessisse dicendum sit. *Nell' atto dello Sposalizio non fu fatta tale espressione, anzi fu contratto il Matrimonio puramente e direttamente, come comanda la Santa Madre Chiesa; perchè si deve riconoscere, che da tutti quelli trattati e proteste antecedenti recede il Giustificante, mentre volontariamente coram Parocho & Testibus, e senza che dichiarasse condizione alcuna, ha sposata la Supplicata*, uti latius habetur ex ipsa sententia, quæ fuit prolata die 18 Julii 1718.

Appellatione ad Nuntiaturam interposita, Auditor præcedentem sententiam revocavit, & die 14 Octobris ejusdem anni pronuntiavit, bene fuisse appellatum, ea potissimum allata ratione, quod Appellans cogi non poterat ad obsequia matrimonialia erga appellatam, nisi plene constito in Judicio Ordinario de validitate Matrimonii, de qua maximopere dubitandum erat propter multos & gravissimos Doctores, qui ejus nullitatem propugnabant; *che la detta nullità*, hoc est Matrimonii, *tiene a suo favore molti e gravissimi Dottori che la difendono*: delataque subinde causa ad duos Judices Delegatos, fuit ab his pronuntiatum pro validitate Matrimonii, revocata intermedia sententia Auditoris Nuntiaturæ, & confirmata alia præcedenti Vicarii Patriarchalis, uti desumitur ex tenore sententiæ editæ die 11 Augusti 1719, cujus momentum constitutum fuit in eo, quod in ipso actu Matrimonii non fuerunt repetitæ conditiones præcedenter expressæ inter Contrahentes, ibi: *Item Testes assistentes Matrimonio illud sine aliqua conditione contractum autumant; & licet ante contractionem conditione protestaretur, necesse tamen erat, quod conveniret protestatio in ipsa contractione, dum de præsenti loquitur*, ibi: *Contraho tecum, nam si postea pure contrahit, ab illa prima voluntate recessisse videtur*.

Habito adversus hanc sententiam a Ludovico recursu ad Sedem Apostolicam, exhibitoque huic Sac. Congregationi supplici libello, scriptum fuit Nuntio Apostolico pro informatione, proposita causa in Congregatione habita die 16 Martii 1720, nulla fuit capta resolutio, sed responsum *dilata, & examinentur formiter Parochus, uterque Conjux, & Testes, quatenus non fuerint formiter examinati*, omissisque protestationibus & aliis actibus judicialibus, tum ex parte viri, tum ex parte mulieris, emissis in Regno Lusitaniæ, quæ omnia legi possunt in scriptura per manus circumferenda, eo tandem res devenit, ut, habitis a Ludovico Causæ actis, iter erga Urbem arripuerit, superventaque eidem in itinere periculosa infirmitate ita, ut in civitate Matritensi suum condiderit Testamentum, in quo de nullitate Matrimonii a se contracti novam emisit declarationem, Romam tandem sanitate recuperata advenerit: instantiam in hac Sac. Congregatione promovit pro executione rescripti alias editi die 16 Martii 1720, juxta ea, quæ in superioribus dicta sunt, & die 31 Julii 1723, responsum fuit pro executione decretorum, & quod præfigeretur terminus mulieri ad sua jura deducenda in Sacra Congregatione

Co-

stium dictis aliisque documentis sibi eruere posse visus est, propositum am-

Cohærenter ad hæc transmissa fuit ad Civitatem Ulixponensem consueta epistola hujus Sac. Congregationis; & Ludovicus hic in Urbe citata parte se examini subjecit, impetrataque subinde a san. mem. Innocentio XIII Commissione huic Sac. Congregationi directa pro causa hac matrimoniali in eadem fortius radicanda, pleraque impedimenta, quæ in Scriptura & Summario fuse legi possunt, interposita fuerunt, ne illa in hac Sac. Congregatione pertractaretur, ita ut Procurator mulieris, qui juxta solitum apposuerat *nihil transeat* in Segreraria, ad me accesserit, & ingenue insinuaverit, se amplius in hac causa comparere non posse, ex quo sibi fuerat a Joanna revocatum mandatum ad comparendum, cumque, facta horum omnium relatione in hac Sacra Congregatione ab Eminentissimo Præfecto destinanda, disputandum in præsenti proponitur dubium, *an Matrimonium sit nullum in casu &c.*

Prætensæ vero nullitatis Matrimonii fundamentum stat in Decretali Summi Pontificis Gregorii Noni, quæ incipit: *Si conditiones De conditionibus appositis*, ubi sic legitur: *Si conditiones contra substantiam Conjugii inferantur, puta si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem prolis evites, vel donec inveniam aliam honore, vel facultatibus ditiorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas; matrimonialis contractus quantumcumque sit favorabilis, caret effectu. Licet aliæ conditiones appositæ in Matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.* Distinguit in hoc textu Pontifex conditiones contra substantiam Matrimonii a conditionibus, quæ sunt turpes aut impossibiles; & licet idem Pontifex inter conditiones pugnantes contra substantiam Matrimonii eas referat, prolem evitandi, vel cum alia contrahendi, aut adulterium permittendi, hæc tamen exempli gratia dicta censeri debent: quo stante idem dicendum erit in omnibus aliis conditionibus; quæ substantiæ Matrimonii adversantur, uti adnotavit *Abbas in dicto cap. si conditiones num.* 2, *ibi*; *& licet Textus hic ponat tria exempla istarum conditionum contra substantiam, tamen multa alia possunt reperiri*: & sequitur *Ancharan. num.* 2, ibi; *& adverte, quod ista tria ponuntur in Textu gratia exempli, nam idem esset ubicumque esset eadem ratio*, & concordant *Joannes Andreas, Henric. Boich. n.* 5, *Alexander de Nevo n.* 3, *Fagnan. n.* 2, *tit. de conditionibus appositis*: cumque pactum emissum ante Matrimonium, ingrediendi videlicet Religionem, & in ea profitendi, abstinendi insuper ab usu & consummatione Matrimonii una cum renuntiatione cuicumque juri, quod mulieri competere posset super corpore viri, superaddita expressione, quod in casu non adimplenti, Matrimonium non haberetur, ac si numquam factum fuisset, multa contineat contra fidem, prolem, & Sacramentum, quæ sunt tria bona nuptiarum, & sic substantiæ Matrimonii adversetur; ex hoc infertur ad nullitatem Matrimonii juxta doctrinam *D. Thomæ in* 4 *sententiarum dist.* 28, *quæst. unica, art.* 4, ubi proposita quæstione, *utrum consensus, qui facit Matrimonium, sit consensus in copulam carnalem*, factaque sibi oppositione sequenti, *præterea si mulier dicat viro, Consentio in te, ut non cognoscas me, non est consensus matrimonialis, quia aliquid est ibi contra substantiam prædicti consensus; sed non esset, nisi dictus consensus esset in carnalem copulam; ergo consensus, qui facit Matrimonium, est consensus in carnalem copulam*; sic oppositioni respondet: *Ad tertium dicendum, quod illa conditio explicita non solum actui, sed potestati contrariatur carnalis copulæ, & ideo est contraria Matrimonio.*

Concordant S. Bonaventura, Pontifex Adria-

amplectendæ religiosæ vitæ non ab- fuisse ab eo temporis momento, quo Ma-

Adrianus, Riccardus, & alii antiquiores, quorum dicta congerit, & sequitur, testendo de communi opinione Dominicus Soto *in 4 sententiarum dist. 29, quæst. 1, art. 3*, ubi proposita quæstione, „ utrum „ omnis & sola turpis conditio, quæ „ contraria est Matrimonio, ipsum tol- „ lat, honesta vero semper obliget, *sic* „ *ait in corpore articuli*: In prima autem „ conclusione generaliter diximus, condi- „ tionem contra substantiam Matrimonii „ absque restrictione ad turpes illud tol- „ lere. Nam etiam honesta, si contraria „ est, ipsum impedit secundum opinionem, „ quæ communis Doctorum est & vera, „ quamvis Paludanus aliter sentiat; est „ enim dubium, si quidam sub hac con- „ ditione & lege contrahant, ut neuter „ alteri debitum umquam reddat, neque „ se carnaliter cognoscant, vel si dicat „ uterque alteri, Contraho tecum, si vo- „ to te prius castitatis obstrinxeris, ut „ numquam a me petas, neque mihi de- „ bitum reddas, utrum Matrimonium „ teneat; apparet enim ex una parte, „ Matrimonium esse validum, quia con- „ ditio est honesta, & possent forsan illi „ vere contrahere solum propter cohabi- „ tationem & alias necessitudines dome- „ sticas, a te tamen uxoria abhorrentes. „ Item quia, quod contracto Matrimo- „ nio accidere potest, non est illi contra- „ rium, ut contrahatur: possunt autem „ conjuges, antequam lecto conveniant, „ votum castitatis emittere, non obstan- „ te Matrimonii substantia, ut Maria & „ Joseph fecerunt. Ergo illa conditio ap- „ posita contractui, quando fit, non cen- „ setur illi contraria, atque ideo nec Ma- „ trimonium vitiatum. Hac ratione Pa- „ ludanus communitus dist. 30, quæst. 2, „ opinatur, Matrimonium sub illa condi- „ tione contractum non vitiari, ubi non „ prorsus videtur absque ulla probabilita- „ te locutus. Nihilominus contraria opi- „ nio est communis eademque verisimi- „ lior censens, conditionem illam esse „ contrariam fini & fidei Matrimonii, „ fini scilicet generationis & fidei sibi in- „ vicem debitum persolvendi; & ita ait „ Adrian. in tract. de Sponsal. quæst. 9. „ Immo & Divus Thomas dist. 28, art. „ 4 ad 3, dicit, quod si mulier dicat vi- „ ro, Consentio in te, et non cognoscas „ me, non est consensus matrimonialis; „ quia ille conditio non solum actui, ve- „ rum & potestati contrariatur carnalis „ copulæ. Et Riccardus eadem dist. art. „ 2, quæst. 4, idem ait, nempe quod per „ talem conditionem numquam reddendi „ debitum non solum excluditur carnalis „ copula, verum & translatio corporum „ in alterius potestatem contra vincu- „ lum conjugale. Quibus adstipulatur „ Bonaventura eadem dist. 28, quæst. ult. „ Immo vero si tenorem citati capitis fi- „ nalis de condit. opposit. inspicias, con- „ sulto Pontifex dicit, conditiones contra „ substantiam conjugii ipsum privare suo „ effectu, non restringendo ad turpes; „ quoniam & honestæ possunt esse con- „ trariæ: adde, quod si conditio illa, Si „ sterilitatem procuraveris, censetur Ma- „ trimonio contraria, eadem ratione „ Matrimonio adversatur & hæc, Si nul- „ lo nos umquam amplexu invicem con- „ jungamus; videtur enim illa naturæ „ Matrimonii contraria, per quod fiunt „ duo in carne una. Verum est tamen, „ Fautores alterius opinionis dicere pos- „ se, quod, si mulier sic contraheret, Con- „ traho tecum tradendo facultatem mei „ corporis tibi, hac tamen lege, ut juri „ tuo per votum castitatis renunties, non „ esset contra substantiam; nam potest „ quisque sicut post, ita & ante, renun- „ tiare juri suo. Nihilominus, quia fa- „ cultas est propter usum, consonantius „ rationi est, ut, qui alterum privat usu, „ non ei simpliciter facultatem conferat".

Matrimonium celebratum fuerat. Id satis fuit Pontifici, ut illud Matrimonium irritum esse judicaret (S. Congreg. 8 Julii 1724). Quod si propositum arsisset, solemnemque Religionis professionem emisisset, tum non opus fuisset nec testibus, nec aliis documentis, quæ suaderent, propositum illud affuisse in ipsa celebratione Matrimonii; sed ipsa so-le-

Concordant quoque recentiores Sanchez *de Matrim. lib. 5, disp. 10, per tot.* Layman *lib. 5, tract. 10, part. 2, cap. 7, num. 9,* Gonzalez *in cap. si conditiones sub num. 8,* ibique Barbosa *num. 3, de conditionibus appositis*, Pirhing. *ad lib. 5 Decretal. tit. 5, §. 3, sub. num. 13,* aliique plures, qui a Scribentibus allegantur, quibus addi possunt Salmaticenses *Oper. Moral. tom. 2, tract. 9, de Matrim. cap. 1, dub. 3, per tot.* & signanter *a num. 95,* Schamaltzgrueber *ad lib. 4 Decretal. tit. de condition. appositis §. 5, num. 119, & plur. seqq.*, ubi dicunt, hanc esse probabiliorem sententiam, & omnibus respondent, quæ in contrarium afferri possunt.

Haud urgente, quod conditiones sæpe memoratæ non fuerunt in actu Matrimonii expositæ, sed quod consensus fuit liber & absolutus, ita ut a præcedentibus conditionibus videatur esse recessum; in quo rerum themate standum est pro validitate Matrimonii juxta celebrem *Gloss. in cap. Tua nos in verb. mulierum de Sponsal. & Matrim.* ibi: *sed ne quod aliquis protestetur coram pluribus, quod omnia, quæ dicet & faciet, non faciet animo contrahendi Matrimonium, & postea publice dicat, Consentio in te; numquid est hic Matrimonium, vel non? In casu isto, dico, quod Ecclesia judicare debet pro Matrimonio, quia recurrendum est ad communem verborum intelligentiam; talia enim verba non possunt servire suæ intentioni: preterea si probet illa verba, quæ protestatus fuit primo, potuit postea recedere ab illa voluntate, & consentire in illum: & hoc videtur per illud, quod postea publice facit, etsi dicat, quod adhuc tempore contractus erat in eadem voluntate, non creditur ei, quia contra eum debet fieri interpretatio, qui dolum adhibet.* Prætermisso quippe, quod hoc assertum Glossæ sibi vindicat locum, quando protestatio emissa fuit ab altero ex contrahentibus, vel conditio ab altero ex contrahentibus apposita fuit altero ignorante, cum in hac hypothesi verificetur dolus; secus autem, quando tenor protestationis vel conditionis devenit ad notitiam alterius ex contrahentibus, uti cumulatis concordantibus late probat Sanchez *de Matrim. lib. 2, disp. 45, num. 19,* vis major constituitur in singularibus facti circumstantiis; si etenim Apocha, in qua conditiones continentur, fuit instante muliere ab Advocato composita, si ipsa scripsit, sibi sufficere proprii honoris incolumitatem, qua concurrente professionem emittere volebat Regularem, *che l' accudisse in quella afflizione ed in quel conflitto, e che la cavasse da quell' inferno, fosse come si fosse, e solo volea onore e salvazione, e che subito subito farebbe Monaca*, si die 6 Maii Apocham conditionibus repletam & supra relatam subscripsit; si a viro quoque consulti fuerunt Theologi super Apochæ validitate; si proprius contrahentium Parochus credidit, se non posse huic Matrimonio, utpote conditionato assistere, ita ut hac de causa prævia Patriarchæ licentia Prior S. Laurentii Matrimonio interfuerit; si paulo ante Matrimonium Vir & Parocho & Testibus aperuit, se Matrimonium contrahere relative ad Apocham, & juxta tenorem ipsius; omnia hæc simul juncta ostendunt, imperceptibile esse, quod in actu Matrimonii ab hisce conditionibus recedere voluerit, & eo fortius, cum juxta supradicta nocte diei 6 Mensis Maii Apochæ manifestatio facta sit Parocho & Te-

ſemnis Religionis profeſſio eorum omnium vicem ſuppleſſet, illamque ſibi induiſſet, quam Scholæ vocant *præſumptionem juris & de jure* (n), quæ nullis aliis adminiculis fulta Matrimonium illud pro infecto habendum eſſe juſſiſſet. En tibi tandem, unde ortum eſt, ut ſolemnis Religionis profeſſio per ſe ſolam Matrimonium ratum dirimat.

§. VI. Quod ſi etiam ad ſeveram trutinam revocaveris eas omnes fa-ſto-

---

Teſtibus, & die ſequenti hora decima contractum ſit Matrimonium abſque eo, quod ullum fuerit datum a muliere ſignum recedendi ab Apocha, quam ipſa procuraverat; & deficiente veriſimilitudine receſſus, non videtur dubitandum de nullitate Matrimonii, ut in his præciſis terminis firmant *La Croix in Theolog. Moral. tom.* 2, *lib.* 6, *par.* 3, *cap.* 2, *de Matrim. pag.* 247, Pignatell. *conſult.* 136, *per tot. tom.* 9.

Minus refragante, quod vir habuiſſe dicitur copulam cum muliere, hinc inferendo ad receſſum a proteſtationibus & a conditionibus, uti probat *Text. in cap. per tuas de conditionibus appoſitis, & in cap. inſuper, qui Matrimonium accuſare poſſint*; copula hæc ſiquidem debet ſubſequi Matrimonium, ut per eam dici valeat receſſum fuiſſe a conditionibus; & hujus ſubſequentis copulæ nulla fit mentio in binis ſententiis de partibus, in quibus momenta rationum afferuntur pro ſuppoſita Matrimonii validitate. Conſtanter ulterius hæc copula a Ludovico negatur; & quatenus ea interceſſiſſet, non ſuffragaretur ad effectum, de quo agitur, cum receſſus a proteſtatione per copulam ſubſecutam procederet de jure Canonum, ſecus autem de jure Conciliari, ut bene ponderat Sanchez *de Matrim. lib.* 2, *diſp.* 45, *quæſt.* 2, *num.* 21.

Addunt Scribentes, Matrimonium modo ſupra expoſito contractum habendum eſſe pro Matrimonio ficto, ex honeſta tamen cauſa reparandi honorem mulieris, in quo rerum themate de ejus nullitate non eſt dubitandum juxta Textum *in cap. Tua nos de Sponſalibus*.

Plura alia tum facti, tum juris argumenta in Scripturis legi poſſunt; unde quæritur,

An Matrimonium ſit nullum in caſu &c.

Sacra Congregatio reſpondit,

Ex hactenus deductis Matrimonium eſſe nullum in caſu &c.

(n) Ferraris *V. Præſumptio pag.* 189. Præſumptio juris eſt, quæ ex Juris auctoritate ac præcepto procedit, quando ſcilicet lex ipſa ex aliquo indicio rem dubiam colligit: ſive quæ ex Jure eſt ſcripta, vel a Lege approbata. Præſumptio juris ſubdividitur in præſumptiones *Juris* tantum, & in præſumptiones *Juris* & de *Jure*. *Communis*. Præſumptio *Juris* tantum eſt illa, cui Jus tamdiu innititur, donec contrarium probetur; contra hanc enim Præſumptionem probatio in contrarium admittitur: *Sic in re communis*. Hinc de Jure quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus, *ut c. mandata* 6 *de Præſumptionibus*, ibi: *Quia ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſubſequenti converſatione tua præſumamus*, *& cap. dudum* 16, *eodem*, ibi: *Cum primæ facie præſumatur idoneus, niſi aliud in contrarium oſtendatur*. Et a contra *ex cap. Semel malus* 8 *de Regul. juris in* 6, ibi: *Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus*; intellige tamen in eodem genere, ut explicat Gloſſa *ibid. in caſu*, & niſi de emendatione appareat; *c. Ferrum* 18, *diſt.* 50. Item in hac præſumptione Juris vicinus præſumitur ſcire ea, quæ facta ſunt in vicinia; *cap. Quoſdam* 7 *de Præſumptionibus*; in cujus Summario ſic expreſſe habet: *Ex vicinitate præſumitur notitia facti loci vicini*, & concordat *cap. Quanto*

8. *eo-*

ctorum ſpecies; in quibus dicitur Summus Pontifex falcem ſuam in Matrimonium ratum immiſiſſe, comperies, tum Summum Pontificem non Matrimonium diſſolviſſe, ſed irritum habuiſſe. Longum eſſet ſingulas haſce factorum ſpecies percurrere; unam aut alteram attingam; ex hiſce diſce alias. Inter Matrimonia rata, quæ a Summo Pontifice ſoluta eſſe dicuntur, numeratur Matrimonium Ludovici XII Galliarum Regis (o) & Joannæ Valoiſæ. Verum ſi Sedulium, Mezerayum, aliosque illius temporis Scriptores (p) conſulimus, illæ nuptiæ vim me-

---

8 *eodem*, in cujus Summario ſic præciſe notatur: *Præſumitur factum notum in vicino loco, quod eſt notum in remoto.* Item præſumitur filius ex uxore natus, cum qua vir cohabitavit; *l. Filium 6. ff. de his, qui ſui vel alieni Juris ſunt.* Item ſi Chirographum Debitoris ſit cancellatum vel deletum, præſumitur Debitori eſſe ſatisfactum; *l. Chirographum 24, ff. de Probationibus.* Et ſic de pluribus ſimilibus.

Præſumptio *Juris & de Jure* eſt illa, cui Jus adeo fortiter innititur, ut eam plene pro veritate habendam decernat. Unde hæc præſumptio in Foro judiciali tantum operatur, quantum veritas: & contra hanc Præſumptionem regulariter non admittitur probatio in contrarium, textu expreſſo *in cap. Is, qui fidem 30 de ſponſalibus*, ibi: *Contra præſumptionem hujuſmodi non eſt probatio admittenda*, niſi de contraria aperte conſtet; quia tunc omnis Præſumptio ceſſat, & cedit veritati; *Arg. c. Super hoc 5. de renuntiat. l. Continuus 137, ff. de verbor. ſignificat. leg. Ultim. ff. Quod metus cauſa, l. Imperatores ff. de probationibus*; & ſic in re *Communis Doctorum*. Et de hac præſumptione *Juris & de Jure* plena exempla habentur in utroque Jure. *Sic in cit. cap. Is, qui fidem 30, de ſponſalib.* cognoſcens ſponſam de futuro præſumitur in Matrimonium conſenſiſſe ita, ut non admittatur probatio in contrarium. Hodie tamen tale Matrimonium, præſumptum propter ſubſecutam copulam carnalem, tamquam clandeſtinum eſt reprobatum & irritatum *per Conc. Trid. ſeſſ. 24, cap. 1, de Reform. Matrim.* Item *in Clementin. Litteris de probationibus* contra litteras Summi Pontificis de facto proprio atteſtantis non admittitur probatio in contrarium. Item *in l. ultima Cod. Arbitrium Tutelæ* præſumitur, quod res in Inventario a Tutore deſcriptæ vere fuerint in bonis Defuncti; nec regulariter admittitur idem Tutor ad probandum oppoſitum; & ſic plura alia habentur in Jure conſimilia exempla, quæ adducit Gloſſa *final. in cit. Cap. Is, qui fidem 30, Verb. Contra præſumptionem de ſponſalib.*

(o) Clericatus de Sacram. Matrim. Decis. XV, num. 20. Tertio, quia (ut ait Emin. Card. de Lauræa *d. diſp.* 16, *ſub num.* 253) valet conſequentia de facto ad potentiam: ſed plurimi Pontifices Romani ſanctiſſimi ac doctiſſimi diſpenſarunt in Matrimonio rato, & ejus vinculo diſſoluto conceſſerunt, ut conjuges ad alias nuptias tranſirent. Ergo dicendum eſt Summum Pontificem in Matrimonio rato poſſe diſpenſare. Quod autem diſpenſaverit, probatur ex atteſtationibus ſequentibus. Ex diſſolutione Matrimonii rati tantum conſummati per Alexandrum VI electum Papam *anno* 1492, qui diſſolvit Matrimonium ratum non conſummatum Ludovici XII Regis Franciæ & Joannæ de Valois, quæ deinde fundavit Ordinem Sanctimonialium de Annuntiatione, & inter eas religioſe vixit, ac ſancte obiit *an.* 1505, 4 *Febr.* teſte Bollando *d. die in ejus Vita*, & Odorico Rinaldo *ad annum* 1498, *num.* 6.

(p) Jeanne de France, Reine, Ducheſſe de

metumque gravissimum perpessæ erant. In horum numero ponitur etiam Matrimonium Sigismundi Transilvaniæ Principis & Mariæ Austriæ, quod a Clemente VIII diremptum dicitur. Verum ex Epistola 180 Cardinalis d'Ossat, par. 1, constat, Matrimonium illud impotentiæ impedimento laborasse. Atque ut uno verbo complectar omnia, illæ ipsæ causæ, quæ requiruntur, ut Matrimonium ratum dirimi possit, quæque omnes vel ad corporis impotentiam, vel ad liberi consensus defectum redigi facile possunt, nos satis monent, Pontificem Matrimonia, etiam si solummodo rata, numquam infirmasse (*q*), sed illorum connubia pro infirmis reputasse.

---

de Berri, institutrice du premier Ordre de l'Annonciade & des dix Vertus de la sainte Vierge, néc en 1464 ètoit fille du Roi Louïs X & de *Charlotte* de Savoye. Son père la maria en 1476 à *Louïs*, Duc d'Oléans son cousin issu de germain, qui parvint depuis à la Couronne sous le nom de Louïs XII: mais comme ce mariage avoit été fait, à ce qu'on disoit, par force lorsque Louïs parvint à la Couronne après la mort de Charles VIII: il fit si bien auprès du Pape Alexandre VI, qu'il le fit declarer nul par les Commissaires envoyez par le même Pape, le 22 de Decembre 1498. Louïs XII ayant obtenu la dissolution de son mariage, donna a Jeanne pour son entretien le Duche de Berri, avec les domaines de Chatillon-sur Indre en Touraine, de Chèteauneuf sur Loire, & de Pontoise, & une pension de douze mille ècus. Cette vertueuse Peincesse se retira à Bourges, & institua l'*Ordre de l'Annonciation* ou *de l'Annonciade*. Le Regle en a étè formée sur les dix vertus de la sainte Vierge, qui sont chastetè, prudence, humilitè, vériiè, devotion, obéissance, pauvretè, patience, charitè, & compassion. L'habit en est singulier, le voile noir, le manteau blanc, le scapulaire rouge, le robe grise, & la ceinture de corde. Il y en a plusieurs Monesteres en France & dans le Païs-Bas. Le Pape Alexandre VI, en 1501, & Leon X, en 1517, confirmerent par leurs Brefs ce saint Institut. Jeanne de France, qui l'avoit établi, fonda aussi un Collège en l'Université de Bourges, & mourut en odeur de saintetè le quatriéme fevrier 1504 ou 1505, comme nous comprons aujourd'hui. Nous avons les informations dresèes par ordre d'Urbain VII, pour sa canonisation, tres souvent domandée par les Rois, & les Prelats de France. Elle fut enterèe dans l'Eglise des Annonciades de Bourges son corps fut brûlè, & ses cendres jettées an vent par les Huguenots en 1562. Doni d'Attichi & Nicolas Gazey, *en sa Vie*. Sainte-Marthe, *Hist. General. de la Maison de France*. Le Mire, *in Orig. Relig.* Sponde, *in Annal.* Louïs Jacob, *Biblioth. des Femmes Savantes*. Henri Sedulius, *ens ses Images de la vie de cette Reine*. Hilarion de Coste, *Elog. des Femmes Illustres*. Mèzeray, *Hist. de France*, *&c.* *Baillet*, Vies des Saints, quatriéme Fevrier.

(q) Clericatus *de Sacram. Matrim. Decis. XV*, *pag.* 58, *n.* 1. *& seq.* Antiqui Doctores amplexi sunt opinionem, quæ negat, Papam posse dissolvere Matrimonium ratum ex rationibus sequentibus. Primo: Quia insolubiliras Matrimonii etsi tantummodo rati est de jure divino & statuta ab ipso Deo, ut ostendimus supra *Decis. VII*, *num.* 25 *&* 26, & habetur *in cap. unico*, *De Voto in 6*, atque in Concilio Tridentino *Sess.* 24, *c.* 1, *de Matrim.* Sed potestas Papæ non se extendit supra legem Dei, neque dispen-

spensare potest contra jus divinum. *cap. Divinis præceptis*, *cap. Sunt quidam*, & *cap. Omnes* 25, *q.* 1. Ergo solvere non potest vinculum Matrimonii rati.

Secundo: Si Papa posset dissolvere Matrimonium ratum, posset etiam consummatum; sed hoc dissolvere non potest, ut plane probavimus *d. Decis. VII.*, *num.* 23, nec non *Decis. X*, *a. n.* 17 & *seq.*; ergo nec ratum. Major propositio, in qua est vis argumenti, sic probatur. Matrimonium tam ratum, quam consummatum in ratione contractus sunt essentialiter idem; siquidem copula carnalis non est novus contractus, neque spectat ad ejusdem contractus essentiam, *cap.* 1, & *cap. Sufficiat.* 27, *qu.* 2, Magister *in* 4. *Sent. dist.* 27, *litt. D.* Similiter in ratione Sacramenti non differunt, quia ratio Sacramenti fundatur in contractu, non in copula; ideoque ante eam habetur essentia Matrimonii, alias non fieret Sacramentum. Idcirco cum Matrimonium ratum & Matrimonium consummatum sint unum & idem Sacramentum, unus & idem perfectus contractus; qui non potest solvere consummatum, neque ratum solvere poterit.

Tertio: Quia Papa facere non potest, ne Sacramenta suum operentur effectum: exempli gratia, ne baptizatus sit de familia Christi, ne Eucharistia consecrata contineat Corpus Christi, & ne alia Sacramenta collata subjecto capaci operentur in eo suos effectus, quos infallibiliter producunt ex Dei institutione. Sed unus ex effectibus Sacramenti Matrimonii est indissolubilitas: unde ait S. Augustinus, quem refert Magister *Sent. in* 4, *dist.* 31. „ Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet Fides, Proles, & Sacramentum. In „ Fide attenditur, ne post vinculum conjugale cum alio vel alia coeatur. In „ Prole, ut amanter suscipiatur & religiose educetur. In Sacramento, ut conjugium non separetur". Ergo cum hæc indissolubilitas conjugii sit effectus Sacramenti, & veniat a Deo, non potest a Papa auferri, faciendo solubile Matrimonium ratum, & dispensando, ut conjuges separentur, & aliis per novum Matrimonium jungantur.

Quarto: Quia Papa non debet operari contra Evangelium, neque contra doctrinam Apostolorum: sed in Evangelio scriptum est; *Matth.* 19, *Quod Deus conjunxit, homo non separet*; & Divus Apostolus 1 *Cor.* 7, docet, quod *mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit; quod si dormierit vir ejus, soluta est a lege viri, cui vult nubat*: ergo Matrimonium ratum a Papa solvi non potest, & solum per mortem alterutrius conjugis fit solubile.

Quinto: Quia si Papa posset dispensare in Matrimonio rato fidelium, & illud solvere, etiam Principes Laici possent dispensare, atque solvere Matrimonia suorum subditorum infidelium; sed hoc falsum est, ut asseritur ab omnibus Theologis, & notant Salmaticenses *tract.* 9, *de Matrim. cap.* 4, *n.* 57: ergo neque Papa potest solvere Matrimonium ratum inter fideles.

Sexto: Quia Ecclesia non permittit, ut quis privetur jure suo, quod habet in aliquo; & ideo si servus ordinetur, invito vel nesciente Domino, deponitur, & ipsi Domino restituitur, *cap.* 1 & 2, *de Servis non ordin.* & ratio est, quia justitia non patitur, ut jus nostrum sine nostro consensu auferatur, *l. Id*, *quod nostrum* 11, *ff. de Regul. Jur.* Menoch. *cons.* 161, *n.* 19: sed per Matrimonium ratum acquisitum est uni conjugi jus & dominium in corpus alterius conjugis, ut ex Apostolo 1 *Cor.* 7, 4, ostendimus supra *Decis. II*, *num.* 10: ergo a Papa non debet ei jus suum auferri, eodem invito, per dissolutionem Matrimonii rati.

Septimo: Quia *in cap. Hi*, *qui Matrimonium* 32, *q.* 7, respondit Nicolaus Pontifex, quod „ Hi, qui Matrimonium „ jam contraxerunt, & uni ex duobus de-

„ men-

„ mentia aut furor aut aliqua infirmitas „ accesserit, ob hanc infirmitatem & causam conjugia talium solvi non possunt. „ Similiter dicendum est de his, qui ab „ adversariis excæcantur, aut membris „ truncantur, aut a barbaris exsecti fuerint „. Ergo nulla de causa solubile est Matrimonium ratum.

Octavo: Quia Innocentius III *in cap. Ex parte* 14, *de Conversat. Conjugat.* interrogatus dixit: „ Ex quo Matrimonium „ inter legitimas personas per verba de „ præsenti contrahitur, illis viventibus, „ in nullo casu posse dissolvi, ut vivente „ reliquo alter ad secunda vota transmigret, etiamsi unus fidelium, inter quos „ est ratum conjugium, fieret hæreticus „. Igitur si in nullo casu potest dissolvi; neque per dispensationem Papæ, etsi consummatum non sit, sed solummodo ratum, poterit dissolvi.

Nono: Quia si talis dispensatio & dissolutio Matrimonii rati esset possibilis in Papa, posset etiam fieri ab omni Episcopo in sua Diœcesi; quandoquidem quidquid Papa potest in universo orbe, potest & Episcopus in sua Diœcesi, nisi sibi sit specialiter prohibitum. Salmaticenses *d. cap.* 4, *de Matrim. num.* 57, Sanchez *de Matrim. lib.* 1, *disp.* 61, *num.* 3; *& lib.* 2, *disp.* 14, *sub num.* 1, *Vers. Octavo*. At nullibi id repetitur prohibitum: ergo &c.

Decimo: Quia sic sentit Scotus *in* 4 *Sentent. dist.* 31, *q.* 1, *Vers. Tertio modo*; & cum eo tenet omnis schola Scotistarum, inter quos S. Bonaventura, Almainus, Henrix, Tataretus, & alii, quos citat, & quibus inclinat Eminent. Cardin. de Lauræa *disp.* 16, *de Matrim. art.* 12, *num.* 232: ex Thomistis autem Paludanus, Victoria, uterque Sotus, uterque Ledesma, Valentia, Gonetus, & alii cumulati per Basilium Pontium, iisdem tenaciter adhærentem *lib.* 9, *de Matrim. cap.* 3, *num.* 3. Ex Canonistis vero Eminent. Cardin. de Turrecremata in *cap. Sunt qui dicunt* 27, *q.* 2, *art.* 3, *num.* 15, Alexander de Nævo in *cap. Duas n.* 14, *de Sponsa duorum*, Covarruvias *in* 2 *part. de Matrim. cap.* 7, §. 4, *num.* 13, Antonius Gucchus *lib.* 5, *Instit. major. tit.* 12, *num.* 27, Butsattus *consil.* 207, *num.* 18, *lib.* 2, & alii innumeri, quos numerat Sanchez *de Matrim. d. lib.* 2, 14, *dis. num.* 1, *in fine*, & quos citat Diana *part.* 8, *tract.* 1, *resol.* 62, *& tract.* 3, *resol.* 97. Quæ residet in Coordinato *tom.* 3, *tract.* 7, *resol.* 94 *&* 95.



QU. XXXVII.



QU. XXXVII.

Qua lege prohibita est Polygamia?

§. I. Illud quoque sequioribus nostris hisce sæculis reservatum erat, ut invenirentur ii Doctores, qui Polygamiæ monstrum post Christum natum inter Christianos inauditum in Christianam Rempublicam invehere molirentur. Nam ut mittam Anabaptistas Polygamiæ propugnatores (a) atque Patronos (Vid. Bellarm. lib. de Matrim. cap. 10), Lutherus, Melanchthon, Bucerus, aliique Protestantium coriphæi, auctores fuerunt Philippo Landraffio Hassiæ, ut alteram sibi jungeret, duasque simul una haberet uxores (b). Adeo autem abest, ut ab po-

(a). Magno argumentorum apparatu causam hanc egerunt Huldericus Neobulus, de cujus libro *de digamia* videndus Seckend. *Hist. Lutheran.* 3, 79, *Addit.* 3, *lit. x. p.* 281, Bernardinus Ochinus ex instituto refutatus a Theo. Beza *libro de Polygamia*, & Jo. Gerardo *de conjug.* §. 27, de quo videndus Petr. Bael. *Dict. Hist. & crit. sub Ochinus*, Jo. Lyserus, qui sub fictis Theophili Alethæi, Vinc. Athanasii, Gottl. Wahrmundi nominibus latitans plures libellos ea de re sparsit in vulgus, de quibus fusius egit Vinc. Placcius *Theatr. pseudonym. n.* 97, 277, 2867. Adversus eum calamum strinxerunt Jo. Brunsmannus, Jo. Musæus, Diekmannus, Feltmannus, Gesenius, at in Puffendorfium injurius, Jo. Meyerus, & alii. Denique polygamiæ patrocinium suscepit vir, quem studia sua melioribus litteris consecrata hoc ingenii fœtu interrumpere non decebat, Daphnæus Arcuarius in libro germanice scripto, *von Ehe-sachen*: ut jam non dicamus de novissima controversia, quæ nuper a jureconsulto Dantiscano majore ecclesiæ damno, quam fructu excitata, plures libellos eristicos peperit, quos utpote ubivis obvios recensere hic nihil attinet.

(b) INSTRUCTIO.

Quid Doctor Martinus Bucer apud Doctorem Martinum Lutherum & Philippum Melanchthonem sollicitare debeat, & si ipsis rectum videbitur, postmodum apud Electorem Saxoniæ.

I. „ Primo ipsis gratiam & fausta meo „ nomine denuntiet, & si corpore ani„ moque adhuc bene valerent, quod id „ libenter intelligerem. Deinde incipien„ do, quod ab eo tempore, quo me Do„ minus noster Deus infirmitate visitavit, „ varia apud me considerassem, & præser„ tim quod in me repererim, quod ego „ ab aliquo tempore, quo uxorem duxi, „ in adulterio & fornicatione jacuerim. „ Quia vero ipsi, & mei prædicantes sæ„ pe me adhortati sunt, ut ad Sacramen„ tum accederem; Ego autem apud me „ ta-

sceris suis gregalibus improbatum id fuerit, ut quinimmo tamquam ca-
put

„ talem præfatam vitam deprehendi, nul-
„ la bona conscientia aliquot annis ad Sa-
„ cramentum accedere potui. Nam quia
„ talem vitam *deserere nolo*, qua bona
„ conscientia possem ad mensam Domini
„ accedere? Et sciebam per hoc non ali-
„ ter quam ad judicium Domini, & non
„ ad Christianam confessionem me per-
„ venturum. Ulterius legi in Paulo pluri-
„ bus, quam uno, locis, quomodo nul-
„ lus fornicator, nec adulter regnum Dei
„ possidebit. Quia vero apud me depre-
„ hendi, quod apud meam uxorem præ-
„ sentem a fornicatione ac luxuria atque
„ adulterio abstinere non possim, nisi ab
„ hac vita desistam, & ad emendationem
„ me convertam; nihil certius habeo ex-
„ pectandum, quam exhæredationem a re-
„ gno Dei & æternam damnationem.
„ Causæ autem, quare a fornicatione, a-
„ dulterio, & his similibus abstinere non
„ possim apud hanc meam præsentem uxo-
„ rem, sunt istæ ".

II. „ Primo, quod initio, quo eam du-
„ xi, nec animo nec desiderio eam
„ complexus fuerim. Quali ipsa quoque
„ complexione, amabilitate, & odore sit,
„ & quomodo interdum se superfluo po-
„ tu gerat, hoc sciunt ipsius aulæ Præfe-
„ cti & Virgines aliique plures: cumque
„ ad ea describenda difficultatem ha-
„ beam, Bucero tamen omnia declara-
„ vi ".

III. „ Secundo, quia valida complexio-
„ ne, ut medici sciunt, sum; & sæpe
„ contingit, ut in fœderum & Imperii
„ comitiis diu verser, ubi laute vivitur,
„ & corpus curatur: quomodo me ibi
„ gerere queam absque uxore, cum non
„ semper magnum Gynecæum mecum du-
„ cere possim, facile est conjicere & con-
„ siderare ".

IV. „ Si porro diceretur, quare meam
„ uxorem duxerim; vere imprudens homo
„ tunc temporis fui, & ab aliquibus meo-
„ rum Consiliariorum, quorum potior
„ pars defuncta est, ad id persuasus sum.
„ Matrimonium meum ultra tres septima-
„ nas non servavi, & sic constanter per-
„ rexi ".

V. „ Ulterius me Concionatores con-
„ stanter urgent, ut scelera puniam, for-
„ nicationem, & alia; quod etiam liben-
„ ter facerem: quomodo autem scelera,
„ quibus ipsemet immersus sum, puniam,
„ ubi omnes dicerent, *Magister prius te
„ ipsum puni?* Jam si deberem in rebus
„ Evangelicæ confœderationis bellare,
„ tunc id semper mala conscientia face-
„ rem, & cogitarem: Si tu in hac vita
„ gladio, vel scopleto, vel alio modo
„ occubueris, ad Dæmonem perges. Sæpe
„ Deum interea invocavi ac rogavi, sed
„ semper idem remansi ".

VI. „ Nunc vero diligenter consideravi
„ Scripturas antiqui & novi Testamenti,
„ & quantum mihi gratiæ Deus dedit,
„ studiose perlegi, & ibi nullum aliud
„ consilium nec medium invenire potui;
„ cum videam, quod ab hoc agendi mo-
„ do penes modernam uxorem meam *nec
„ possim, nec velim* abstinere, (quod co-
„ ram Deo testor) quam talia media ad-
„ hibendo, quæ a Deo permissa, nec pro-
„ hibita sunt. Quod pii Patres ut Abra-
„ ham, Jacob, David, Lamech, Salo-
„ mon, & alii, plures quam unam uxo-
„ rem habuerint, & in eumdem Christum
„ crediderint, in quem nos credimus,
„ quemadmodum S. Paulus ad Cor. X
„ ait. Et præterea Deus in veteri Testa-
„ mento tales sanctos valde laudavit:
„ Christus quoque eosdem in novo Te-
„ stamento valde laudat: insuper lex
„ Moysis permittit, si quis duas uxores
„ habeat, quomodo se in hoc gerere de-
beat ".

VII. „ Et si objiceretur, Abrahamo

put, ac fama, pugnacissime defen- sum sit. Juverit igitur ea omnia ex-

„ & antiquis concessum fuisse propter „ Christum promissum, invenitur tamen „ clare, quod Lex Moysis permittat, & in „ eo neminem specificet, ac dicat, utrum „ duæ uxores habendæ, & sic neminem ex- „ cludit. Etsi Christus solum promissus „ sit stemmati Judæ, & nihilominus Sa- „ muelis pater, rex Achab, & alii, „ plures uxores habuerunt, qui tamen „ non sunt de stemmate Judæ. Idcirco „ hoc, quod istis id solum permissum „ fuerit propter Messiam, stare non po- „ test ".

VIII. „ Cum igitur nec Deus in anti- „ quo, nec Christus in novo Testamento, „ nec Prophetæ, nec Apostoli prohibeant, „ ne vir duas uxores habere possit; nul- „ lus quoque Propheta, vel Apostolus „ propterea Reges, Principes, vel alias „ personas punierit aut vituperarit, quod „ duas uxores in Matrimonio simul ha- „ buerint, neque pro crimine aut pecca- „ to, vel quod Dei regnum non conse- „ quemur, judicarit; cum tamen Paulus „ multos indicet, qui regnum Dei non „ consequentur, & de his, qui duas uxo- „ res habent, nullam omnino mentionem „ faciat. Apostoli quoque cum Gentibus „ indicarent, quomodo se gerere, & a „ quibus abstinere deberent, ubi illos pri- „ mo ad fidem receperant, uti in Actis „ Apostolorum est, de hoc etiam nihil „ prohibuerunt, quod non duas uxores „ in Matrimonio habere possent; cum ta- „ men multi Gentiles fuerint, qui plures, „ quam unam uxorem, habuerunt: Judæis „ quoque non prohibitum fuit, quia lex „ illud permittebat, & est omnino apud „ aliquos in usu. Quando igitur Paulus „ clare nobis dicit oportere Episcopum „ esse unius uxoris virum, similiter & „ Ministrum; absque necessitate fecisset, „ si quivis unam tantum uxorem deberet „ habere, quod id ita præcepisset, & „ plures uxores habere prohibuisset ".

IX. „ Et post hæc ad hunc diem usque „ in orientalibus regionibus aliqui Chri- „ stiani sunt, qui duas uxores in Matri- „ monio habent. Item Valentinianus Im- „ perator, quem tamen Historici, Am- „ brosius, & alii docti laudant, ipsemet „ duas uxores habuit, legem quoque edi „ curavit, quod alii duas uxores habere „ possent ".

X. „ Item, licet quod sequitur non „ multum curem, Papa ipsemet Comiti „ cuidam, qui sanctum Sepulcrum invi- „ sit, & intellexerat uxorem suam mor- „ tuam esse, & ideo aliam acceperat, con- „ cessit, ut is utramque retinere posset. „ Item scio Lutherum & Philippum Re- „ gi Angliæ suasisse, ut primam uxorem „ non dimitteret, sed aliam præter ipsam „ duceret, quemadmodum *præter propter* „ consilium sonat. Quando vero in con- „ trarium opponeretur, quod ille nullum „ masculum hæredem ex prima habuerit, „ judicamus nos plus hic concedi opor- „ tere causæ, quam Paulus dat, unum- „ quemque debere uxorem habere propter „ fornicationem. Nam utique plus situm „ est in bona conscientia, salute animæ, „ christiana vita, abstractione ab igno- „ minia & inordinata luxuria, quam „ in eo, ut quis hæredes vel nullos ha- „ beat. Nam omnino plus animæ, quam „ res temporales curandæ sunt ".

XI. „ Itaque hæc omnia me permove- „ runt, ut nihil proposuerim, quia id cum „ Deo fieri potest, sicut non dubito, ab- „ stinere a fornicatione & omni impu- „ dicitia, & via, quam Deus permittit, „ uti. Nam diutius in vinculis Diaboli „ constrictus perseverare nnu intendo, & „ alias absque hac via præservare *nec pos- „ sum*, *nec volo*. Quare hæc sit mea ad „ Lutherum, Philippum, & ipsum Buce- „ rum petitio, ut mihi testimonium dare „ velint, si hoc facerem, illud illicitum „ non esse ".

XII.

excutere, quæ ad Polygamiæ patrocinium novi hi Magistri in medium at-

XII. „ Casu quo autem id ipsi hoc „ tempore propter scandalum, & quod „ Evangelicæ rei fortassis præjudicare aut „ nocere posset, publice typis mandare „ non vellent; petitionem tamen meam „ esse, ut mihi scripto testimonium dent, „ si id occulto facerem, me per id non „ contra Deum egisse, & quod ipsi etiam „ id pro Matrimonio habere, & cum tem„ pore viam inquirere velint, quomodo „ res hæc publicanda in mundum, & qua „ ratione persona, quam ducturus sum, „ non pro inhonesta, sed etiam pro ho„ nesta habenda sit. Considerare enim „ possent, quod alias personæ, quam du„ cturus sum, graviter accideret, si illa pro „ tali habenda esset, quæ non christiane, „ sed inhoneste ageret. Postquam etiam „ nihil occultum remanet, si constanter „ ita permanerem, & communis Ecclesia „ nesciret, quomodo huic personæ coha„ bitarem, utique hæc quoque tractu tem„ poris scandalum causaret ".

XIII. „ Item non metuant, quod pro„ pterea, etsi aliam uxorem acciperem, „ meam modernam uxorem male tractare, „ nec cum ea dormire, vel minorem ami„ citiam ei exhibere velim, quam ante„ feci: sed me velle in hoc casu crucem „ portare, & eidem omne bonum præsta„ re, neque ab eadem abstinere. Volo „ etiam filios, quos ex prima uxore su„ scepi, Principes regionis relinquere, „ & reliquis aliis honestis rebus prospice„ re: esse proinde adhuc semel petitionem „ meam, ut per Deum hoc mihi consu„ lant, & me juvent in iis rebus, quæ „ non sunt contra Deum, ut hilari ani„ mo vivere & mori, atque Evangelicas „ causas omnes eo liberius & magis chri„ stiane suscipere possim. Nam quidquid „ me jusserint, quod christianum & re„ ctum sit, *sive monasteriorum bona*, sive „ alia concernat, ibi me promptum re„ perient ".

XIV. „ Vellem quoque & desidero non „ plures, quam tantum unam uxorem ad „ istam modernam uxorem meam. Item „ ad mundum vel mundanum fructum „ hac in re non nimis attendendum est, „ sed magis Deus respiciendus, & quod „ hic præcipit, prohibet, & liberum re„ linquit. Nam Imperator & mundus „ me & quemquam permittent, ut pu„ blice meretrices retineamus; sed plures, „ quam unam, uxores non facile concesse„ rint. Quod Deus permittit, hoc ipsi pro„ bibent: quod Deus prohibet, hoc dis„ simulant; & videtur mihi sicut Matri„ monium sacerdotum. Nam sacerdotibus „ nullas uxores concedunt, & meretrices „ retinere ipsis permittunt. Item Eccle„ siastici nobis adeo infensi sunt, ut pro„ pter hunc articulum, quo plures Chri„ stianis uxores permitteremus, nec plus „ nec minus nobis facturi sint ".

XV. Item Philippo & Luthero post„ modum indicabit, si apud illos præter „ omnem tamen opinionem meam de il„ lis nullam opem inveniam; tum me „ varias cogitationes habere in animo: „ quod velim apud Cæsarem pro hac re „ instare per mediatores, etsi multis mi„ hi pecuniis constaret: quod Cæsar abs„ que Pontificis dispensatione non face„ ret; quamvis etiam Pontificum dispen„ sationem omnino nihili faciam: verum „ Cæsaris permissio nihil omnino non es„ set contemnenda; quam Cæsaris permis„ sionem omnino non curarem, nisi sci„ rem, quod propositi mei rationem co„ ram Deo haberem, & certius esset, „ Deum id permisisse, quam probibuisse ".

XVI. „ Verum nihilominus ex huma„ no metu, si apud hanc partem nullum „ solatium invenire possem, Cæsareum „ consensum obtinere, uti insinuatum est, „ non esset contemnendum. Nam apud „ me judicabam, si aliquibus Consiliariis „ Cæsareis egregias pecuniæ summas do-

attulerunt, atque Monogamiam iis mœnibus sæpire atque repagulis, cu-

„ narem, me omnia ab ipsis impetraturum: sed præterea timebam, quamvis „ propter nullam rem in terra ab Evangelio deficere, vel cum divina ope me „ permittere velim induci ad aliquid, „ quod Evangelicæ causæ contrarium esse „ posset: ne Cæsareani tamen me in aliis „ sæcularibus negotiis ita uterentur, & „ obligarent, ut isti causæ & parti non „ foret utile: esse idcirco adhuc petitionem meam, ut me alias juvent, ne cogar rem in iis locis quærere, ubi id „ non libenter facio, & quod millies libentius ipsorum permissioni, quam cum „ Deo, & bona conscientia facere possunt, confidere velim, quam Cæsareæ „ vel *aliis humanis* permissionibus: quibus tamen non ulterius confiderem, nisi antecedenter in divina Scriptura fundatæ essent, uti superius est declaratum „.

XVII. „ Denique iterato est mea petitio, ut Lutherus, Philippus, & Bucerus „ mihi hac in re scripto opinionem suam „ velint aperire, ut postea vitam meam „ emendare, bona conscientia ad Sacramentum accedere, & omnia negotia „ nostræ Religionis eo liberius & confidentius agere possim „.

Datum Melsingæ Dominica post Catharinæ anno 1539.

PHILIPPUS LANDRAFFIUS HASSIÆ.

I. „ Postquam Vestra Celsitudo per Dominum Bucerum diuturnas conscientiæ „ suæ molestias, nonnullas simulque considerationes indicari curavit, addito „ scripto seu instructione, quam illi Vestra Celsitudo tradidit; licet ita properanter expedire responsum difficile sit, „ noluimus tamen Dominum Bucerum, „ reditum utique maturantem, sine scripto „ dimittere „.

II. „ Imprimis sumus ex animo recreari, & Deo gratias agimus, quod vestram Celsitudinem difficili morbo liberaverit, petimusque, ut Deus Celsitudinem vestram in corpore & animo confortare, & conservare dignetur „.

III. „ Nam prout Celsitudo vestra videt, paupercula & misera Ecclesia est, „ exigua & derelicta, indigens probis Dominis Regentibus, sicut non dubitamus, Deum aliquos conservaturum, „ quantumvis tentationes diversæ occurrant „.

IV. „ Circa quæstionem, quam nobis Bucerus proposuit, hæc nobis occurrunt „ consideratione digna: Celsitudo vestra „ per se ipsam satis perspicit, quantum „ differant universalem legem condere, „ vel in certo casu gravibus de causis ex „ concessione divina dispensatione uti; „ nam contra Deum locum non habet „ dispensatio „.

V. „ Nunc suadere non possumus, ut „ introducatur publice, & velut lege sanciatur permissio plures quam unam uxores ducendi. Si aliquid hac de re prælo „ committeretur, facile intelligit vestra „ Celsitudo, id præcepti instar intellectum „ & acceptatum iri, unde multa scandala & difficultates orirentur. Considerret, quæsumus, Celsitudo vestra, quam „ sinistre acciperetur, si quis convinceretur, hanc legem in Germaniam introduxisse, quæ æternarum litium & inquietudinum (quod timendum) futura esset seminarium „.

VI. „ Quod opponi potest, quod coram Deo æquum est, id omnino permittendum; hoc certa ratione & conditione est accipiendum. Si res est mandata & necessaria, verum est, quod „ objicitur; si nec mandata nec necessaria sit, alias circumstantias oportet expendere, ut ad propositam quæstionem „ propius accedamus. Deus Matrimonium in-

cujus claustra ab factiosorum hominum conatibus revelli minime possint. §. II.

„ instituit, ut tantum duarum & non „ plurium personarum esset societas, si natura non esset corrupta; hoc intendit „ illa sententia: *Erunt duo in carne una*: „ idque primitus fuit observatum ".

VII. „ Sed Lamech pluralitatem uxorum in Matrimonium invexit, quod de „ illo Scriptura memorat tamquam introductam contra primam regulam. "

„ VIII. „ Apud infideles tamen fuit „ consuetudine receptum; postea Abraham quoque, & posteri ejus plures duxerunt uxores. Certum est hoc postmodum lege Moysis permissum fuisse teste „ Scriptura Deut. 2, l. 1, ut homo duas „ haberet uxores: nam Deus fragili naturæ aliquid indulsit. Cum vero principio, & creationi consentaneum sit unica uxore contentum vivere, hujusmodi „ lex est laudabilis & ab Ecclesia acceptanda, nec lex huic contraria statuenda; nam Christus repetit hanc sententiam: *Erunt duo in carne una*, Matth. „ 19, & in memoriam revocat, quale Matrimonium ante humanam fragilitatem „ esse debuisset. "

IX. „ Certis tamen casibus locus est dispensationi. Si quis apud exteras nationes captivus ad curam corporis, & sanitatem, inibi alteram uxorem superinduceret; vel si quis haberet leprosam: „ his casibus alteram ducere cum consilio „ sui Pastoris non intentione novam legem inducendi, sed suæ necessitati consulendi, hunc nescimus, qua ratione „ damnare liceret. "

X. „ Cum igitur aliud sit inducere legem, aliud uti dispensatione, obsecramus vestram Celsitudinem sequentia velit considerare. "

„ Primo ante omnia cavendum, ne hæc „ res inducatur in orbem ad modum legis, quam sequendi libera omnium sit „ potestas. Deinde considerare dignetur „ vestra Celsitudo scandalum nimium, „ quod Evangelii hostes exclamaturi sint, „ nos similes esse Anabaptistis, qui simul „ plures duxerunt uxores. Item Evangelicos eam sectari libertatem plures simol ducendi, quæ in Turcia in usu „ est. "

XI. „ Item Principum facta latius spargi, quam privatorum, consideret. "

XII. „ Item consideret privatas personas, hujusmodi Principum facta audientes, facile eadem sibi permissa persuadere, prout apparet talia facile irrepere. "

XIII. „ Item considerandum, Celsitudinem vestram abundare nobilitate efferi „ spiritus, in qua multi in aliis quoque „ terris sint, qui propter amplos proventus, quibus ratione Cathedralium beneficiorum perfruuntur, valde Evangelio „ adversantur. Non ignoramus ipsi magnorum nobilium valde insulsa dicta; „ & qualem se nobilitas & subdita ditio „ erga Celsitudinem vestram sit præbitura, „ si publica introductio fiat, haud difficile est arbitrari. "

XIV. „ Item Celsitudo vestra, quæ Dei „ singularis est gratia, apud Reges & potentes etiam exteros magno est in honore & respectu: apud quos merito „ est, quod timear, ne hæc res patiat „ nominis diminutionem. Cum igitur multa scandala confluant, rogamus Celsitudinem vestram, ut hanc rem maturo „ judicio expendere velit. "

XV. „ Illud quoque est verum, quod „ Celsitudinem vestram omni modo rogamus & hortamur, ut fornicationem „ & adulterium fugiat. Habuimus quoque, ut, quod res est, loquamur, longo tempore non parvum mœrorem, „ quod intellexerimus vestram Celsitudinem ejusmodi impuritate oneratam, „ quam divina ultio, morbi, aliaque pericula sequi possent. "

XVI. „ Etiam rogamus Celsitudinem „ ve-

§. II. Ajunt primo, legem, quam Deus imposuit conjugibus, ut duo es-

„ vestram, ne talia extra Matrimonium „ levia peccata velit existimare, sicut „ mundus hæc venis tradere & parvi- „ pendere solet. Verum Deus impudici- „ tiam sæpe severissime punivit; nam pœ- „ na diluvii tribuitur Regentium adulte- „ riis. Item adulterium Davidis est seve- „ rum vindictæ divinæ exemplum, & Pau- „ lus sæpius ait: *Deus non irridetur*. A- „ dulteri non introibunt in regnum Dei: „ nam fidei obedientia comes esse debet, „ ut non contra conscientiam agamus, 1 „ Timoth. 3. Si cor nostrum non repre- „ henderit nos, possumus læti Deum in- „ vocare; & Rom. 8. Si carnalia deside- „ ria spiritu mortificaverimus, vivemus; „ si autem secundum carnem ambulemus, „ hoc est si contra conscientiam agamus, „ moriemur. "

XVII. „ Hæc referimus, ut consideret „ Deum ob talia vitia non ridere, prout „ aliqui audaces faciunt, & ethnicas co- „ gitationes animo fovent. Libenter quo- „ que intelleximus vestram Celsitudinem „ ob ejusmodi vitia angi & conqueri. „ Incumbunt Celsitudini vestræ complexio „ subtilis & minime robusta, ac pauci „ somni, unde merito corpori parcendum „ esset, quemadmodum multi alii facere „ coguntur. "

XVIII. „ Legitur de laudatissimo Prin- „ cipe Scanderbego, qui multa præclara „ facinora patravit contra duos Turca- „ rum Imperatores, Amurathem & Ma- „ humetem, & Græciam, dum viveret, „ feliciter tuitus est ac conservavit. Hic suos „ milites sæpius ad castimoniam hortari „ auditus est & dicere, Nullam rem for- „ tibus viris æque animos demere, ac ve- „ nerem. Item quod si vestra Celsitudo „ insuper alteram uxorem haberet, & nol- „ let pravis affectibus & consuetudinibus „ repugnare, adhuc non esset vestræ Cel- „ situdini consultum ac prospectum. Opor- „ tet, unumquemque in externis istis suo- „ rum membrorum esse dominum, uti „ Paulus scribit: Curate, ut membra ve- „ stra sint arma justitiæ. Quare vestra „ Celsitudo in consideratione aliarum cau- „ sarum, nempe scandali, curarum, la- „ borum, ac sollicitudinum, & corporis „ infirmitatis velit hanc rem æqua lance „ perpendere, & simul in memoriam re- „ vocare, quod Deus ei ex moderna con- „ juge pulchram sobolem utriusque sexus „ dederit, ita ut contentus hac esse pos- „ sit. Quot alii in suo Matrimonio debent „ patientiam exercere ad vitandum scan- „ dalum? Nobis non sedet animo Celsitu- „ dinem vestram ad tam difficilem novi- „ tatem impellere, aut inducere; nam di- „ tio vestræ Celsitudinis, aliique nos im- „ peterent, quod nobis eo minus feren- „ dum esset, quod ex præcepto divino „ nobis incumbat Matrimonium omnia- „ que humana ad divinam institutionem „ dirigere, atque in ea, quoad possibile, „ conservare, omneque scandalum remo- „ vere. "

XIX. „ Is jam est mos sæculi, ut cul- „ pa omnis in Prædicatores conferatur, „ si quid difficultatis incidat, & humanum „ cor in summæ & inferioris conditionis „ hominibus instabile, unde diversa per- „ timescenda. "

XX. „ Si autem vestra Celsitudo ab im- „ pudica vita non abstineat, quod dicit „ sibi impossibile, optaremus Celsitudinem „ vestram in meliori statu esse coram Deo, „ & secura conscientia vivere ad propriæ „ animæ salutem, & ditionum ac subdi- „ torum emolumentum. "

XXI. „ Quod si denique vestra Celsitu- „ do omnino concluserit, adhuc unam „ conjugem ducere, judicamus id secreto „ faciendum, ut superius de dispensatione „ dictum, nempe ut tantum vestræ Celsi- „ tudini, illi personæ, ac pancis personis „ fidelibus constet Celsitudinis vestræ ani- „ mus & conscientia sub sigillo confes- „ sio-

essent in carne una, esse unam ex illis legibus, quas *positivas* Scholæ appellant, ac proinde relaxationi obnoxiam, ac necessitatis legibus subjectam.

Non ignoro, legum divinarum alias

„ sionis. Hinc non sequuntur alicujus momenti contradictiones, aut scandala. „ Nihil enim est inusitati, Principes concubinas alere; & quamvis non omnibus „ e plebe constaret ratio, tamen prudentiores intelligerent, & magis placeret „ hæc moderata vivendi ratio, quam „ adulterium & alii belluini & impudici „ actus; nec curandi aliorum sermones, si „ recte cum conscientia agatur. Sic & in „ tantum hoc approbamus: nam quod „ circa Matrimonium in lege Moysis fuit „ permissum, Evangelium non revocat, „ aut vetat, quod externum regimen non „ immutat, sed adfert æternam justitiam „ & eternam vitam, & orditur veram „ obedientiam erga Deum, & conatur „ corruptam naturam reparare ".

XXII. „ Habet itaque Celtitudo vestra „ non tantum omnium nostrum testimonium in casu necessitatis, sed etiam antecedentes nostras considerationes, quas „ rogamus, ut vestra Celsitudo, tamquam „ laudatus, sapiens, & Christianus Princeps velit ponderare. Oramus quoque „ Deum, ut velit Celsitudinem vestram ducere, ac regere ad suam laudem & „ vestræ Celsitudinis animæ salutem ".

XXIII. „ Quod attinet ad consilium „ hanc rem apud Cæsarem tractandi, existimamus illum adulterium inter minora peccata numerare; nam magnopere verendum, illum Papistica, Cardinalitia, Italica, Hispanica, Sarracenica imbutum fide, non curaturum vestræ „ Celsitudinis postulatum, & in proprium „ emolumentum vanis verbis sustentaturum, sicut intelligimus perfidum ac „ fallacem virum esse, morisque Germanicis oblitum ".

XXIV. „ Videt Celsitudo vestra ipsa, „ quod nullis necessitatibus christianis „ sincere consulit. Turcam sinit imperturbatum, excitat tantum rebelliones in Germania, ut Burgundicam potentiam efferat. Quare optandum, ut „ nulli Christiani Principes illius infidis „ machinationibus se misceant. Deus conservet vestram Celsitudinem. Nos ad „ serviendum vestræ Celsitudini sumus „ promptissimi. Datum Vittembergæ die „ Mercurii post festum S. Nicolai 1539. "

Vestræ Celsitudini parati ac subjecti servi,
Martinus Luther.
Philippus Melancthon.
Martinus Bucerus.
Antonius Corvinus.
Adam.
Joannes Leningus.
Justus Vintferte
Dionysius Melanther.

„ Ego Georgius Nuspicher, accepta a „ Cæsare potestate, Notarius publicus „ & Scriba, testor hoc meo chirographo „ publice, quod hanc copiam ex vero „ & inviolato originali propria manu a „ Philippo Melancthone exarato, ad instantiam & petitionem mei clementissimi Domini & Principis Hassiæ ipse „ scripserim, & quinque foliis numero „ excepta inscriptione complexus sim, „ etiam omnia proprie & diligenter auscultarim, & contulerim, & in omnibus cum originali & subscriptione nominum concordet. De qua re iterum „ testor propria manu ".

Georgius Nuspicher,
Notarius.

In-

alias esse, quæ *naturales* & *morales* vocantur; alias, quæ dicuntur *ceremoniales* & *judiciaria*; illas una cum humano genere ortas, atque ævum in omne duraturas; hasce temporum ac locorum finibus ab ipso Deo circumscriptas. Sed illud etiam scio, leges omnes divinas, etiam illas, quas Deus locis ac temporibus definiit, intra illos locorum ac tempo-

---

Instrumentum copulationis PHILIPPI LANDRAVII & MARGARITÆ DE SAAL.

In nomine Domini.

„ Notum sit omnibus & singulis, qui „ hoc publicum instrumentum vident, au- „ diunt, legunt, quod annum post Chri- „ stum natum 1540, die mercurii 4 men- „ sis Martii, post meridiem circa secun- „ dam circiter, indictionis anno 13, po- „ tentissimi & invictissimi Romanorum „ Imperatoris Caroli Quinti Clementis- „ simi nostri Domini anno regiminis 21, „ coram me infrascripto Notario & te- „ ste, Rotemborgi in arce comparuerint „ Serenissimus Princeps & Dominus Phi- „ lippus Landgravius Comes in Catznelo- „ bogen, Dietz, Ziegenhain, & Nidda, „ cum aliquibus suæ Celsitudinis Consilia- „ riis ex una parte, & honesta ac vir- „ tuosa virgo Margareta de Saal, cum „ aliquibus ex sua consanguinitate ex al- „ tera parte; illa intentione & volun- „ tate coram me publico Notario ac te- „ ste, publice confessi sunt, ut Matrimo- „ nio copulentur: & postea antememo- „ ratus meus clementissimus Dominus & „ Princeps Landravius Philippus per Re- „ verendum Dominum Dionysium Me- „ landrum suæ Celsitudinis Concionato- „ rem, curavit proponi ferme hunc sen- „ sum. Cum omnia aperta sint oculis „ Dei, & homines pauca lateant, & sua „ Celsitudo velit cum nominata virgine „ Margareta Matrimonio copulari, etsi „ prior suæ Celsitudinis conjux adhuc sit „ in vivis, ut hoc non tribuatur levita- „ ti & curiositati, ut evitetur scanda- „ lum, & nominatæ virginis & illius „ honestæ consanguinitatis honor & fa- „ ma non patiatur; edicit sua Celsitudo „ hic coram Deo, & in suam conscien- „ tiam & animam, hoc non fieri ex le- „ vitate, aut curiositate, nec ex aliqua „ vilipensione juris & superiorum, sed „ urgeri aliquibus gravibus & inevitabi- „ libus necessitatibus conscientiæ & cor- „ poris, adeo ut impossibile sit sine alia „ superinducta legitima conjuge corpus „ suum & animam salvare. Quam mul- „ tiplicem causam etiam sua Celsitudo „ multis prædoctis, piis, prudentibus, & „ christianis Prædicatoribus antehac in- „ dicavit, qui etiam consideratis inevita- „ bilibus causis id ipsum suaserunt ad suæ „ Celsitudinis animæ & conscientiæ con- „ sulendum. Quæ causa & necessitas e- „ tiam Serenissimam Principem Duchis- „ sam Saxoniæ, suæ Celsitudinis primam „ legitimam conjugem, utpote alta prin- „ cipali prudentia & pia mente prædi- „ tam movit, ut suæ Celsitudinis tam- „ quam dilectissimi mariti animæ & cor- „ pori serviret, & honor Dei promove- „ retur, ad gratiose consentiendum. Quem- „ admodum suæ Celsitudinis hæc super „ relata syngrapha testatur; & ne cui „ scandalum detur, eo quod duas conju- „ ges habere moderno tempore sit insoli- „ tum; & si in hoc casu christianum & „ licitum sit, non vult sua Celsitudo pu- „ blice coram pluribus consuetas ceremo- „ nias usurpare, & palam nuptias cele- „ brare cum memorata virgine Margare- „ ta de Saal: sed hic in privato & in „ silentio in præsentia subscriptorum te-

„ stium

porum terminos (infremant per me licet omnes Scholastici (c)), nullis mutationibus, nullis relaxationibus, nullis necessitatis legibus esse obnoxias (d); nisi forte illud dictu absonum dicere velimus, Deum ea nobis jube-

„ stium volunt invicem jungi Matrimo-
„ nio. Finito hoc sermone nominati Phi-
„ lippus & Margareta sunt Matrimonio
„ juncti, & unaquæque persona alteram
„ sibi desponsam agnovit & acceptavit,
„ adjuncta mutuæ fidelitatis promissione
„ in nomine Domini. Et antememoratus
„ Princeps ac Dominna ante hunc actum
„ me infrascriptum Notarium requisivit,
„ ut desuper unum aut plura instrumen-
„ ta conficerem; & mihi etiam tamquam
„ personæ publicæ verbo ac fide Prin-
„ cipis addixit ac promisit, se omnia
„ hæc inviolabiliter semper ac firmiter
„ servaturum, in præsentia Reverendorum
„ prædoctorum Dominorum M. Philippi
„ Melanctonia, M. Martini Buceri,
„ Dionysii Melandri; etiam in præsentia
„ strenuorum ac præstantium Eberhardi
„ de Thau Electoralis Consiliarii, Her-
„ manni de Malsberg, Hermanni de
„ Hundelshausen, Domini Joannis Fegg
„ Cancellariæ, Rodolphi Schenck, & ho-
„ nestæ ac virtuosæ Dominæ Annæ na-
„ tæ de Miltitz viduæ defuncti Joannis
„ de Saal memoratæ sponsæ matris, tam-
„ quam ad hunc actum requisitorum te-
„ stium ".

„ Et ego Balthasar Rand de Fulda po-
„ testate Cæsaris Notarius publicus, qui
„ huic sermoni, instructioni, & matrimo-
„ niali sponsioni & copulationi cum su-
„ pra memoratis testibus interfui, & hæc
„ omnia & singula audivi & vidi, &
„ tamquam Notarius publicus requisitus
„ fui, hoc instrumentum publicum mea
„ manu scripsi, & consueto sigillo muni-
„ vi in fidem & testimonium ".

Balthasar Rand.

(c) Natal. Alex. Theol. Dogm. & Moral. Lib. II, de Sacram. Matrim. Cap. I, Art. VI, Prop. II, Tom. III, pag. 24. Respondetur, legem de unitate uxoris divinam quidem & naturalem esse, sed ex earum numero, in quibus Deus dispensare potest, & revera dispensavit. Quædam enim ad legem naturæ primario pertinent, qualia sunt hæc præcepta: Deus amandus est, parentes honorandi, vitandum homicidium, adulterium, furtum, mendacium. In his Deus ipse dispensare non potest: cædes enim hominis privata auctoritate & injuste perpetrata, adulterium, furtum, mendacium per se mala sunt; ideoque semper & ubique illicita. Quædam secundario pertinent ad legem naturæ, quæ cum per se mala non sint, sed ideo tantum mala, quia prohibita, Dei auctoritate & dispensatione licite fieri possunt, ut Polygamiæ prohibitio.

Ita etiam D. Thomas *in supplem. ad 3 part. qu. 65, art. 1*, Bellarm. *de Sacram. Lib. I, cap. X & seq.* Estius *in Lib. 4 sentent. dist. 33, §. 1 & seq.* Sylvius *in suppl. ad 3 part. S. Thomæ Qu. 65, Art. I & seq.*

(d) Bossuet *Avv. à Protest. Tom. I, pag. 325.* Ma entriamo in materia. Si tratta di sapere, se Lutero, se Melantone, e Bucero, quelle tre Colonne della Riforma, avevano l'autorità di dispensare il Lantgravio dalla Legge dell' Evangelio, quale ha ridotto all' Unità il Matrimonio; e se in conseguenza potevano stabilire una dottrina direttamente opposta a quella di tutti li Cristiani del Mondo. A codesto passo il Ministro s' imbroglia d' una maniera terribile; e del suo discorso nulla si capisce, quando per renderlo intelligibile non si voglia ridurlo ad alcuni principj. Codesto è il modo di di-

Jus Laicale Catholicorum. O o scor-

bere, a quibus nos prohibet necessitas, aut illum rerum ordinem instituisse, qui cum suis legibus pugnaret, nec illum conservari posse, nisi hæ temperentur ac corrigantur: Quamquam quid ita loquor, quasi vero Monogamia non in eas leges sit referenda, quas natura ipsa Matri-

---

scorrere: *Dalle leggi di Natura*, dice egli, *non può chisisia dispensarsi. Ma dalle Positive, che tali sono quelle del Matrimonio, ognuno può essere dispensato, non solamente da chi ha fatta la Legge, ma anche da una forzosa necessità. Di cotesta sorta*, continua egli dire, *furono li Matrimonii de' Figliuoli di Adamo e di Noè, li quali nel primo grado di Consanguinità si maritarono tra Fratelli e Sorelle, benchè non avessero ottenuta la dispensa nè dal Supremo Legislatore, nè da suoi Ministri: la necessità servì di dispensa*. Dissimuliamo per un poco la crassa ignoranza del Ministro, che in primo luogo ardisce dire, che li Figliuoli di Noè si maritarono tra Fratelli e Sorella a similitudine di quelli di Adamo. Ove ha egli sognato ciò? La Scrittura dice chiaramente, e lo ripete cinque o sei fiate, che li tre Figliuoli di Noè avevano le loro Mogli nell'Arca, dalle quali ebbero dei Figliuoli dopo il diluvio: nè si legge in luogo veruno, che alleno fossero loro Sorella. Chi potava obbligarli a prendere la Sorella per Mogli prima di chiudersi nell'Arca, posto per cosa certa cha v' entrarono maritati, in tempo che tutta la Terra era piena di uomini a femmine? E d'onde porrebbe ricavara il Signor Jurieu la di lui allegata in questi tempi *forzosa necessità?* Non può ciò dedursi nè meno dai tempi posteriori, mentre li Figliuoli dell'uno de' tra Fratelli potevano scegliera le Mogli nelle famiglie degli altri due; e così senza maritarsi *tra Fratelli e Sorelle nel primo grado di Consanguinità*, come vuola il Ministro, quei Matrimonii potavano farsi tra Cugini. D'onde adunqua ha potuto agli trarre l' opposto? Ma cotesto è un arrare da nulla in confronto di quello, in cui cade egli, conchiudendo con le sue ragioni, che i Matrimonii dei Fratelli e Sorelle non sono altrimenti contrarj alla legge naturale, perchè di tala sorta sa na sono fatti negli anni primi della Creaziona del Mondo. Dal che si scorga non sapera, le Leggi di Natura essere così ordinate, che le minori cedano alle maggiori. Da ciò nasce, che il Matrimonio tra li Figliuoli di Adamo nel primo grado di Consanguinità non fu l'affetto d' una Dispensa dalla Legge Naturala, cha lo proibisce tra Fratello a Sorella; ma della subordinazione di quella ad un' altra Legga più essenziale e più fondamentale, se è lecito di parlare così, quale era quella di propagare il genera umano. Di ogni altra cosa dovrebbe parlare il vostro Ministro, se avesse prudenza, fuorchè di Dispensa. Che quand'anche ai Figliuoli di Adamo, o per parlare con il Signor Jurieu, quand'anche a quelli di Noè fossa stata necessaria qualche Dispensa, alla era bastevolmente compresa in quel manifesto Precetto di Dio: *Crescete, moltiplicate, e popolate la Terra:* Precetto dato a' primi Uomini fin dal principio del Mondo, il quale fuori d' ogni dubbio obbligherebbe in simili casi, ma Precetto cha Dio si degnò di rinovare auche a Noè ed a' suoi Figliuoli, in maniera che il rifuggire in tale pretesa Dispensa alla sola necessità senza riconoscera l'espressa Autorità del Legislatore, non è certamente, se non una grossolana ignoranza. Altra ignoranza di peso non inferiore altresì è quella di non intendere in quel Precetto Divino la viva voce della Natura, che vuol essera moltiplicata, nè vuol finire, perchè a dover durara dal suo Autore è stata creata. Per la stessa ragione creò Dio li due Sessi; per quella stessa

trimonio præscripsit (*e*)? Nam humanæ naturæ parens, cum Matrimonium instituit, uni viro unam fœminam sociavit, *masculum & fœminam fecit eos;* voluitque, ut vir ad unicam illam fœminam tam arcte adhæresceret, ut ab nemine fineret sese inde umquam avelli, *quamobrem relinquet homo Patrem suum & Matrem, & adhærebit uxori suæ;* atque iterum vetuit, ne hæc sancta societas pluribus constaret, quam duobus, *& erunt duo in carne una*. Cum ab hisce legibus Matrimonium ortum suum traxerit, quis non videt, hasce leges Matrimonio esse naturales, neque everti aut immutari eas posse, quin natura ipsa Matrimonii penitus evertatur aut immutetur?

§. III. Ajunt secundo, Deum ipsum post diluvium indulsisse singulis viris plures uxores, ut ita genus humanum ad paucos jam redactum citius propagaretur, atque terrarum orbis ad pristinam incolarum multitudinem ocius revivisceret.

At hujusce divinæ indulgentiæ quos testes citas? Quem Sacræ Historiæ locum mihi dederis, qui hujusce rei fidem nobis faciat? Quæ major necessitas humani generis propagandi, quam initio Mundi? Et tamen Deus *unam tantum costam in unam fœminam, non plures costas in plu-*

---

sa diede loro la sua fecondità ed una certa immagine dell' eterna Generazione del suo Figliuolo: dalle quali premesse è facile di capire, che tanto l'essere uniti, quanto l'essere distinti, è un diritto della natura, e che è fuori d'ogni dovere in simili casi il ricorrere alle Leggi Positive.

Non doveva adunque dirsi così decisivamente, le Leggi del Matrimonio esser Leggi Positive, e che il Matrimonio non è se non se una semplice Istituzione, come se non fosse fondato sopra la Natura medesima, oppure come se la santa Unione di Uomo e Donna accompagnata dalla procreazione e dalla educazione de' Figliuoli non appartenesse al diritto della Natura, per quello che le condizioni sono regolate in progresso dalle Leggi Positive.

Ma quì pure scopresi un altro errore. Il Ministro parlando delle Leggi Positive regolatrici del Matrimonio, con difetto essenzialmente nel caso presente si è scordato di dire, che elleno sono Divine; ed in conseguenza indispensabili di loro natura, finattantochè sussistono. Se il Signor Jurieù ci avesse pensato, non avrebbe già detto, che una *forzosa necessità* può dispensare da Leggi simili; poichè se ciò fosse, sarebbe lo stesso, che dire con Dottrina tanto ridicola, quanto inaudita, che Dio comanda cose, dalle quali è forza spesso che uno sia dispensato.

Et pag. 341: Facciamo ritorno ora per un poco alle Proposizioni lasciate addietro. Dico io che le Leggi Positive Divine, finattantochè sussistono, sono tanto indispensabili, quanto le Naturali. Dico che non può addursi necessità veruna più contro le une, che contro le altre, e che finattantochè una Legge Divina sussiste, lo allegare necessità per essere dispensati, è lo stesso, che voler essere maggiore di Dio medesimo. Dico che il Signor Jurieù, il quale insegna l'opposto, per quanto abbia potuto dir Grozio, della cui autorità egli si serve, non ha compreso la forza della Legge Naturale, la quale in somma è inviolabile a cagione, che ella è Divina.

(*e*) S. Thomas *in IV Sententiarum Distinct.* XXXIII, *Qu. II. Art.* 2. Lex de uni-

plures fœminas convertit (Innocent. in c. Gaudemus X, de Divort.). Quæ via ad eam rem magis proxima ac compendiaria, quam longæva hominum vita? Quid liberorum procreationi magis officit, quam plurium fœminarum consuetudo (*f*)?

§. IV. Ajunt tertio, Polygamiæ usum per Moysem divinarum legum latorem atque præconem ratum habitum fuisse. Nam Deutoronomii 21, 15, hæc habentur: *Quod si habuerit homo duas uxores, unam dilectam & alteram odiosam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios dividere; non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ.*

Verum quid prohibet, quominus hæc Deutoronomii verba intelligamus non de Polygamia *simultanea*, sed *successiva*? Esto. Fac etiam ibi sermonem haberi de Polygamia *simultanea*. Quid tum? Num leges civiles, quæ jubent Nothos Patri suo ex sextante hæredes esse debere, dicendæ sunt concubitus vagos ratos habere? Nihil sane minus. Nec lex igitur Moysis Polygamiam, eo quod filios alterius uxoris ab semisse excludat. Cæterum adeo abest, ut a Moyse Polygamia aut concessa aut permissa fuerit, ut quinimmo uncialibus verbis Deutorom. XVIII, 17, prohibita sit: *Non habebis uxores plurimas*.

§. V. At quam demum cumque sententiam feras de iis, qui in ea tempora inciderunt, quibus Evangelica lux nondum exorta erat, certum est, Christum Dei Filium Divortium & Polygamiam, quæ in tam sanctam societatem per cuniculos jam irrepserant (*g*), penitus sustulisse, Monogamiam primævo suo nito-

unitate uxoris non est humanitus, sed divinitus instituta, nec umquam verbo aut litteris tradita, sed cordi impressa, sicut & alia, quæ ad legem naturæ qualitercumque pertinent.

(*f*) Qualques spéculateurs superficiels se sont persuadès que la *polygamie* contribue à la population, c'est une erreur; les hommes instruits attestent le contraire. Il est clair que six femmes qui ont chacune un mari, donneront plus d'enfans que si elles n'en avoient qu'un seul en commun; cela en confirmè par l'ètat de dépopulation des contrées de l'Asie, où la *polygamie* est permisse. Le pauvres, qui ne sont pas en ètat de nourir plusieurs femmes, ne peuvent user de cette libertè, & les riches, pour satisfaire leur lubricitè, enlevent les filles que les pauvres pouroient épouser. Comme un desordre ne manque jamais d'en entrainer d'autres, chez les Peuples polygames les maris sont en possession de tuer leurs femmes & leurs filles, sans encourir aucun châtiment.

La pluralitè des femmes n'est pas moins contraire a l'education des enfans & à l'union des familles. Il est impossible que les enfans de plusieurs meres soient également aimès & soignes par leur pere; il y a nécessairement des prædilections, de là les jalousies & les divisions entre les meres & entre leurs enfans. Alors le mariage ne peut produire entre les maris & les femmes, entre le pere & les enfans, entre les parens par alliance le même attachement que dans les contrées, où il est rèduit a l'unitè.

(*g*) Joseph Motta *Diatriba de Jur. Divort. pag.* 8. Huic tamen primæ societati,

nitori restituisse, Matrimonium ad Sacramenti dignitatem evexisse, ac suis Apostolis mandasse, ut illud conjugium omnibus gentibus prædicarent, quod nec quisquam dissolvere, nec plurium uxorum concubitus auferit temerare. Hinc fit, ut non solum Christiani, sed omnes omnino homines, qui pluribus nuptiis thalamum suum macularent, divinis legibus pœnas sint persoluturi. Ac Christiani quidem non solum magnum nefas habent id facere, sed & sentire summum scelus anathematis pœna piandum. *Si quis dixerit, licere Christianis plurimas simul habere uxores, & hoc nulla lege Divina esse prohibitum, anathema sit.* Concil. Trid. Sess. 24, Can. 2.

QU. XXXVIII.

---

nati, in ipsam fœderis conjugalis naturem, unam ex duobus cernem requirentem, concessionem πολυγαμίας Deo non dispensante, sed permittente, legimus præjudicatum, *Gen.* 2, *Paralip.* 15, *Jud.* 8, 2 *Reg.* 3 & 20, 3 *Reg.* 11 tam ante, quam sub lege, Pigh. mox citan. Laban siquidem etsi Polygamus rogat Jacobum, ne alteram uxorem superinducet, Gen. 31, ver. 50, ratus Polygamiem viræ minime & naturæ congruam, immo sacræ legi conjugii discordem. Exceptum ab hac indulgentia tradunt Thalmudistæ, *in Mossochtn Joma cap.* 1, Pontificem, qui virginem ætetem minorem egressam, annos scilicet 12, solum in matrimonio ducere poterat. *Levit.* 21, 13. *In Gemar. Babyl. ad tit. S. abimot. c.* 6, *f.* 59. *Thalmud. in Magid. Misna odbalac, Isusib Maymon c.* 17, *in Cod. Mos. & vet. jur. enucl. p.* 16.: quod si duas uxores habuisset, utrique cum altera faciendum illi divortium fuisset ante diem X Mensis Tisri, ni id fecisset, obire eum piaculere Sacrum solemni illo die in templi adytis nequivisse. Hinc Pontifici interdictum præter scorta ducere viduam & qualecumque vitiatam; quod intelligendum est, dum Pontifex est in dignitate; nam si, antequem in eam succederet, vitiatem habuisset, eut cum ea sponsalia inivisset, retinenda erat, *Misna tit. Famoth. cap.* 6, *Thalmud. Babiil. f.* 61, *in Septer. Siphor. fol.* 47. Enimvero hoc singulere fuit; nam cæteris hercle Judæis plures uxores ducere licuit, *Joseph. de antiq. lib.* 17, *c.* 1, *Cunæ. lib.* 2, *cap.* 3, *de Reg. Hebr.* Hanc tamen uxorum multiplicem libidinem Sapientes coercuere, ne quis etsi opulentissimus plus quatuor jungeretur, *Maym. Halssoth. cap.* 141; ipsique Regi vetitum ultra octodecim uxores multiplicare, *in Misna tit. Sanhedrin. cap.* 2, *Thalmud. Babyl. f.* 21, *Paraphrast. Deut.* 17, 17, *Moses Corzens. Præcept. negat.* 222. Judæorum πολυγαμίαν imitatæ sunt barbaræ omnes nationes, Germanis exceptis, apud quos severa Matrimonia: nec ullem partem magis laudaveris, ait Tacit. *de eisdem*; nam prope soli Barbarorum singulis uxoribus contenti sunt. Apud incolas inferioris Occidentalis Æthiopiæ rara Matrimonia invisaque adhuc Gentilismum retinentes, quæ ubi inveneris, gratis, publice, non injuria, sed gloria uxores commodantur, *P. Zucchel. relat. XI.* Tartari lege sua suadente quaternas ducunt uxores, & in singulas earum pellices denas, *Michalon. de morib. Tartar. fol.* 196, fortasse edocti a Uladimero Muscovite, qui 500 uxores habuit, *Sigism. Ber. in Histor. Muscou.* Quid de Indiæ occidentalis populis? Horum Rex Alcezares quadringentas uxores dicitur habuisse *In Histor. Perus. Ind.* Hujusmodi mores Afris. *Heradot. l. Diodor. l.* 2, *Just. l.* 4, *Joseph. l.* 4, *Tertullian. l. ad uxorem*, qui pluralitatem uxorum in institutis omnium Asiæ populorum fuisse testatur.

QU. XXXVIII.

Quid habes de Matrimonio, quod dicitur Conscientiæ?

§. I. ,, Matrimonium Conscientiæ illud est, quod coram Ecclesia contrahitur ea lege, ,, ut semper occultum maneat. Matrimonium hoc, ut cætera Christianorum Matrimonia palam ac ,, rite inita, verum est. (*a*) Sacramentum, & conjungitur coram ,, Parocho & duobus testibus, qui ,, omnes arcani silentii lege obstringuntur (*b*); sed a reliquis differt, quia contrahitur, omissis ,, tribus denuntiationibus (*c*), neque contractum describitur in libro, quo Parochus omnium Matrimonia describit. Non omnes ,, ini-

(a) Hestius, Willembergius, aliique Protestantes ita explicant hujus Matrimonii naturam, ut vix illud a concubinatu distinguatur. Sed certum est inter Catholicos, verum esse ac legitimum Matrimonium, & ideo Sacramenti rationem habere. Videndæ autem in primis sunt Encyclicæ litteræ *Satis vobis* Benedicti XIV, in ejus *Bullario tom.* 1, *num.* 35, *pag.* 54, *edit. Romæ seu Venet.*, in quibus omnia, quæ ad hoc Sacramentum pertinant, accurate explicantur, quæque regulam præbent Apostolicæ Pœnitentiariæ, cum de his Matrimoniis agitur, ut patet ex ipsius Benedicti XIV. *Constit.* 95, §. 39, *pag.* 198, *loc. cit.*

(b) Late hac de re disputat Franciscus Mazzeus, qui de Matrimonio Conscientiæ singularem librum edidit Romæ an. 1760.

(c) Facultatem solvendi aliquem lege proclamationum totam Episcopi arbitrio commisit Synodus Tridentina *sess. XXIV*, *cap.* 1, *de Reform. Matrim.* Vetus est lex Ecclesiæ confirmata a Synodo Trid. *sess* 24, *c.* 1, *de Reform. Matrim.*; per quam omnium Matrimonia, antequam conjungantur, tribus continuis diebus festis in Ecclesia publice inter Missarum solemnia nuntianda sunt, ut ita, si quod forte latet, impedimentum detegatur. Concilium Lateranense *in Cap.* 3, *de clandest. desponsat.* hæc edicta sive denuntiationes repetit ex speciali nonnullorum locorum consuetudine, quam ibi servandam esse constituit. Cujacius *in Cap.* 27 *de sponsal.* & *in Cap.* 3 *de clandestin. desponsat. opp. tom.* 6, *col.* 1041 & 1055, *edit. Mutinæ* 1778, præsertim apud Gallos hujusmodi consuetudinem viguisse tradit; sed eadem revera & in aliis locis obtinebat. Nam illas in Papiensi Ecclesia adhibitas testatur Gonzalez *ad cap.* 17; *verb. bannis de sponsal.*, & in Africa etiam usitatas fuisse ex Tertulliano monet Boehemerus *ad cap.* 3, *num.* 21, *de clandest. desponsat.* Quinimmo a primæva Apostolorum institutione eam semper fuisse disciplinam, ut Nuptiæ non clam, sed publice in facie Ecclesiæ coram testibus & de Episcopi-

„ inire suo lubitu possunt hoc Ma„ trimonium, quod cum occultum „ sit; gravia mala importare potest, „ sed ab Episcopo ex justa gravique „ causa permittitur (d).“

§. II. „ Hujus simile est Matrimo„ nium ad Morganaticam, quod „ in Germania præsertim contrahunt „ viri nobiles, cum post obitum no„ bilis mulieris, quam pridem uxo„ rem habebant, ac genitos ex ea „ filios aliam ducunt humili loco na„ tam. De origine hujusce Matri„ monii late disputant Heineccius „ & Henricus Coccæjus, quorum al„ ter ex lege Salica, alter ex mori„ bus hoc Matrimonium obtinuisse „ putat. Ita autem describitur in „ Lib. II Feudor. Tit. 29. *Quidam* „ *habens filium ex nobili conjuge, post* „ *mortem ejus non volens se contine*„ *re, aliam minus nobilem duxit, qui* „ *nolens existere in peccato, eam de*„ *sponsavit ea lege, ut nec ipsa, nec* „ *filii ejus amplius habeant de bonis* „ *Patris, quam dixerit tempore Spon*„ *saliorum, v. g. decem libras, vel* „ *quantum voluerit dare, quando eam* „ *desponsavit; quod Mediolanenses di*„ *cunt accipere uxorem ad Morgana*„ *ticam, alibi lege Salica; hic filiis* „ *ex ea susceptis decessit, isti in pro*„ *prietatem non succedunt aliis extan*„ *tibus, sed nec in Feudo etiam aliis* „ *non existentibus, qui licet legitimi* „ *sint, tamen in beneficio minime suc*„ *cedunt. In proprietate vero Patri,* „ *prioribus non existentibus: succedunt* „ *autem Fratribus sine legitima prole* „ *decedentibus secundum usum Medio*„ *lanensium*. Quo ex loco facile in„ telligitur, quæ hujus Matrimonii „ natura sit, & quibus legibus re„ gatur. Est autem Morgengab, un„ de ductum vocabulum ad Morga„ naticam, donum matutinum, cum „ ad-

---

sententia conciliarentur, facile colligitur ex S. Ignatio *ep. ad Polycarpum num.* 5, apud Coteletium *PP. Apostolic. tom.* 2, *pag.* 41, *edit. cit.*, & Tertulliano *lib.* 2 *ad uxor. num.* 8, *de monogam. num.* 10, *de pudicit. num.* 4, *pag.* 171, 531, 557, *edit. Paris.* 1675. His addere possumus Hormisdam P. apud Gratianum *can.* 2, *c.* 30, *q.* 1, canonesque cæteros, quorum magnus est numerus. Quanta vero sit harum denuntiationum utilitas, ipsi etiam Protestantes noverunt, qui eas suis legibus pluries confirmarunt, uti ostendunt Menckenius *de omiss. proclamat. sacerdotal. thes.* 1, & Bohemerus *Jur. Parochial. sect.* 4, *cap.* 3, §. 2.

(d) Benedictus XIV in laudatis Encyclicis mala commemorat, quæ ex occulto Matrimonio oriri solent, ideoque statuit, illud non esse permittendum *sine causa gravi, urgenti, & urgentissima*. Unam ipse expressit causam, si videlicet vir & mulier in occulto concubinatu vivant, neque ulla apud homines hujus criminis suspicio sit. Tunc enim permittendum est Matrimonium Conscientiæ; sed recte addit ipse Pontifex: *Hanc praxim vobis duximus proponendam; non quia dispensatio præmisso casui solum congruat, cum alii similes & fortasse urgentieres esse possint, in quibus dispensare expediat; sed quia vestri pastoralis officii partes versari debent in sedulo investiganda legitima & urgenti causa dispensationis, ne Matrimonia occulte celebrata luctuosos habeant exitus, quos intimo cordis mœrore recensuimus.*

„ adhuc Nuptiarum solemnia peraguntur. Ac illud quidem erat voluntarium, magis scilicet lautum magisque tenue pro cujusque amore & charitate in uxorem; & in lege Longobardorum Lib. II, tit. I, cap. 8, gratuitá donatio dicitur. Sed cum quorumdam, quos muliebres illecebræ deliniebant, ea in re dissolutior esset liberalitas, Rex Longobardorum Luitprandus anno quinto Regni sui legem tulit, qua sancivit, ut nemo propter *Morgengab* uxori daret ultra quartam partem bonorum suorum. L. 2, tit. 4, c. I. "

§. III. „ Pactum, quo cavetur, ut uxor & liberi certis contenti bonis, quæ data sunt, a viri ac Patris hæreditate ac dignitate arceantur, est illud, quod Matrimonium ad Morganaticam distinguit a Matrimonio Conscientiæ."



QU. XXXIX.

QU. XXXIX.

Quid sentis de secundis Nuptiis?

§. I. Quamvis Ecclesia Bigamiam (quo nomine non solum secundæ, sed etiam tertiæ, quartæ, vel plures Nuptiæ latent) non improbaverit (*a*), tamen iterantes Nuptias suspectos de incontinentia semper habuit, eoque magis suspectos, quo magis iterantes (*b*). Hinc veteres Canones aliquam pœnitentiam bigamis imponendam voluere; immo & Presbytero, ne secundarum Nuptiarum convivio interessent, prohibuerunt, ut videre est apud Gratianum can. 8 & seqq. C. 31, q. 1, non quod, inquit Baronius ad annum Christi 314, num. 91, *secundum Matrimonium contrahendo peccent, sed quod suam ipsius incontinentiam manifestent, & Bigamiam, quæ in humanæ imbecillitatis remedium instituta est, licentius usurpent.*

§. II. Licet hodie nulla iterantibus Nuptias pœnitentia imposita sit, quamvis finatur Presbyter etiam bigamis præsentiam suam facere; at etiam hodie est, unde colligatur, se-

(a) Secundas Nuptias Ecclesia numquam improbavit, & quidem ex Apostoli doctrina, *I Corinth.* 7, & *I Timoth.* 5. Attamen non defuere Hæretici, qui secundas Nuptias damnarent, uti Montanistæ: qua de re Tertullianus *de Monogamia*, *cap. I*, Catholicos per sarcasmum *psychicos*, hoc est *carnales & incontinentiæ deditos* appellat. Novatiani quoque eamdem hæresim amplexati sunt, uti constat ex Synodo Nicæna, quæ *can. VIII* Catharos sive Novarianos ea conditione recipiendos decrevit, scilicet *præ omnibus eos scriptis convenit profiteri, quod Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Dogmata suscipiant & sequantur: idest & bigamis se communicare, & his, qui in persecutione prolapsi sunt.*

Legibus Romanorum olim vetitum mulieri intra annum luctus secundo nubere; atque adeo mulieres hanc legem infringentes infamia notabantur, nec levibus multabantur pœnis: *Leg. I, II, Cod. de Secund. Nupt.* Porro jure Decretalium mulier intra annum luctus nubens nulli pœnæ fit obnoxia, neque ullam infamiæ notam contrahit. *Cap. 4 & 2 de Secund. Nupt.*

(b) Secundas Nuptias aut numquam, aut perraro Christiani celebrabant, neque tamen illas Patres non vacare culpa crediderunt. Vide *Cotelerium in Lib. II Constit. Apostol.* & in II *Libri Hermæ mandatum*. *D. Nourry in Appar. ad Athenagoram & ad Clementem Alexandrinum*; *Huetium in Originianis quæst.* 14, *Petavium ad S. Epiphanium*, *Du Guet Conferences Ecclésiastiques T. I, Dissert.* 8, & quæ contra *Barbeyraeum* Damianus *Romanus* disputavit operis prænotati: *della morale dei Santi Padri utilissima per la scienza del* gius

secundas Nuptias probari Ecclesiæ minus, quam primas (c). Est nimirum lex, qua cautum est, ne secundæ Nuptiæ hierologia donentur, cap. vir autem 3, Etravag. de secund. Nupt. quem Canonem multo clarius expressit Rituale Romanum hisce verbis: *Caveat Parochus, ne, quando Conjuges in primis Nuptiis benedictionem acceperint, eas in secundis benedicat, sive mulier, sive etiam vir ad secundas Nuptias transeat; sed ubi ea viget consuetudo, (* prout viget apud nos) *ut, si mulier nemini umquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiæ benedicantur, ea servanda est. Sed viduæ Nuptias non benedicat, etiamsi vir ejus numquam uxorem duxerit.*

---

gius della natura e delle genti pag. 133, *seqq. Mamachium* quoque consule *T. III Orig. pag.* 374, *Selvagium Lib. III, cap.* 15, §. 4, præsertim vero *Assemanum* in *Bibliotheca Juris Orientalis T. I, pag.* 480, 529, & 541.

Nuptiarum ritus habes apud *Martenium Lib. I, cap. 9, Chardonium* in *hist Sacrament. Trombellium de Matrimonio, Selvagium lib. 3, cit. cap. XV*, §. 2 & 3, ac *Pellicciam T. II. Lib. 6, cap.* 3, §. 1 & 2, *Joachimum Hildebrandum de Nuptiis veterum Christianorum, Helmstadi* 1714, *Binghamum Tom. IX, Lib. XXII.* In his ritibus eminent 1 Benedictio, de qua Gretserus *de benedict. Lib. II, cap.* 43, *Du Guet Conf. Eccl. T. I, Diss.* 21, Samuel *Schelguigius* in Exercitatione historico-Ecclesiastica *de antiquitate consecrationis Nuptialis*, Gedani 1689; 2 Corona Nuptialis, de qua *Paschalius* in erudito opere *de coronis*, aliique apud *Fabricium Bibl. antiq. p.* 898; 3 annulus pronubus, de quo *Baronius*, Georgius Longus *de annulis*, Petrus *Mullerus* in singulari *de annulo pronubo* dissertatione, & *Boldettus Observat. cœmeter. pag.* 304, *seqq.*

(c) In Ecclesia Græca aliud est impedimentum dirimens, nempe si Matrimonium quarto loco contrahatur, idest si quis, defuncta prima, secunda, ac tertia uxore, quartam ducere velit; aut si mulier, tribus prioribus successivis maritis morte extinctis, quarto nubere tentet; hoc enim apud Græcos non solum est illicitum, sed etiam invalidum, ut testatur Illustrissimus Nicolaus Commenus Abbas Papadopoli, (in hac nostra Accademia Patavina sacrorum Canonum Interpres, splendor ac decus ejusdem ob incomparabilem in legendo ac scribendo ipsius eruditionem) *in suis Prænotionibus Mystagogicis Respons.* 2, *sect.* 2, *sub num.* 12, his verbis: *Matrimonium penes nostros tamen quarto initum nullum erit, ut Græcis notissimum est*; & allegat sic docentes Arcudium *lib.* 7, *cap.* 27, 28, 29, & Goarium *ad cap. de Bigamis in Euchólog. not.* 4. Hoc impedimen-

mentum dirimere censent ex auctoritate Sedis Apostolicæ, quæ sic indulsit severitati morum Græcorum; hi enim pudicitiæ ac continentiæ valde addicti indignum putarunt ultra tres vices conjugia iterare. At hujus prohibitionis cum nullus Canon Apostolicus seu Conciliaris reperiatur, dicendum potius videtur a consuetudine longæva ac universali inter Græcos hoc impedimentum dirimens esse statutum.



QU. XL.

Ecquod onus imponit Laicis quintum Ecclesiæ praeceptum?

§. I. Ab quinto Ecclesiæ præcepto Laicis præcipitur Decimarum solutio. Hoc sane præceptum late patet, easque omnes complectitur impensas, quæ divino cultui alendo necessariæ sunt, quas omnes Laici tolerare jubentur. *Si spiritualia*, inquit D. Paulus, *vobis seminavimus, magnum est, si carnalia metamus?* quibus verbis docemur, inter Clericos & Laicos onera ita dividita esse, ut Clerici ea omnia, quibus indiget animarum salus, Laicis subministrare debeant, Laici vero eos omnes sumptus, queis egent Clericorum victus Ecclesiasticique ritus, suppeditare teneantur (a).

§. II. Juniores heterodoxi, ut huic one-

(a) Bergierus *Tract. de vera Relig. Tom. XI, Cap. IX, Art. III, pag.* 142. Secondo i principj di equità naturale ogni uomo dedicato al servigio del pubblico ha diritto di riceverne la sussistenza, qualunque sia la natura delle funzioni, che ei deve compiere in vigore della sua carica; tal si fu il sentimento di tutti i popoli dell' universo. Nelle religioni eziandio più assurde, dacchè vi furono ministri incaricati di esercitarne le funzioni, si comprese esser cosa giusta l' assicurare loro un onorario, ed il provedere ai loro bisogni. Gli Indiani, i Persiani, gli Egizj, i Greci, i Romani, e persino i Tartari, ed i Selvaggi diportati si sono nella stessa maniera. Era riserbato ai politici del diciottesimo secolo il dimostrare, che fino dal tempo della creazione tutti gli uomini si sono ingannati su questo punto. Essi stimano bene, che si assegni uno stipendio agli attori incaricati di divertire il pubblico e di corrompere i costumi, e poi mettono in questione, se debbasi alimentare uomini destinati a dar lezioni di morale e di virtù, ad ammaestrare gli ignoranti, a ricondurre sulla buona strada i peccatori, a consolare i poveri, a soccorrere i malati.

Gesù Cristo, che era venuto sulla terra per far meglio conoscere il diritto naturale, e non per distruggerlo, non ha introdotto alcun cangiamento nelle idee generalmente sparse; ma si è ristretto a prevenire e a correggere gli abusi. Dopo aver dato ai suoi Apostoli il poter d' operare dei miracoli per provare la loro missione, lor dice: „ Voi riceveste gratuitamente cotesti Doni, e gratuitamente „ pur concedetegli. Non abbiate nè oro, „ nè argento, nè moneta, nè provigioni pe' vostri viaggi, nè doppie vesti, „ nè calzari, nè armi per difendervi, „ *l' operajo merita di esser mantenuto* ". Que-

oneri sese subducant, Religionem omnem uno interiore cultu concludunt,

Questo divin Maestro vietando ad essi di vendere i loro servigi e le loro funzioni, non vieta ad essi altrimenti di ricevere la loro sussistenza, che anzi pel contrario ne gli assicura, che ella non sarà per mancare loro giammai. „ Allorchè io „ v' ho mandati, disse loro, senza de„ najo, senza provigioni, e senza vesti„ mento, v' è forse mancato nulla? No, „ risposero i Discepoli ".

„ Io vi assicuro, dice egli in altra oc„ casione, che non c' è nessuno di colo„ ro, che hanno per me e pel Vangelo „ lasciata la loro casa, i loro fratelli, e „ sorelle, i loro genitori, i loro figliuo„ li, e le loro terre, che non sia per ri„ ceverne cento volte altrettanto adesso „ e nel tempo presente eziandio nel mez„ zo delle persecuzioni, e la vita eterna „ nel secolo avvenire ". Vi bisogna a G. C. una possanza divina per adempiere una promessa sì positiva.

„ Non abbiamo noi diritto, dicea S. „ Paolo, di ricevere con che nudrirci? „ . . . . Chi portò mai le armi a sue „ proprie spese? . . . . Quegli che col„ tiva la terra, e quel che pigia il gra„ no, il fanno colla speranza di racco„ glierne il frutto: se noi abbiamo tra „ voi seminati i doni spirituali, è ella „ forse gran mercede il riceverne alcuni „ doni temporali? Quelli, che vi si sono „ occupati nel Luogo Santo, vivono del„ le cose che vi si offeriscono, e quel„ li, che servono all' altare, partecipano „ al Sacrificio; quindi il Signore ha or„ dinato, che quelli, i quali annuncia„ no il Vangelo, vivessero del Vangelo. „ Ma io non ho mai usato di questo di„ ritto ". Non devesi gia presumere, che S. Paolo abbia male inteso il senso delle parole di G. C.

Disciplina dei primi secoli.

Allorchè ci fu una Chiesa formata in Gerusalemme, i Fedeli misero in comune i loro beni per somministrare ai poveri di che sussistere. Egli è verisimile, che questa borsa comune servisse altresì a nudrire gli Apostoli, che non possedevano cosa alcuna; ma non vediamo, che questa disciplina sia stata osservata nelle altre Chiese. Il passaggio di S. Paolo or ora per noi citato prova, per quanto sembra, che ella non era stabilita nelle Chiese dell' Asia e della Grecia: questo Apostolo lavorava colle sue proprie mani affin di non essere di aggravio a nessuno; ma egli non ne fece giammai una legge agli altri predicatori del Vangelo, che anzi dichiara il contrario.

Innanzi la conversione degli Imperatori, e nel tempo medesimo delle persecuzioni i Cristiani avevano di già consagrati degli edifici per tenervi le loro assemblee. Leggiamo nella vita di Alessandro Severo, che egli aggiudicò ai Cristiani un luogo pubblico cangiato in Chiesa, che certi tavernaj usurpar volevano: egli scrisse, dice il suo Storico, che Iddio fosse onorato in codesto luogo o in una foggia od in un' altra, di quello che abbandonarla a dei tavernaj. L' Imperadore Aureliano ordinò, che la casa del Vescovo occupata da Paolo Samosateno dopo la sua deposizione appartener dovesse a chi ne verrebbe scritto dai Prelati d' Italia e dal Vescovo di Roma. L' Autore delle Questioni sull' Enciclopedia osserva, che la Chiesa possedeva già dei fondi considerabili sulla fine del terzo secolo, poichè Diocleziano e Massimiano ne decretarono la confiscazione l' anno 302.

Se il possesso dei beni conceduti alla Chie-

dunt, qui nullo constat impendio. Atque ut in ea re maxime religiosi esse-

---

Chiesa fosse un delitto, un' usurpazione, un abuso, contrario all' ordine di Gesù Cristo, allo spirito dell' Evangelo, non è probabile che nel tempo delle persecuzioni, quando erano i Pastori continuamente in pericolo di soffrire il martirio, avessero consentito di farsi rei d' una prevaricazione scandalosa coll' accettar dei beni, che loro non era permesso di possedere. Allorchè i Waldesi ed i Wiclefiti sostennero un tal errore, condannati furono dai Concilj Generali di Laterano, e di Costanza.

Il primo rescritto dato in favor dei Cristiani da Costantino e da Licinio l' anno 313 ordina, che tutti i luoghi, che hanno appartenuto alle Chiese, sia che il fisco, o persone particolari se ne siano impadronite, debbano essere restituiti ai Cristiani, alla loro comunità, alla loro assemblea. In virtù di codesto Editto i beni confiscati dagl' Imperadori Pagani furono restituiti.

Egli è adunque certo, che avanti la conversione degl' Imperadori la Chiesa Cristiana aveva posseduti dei fondi. Allorchè Giuliano volle ristabilire il Paganesimo, ordinò che i Tempj ed i luoghi loro appartenenti, che erano stati dati ai Cristiani, renduti fossero ai Ministri dell' Idolatria; egli volle, che i Cristiani riedificassero a loro spese quelli, che erano stati demoliti, e restituissero le rendite, che essi ne avevano ricavate.

L' Autor dello Spirito del Diritto Canonico è molto male istrutto, allorchè asserisce, che il corpo dei Ministri della Religione non *ebbe giammai alcun fondo posseduto in comune*. Il contrario è provato dalla relazione di Simmaco all' Imperadore Valentiniano, dalle leggi di Arcadio e d' Onorio, dagli Storici Romani. Le Vestali diritto avevano di ricevere dei legati e delle successioni per testamento; qualora esse morivano *ab intestato*, il loro Collegio ereditava i loro beni. Nessun corpo Ecclesiastico o Religioso della Chiesa Cristiana non ha avuto altrettanti onori, privilegi, beni, autorità, quanti n' ebbero le Vestali a Roma sì nel tempo della Repubblica, come sotto il Regno degl' Imperadori. Le Imperadrici medesime si stimarono felici d' ottenere le stesse distinzioni, che le Vestali.

Sussistenza dovuta agli Operaj secondo la legge naturale.

Ma noi non abbiamo bisogno di rintracciare altrove, che negli scritti dei nemici del Clero, il titolo legittimo dei suoi possessi.

L' Autore delle Questioni sull' Enciclopedia decide, che un Curato, un Imano, un Talapoino, un Brama deve aver dicevolmente di che vivere. „ Il Prete in „ ogni paese, dice egli, deve essere mantenuto dell' altare, poichè serve alla „ Repubblica. Chiunque esercita una funzione penosa dee essere ben pagato dai „ suoi Concittadini, ma non già straboccare di ricchezze. Io compiango la sorte d' un Curato di campagna obbligato „ a contendere un po' di biada al suo miserabile parrocchiano, &c. Compiango „ ancor più il Curato a porzione congrua „ obbligato d' andare a far tutto l' anno „ due o tre migli discosto dalla sua casa, il giorno, la notte, al sole, alla „ pioggia, tra le nevi ed i ghiacci le „ funzioni più nojose, e spesso ancora più „ inutili ". Tra le funzioni d' un Curato noi non sappiamo, che ve n' abbia alcuna d' inutile.

Il Canonista summentovato spiegando la natura delle differenti possessioni parla dei beni *convenzionali*, e la convenzione può farsi, dice egli, in quattro maniere. 1 Dar qualche cosa ad un uomo, perchè agi-

esse videantur, in qua minime sunt religiosi, id Christo auctore se facere præ-

agisca, *do ut facias*; così si pagano i mercenarj, i domestici, i soldati. 2 Agire affine di ricevere, *facio ut des*; egli è il caso di tutti quelli, che esibiscono per un dato prezzo la loro fatica ed il loro travaglio. 3 Dar per ricevere, *do ut des*; e questo è il commercio per via del cambio. 4 Agire per far agire un altro, *facio ut facias*; ed è il cambio dei servigi. „ Per una convenzione della prima „ specie i Re hanno distribuiti i loro be- „ neficj, ovvero l'usufrutto dei loro feu- „ di a quei, che obbligavansi di prestare „ al Prencipe ed allo Stato soccorso & „ ubbidienza. In tal caso questo usufrut- „ to equivale al soldo pei militari ".

L'Autore distingue benissimo la paga, il soldo, l'onorario dalla limosina. „ La „ limosina, dice egli, è un puro dono, „ una liberalità senza vista alcuna d'in- „ teresse o di obbligazione, che verso „ noi impegni quello, che la riceve . . . „ Quindi in codesto senso i doni fatti ai „ Ministri della Chiesa passar non pos- „ sono per limosina, attesochè questi „ Ministri danno le loro fatiche e le lo- „ ro cure ad oggetto di edificare gli uo- „ mini; il cambio distrugge la natura del- „ la limosina ".

In un altro luogo egli si propone eziandio di provare, che la sussistenza del Ministro non è altrimenti una limosina, per che questa sussistenza lega così il Fedele, come lo Stato, che ella può esigersi a titolo di legge naturale o di legge convenzionale e della legge del Prencipe. Disapprova i Canonisti, che si servono del termine di *obbligazione volontaria*: ella è bensì volontaria, dice egli, *ma ella è dovuta*, ella è una soddisfazione, dice la legge: *satisfactio pro solutione est*. Ella è dovuta al travaglio del Ministro, e per la sua sussistenza, *dignus est operarius cibo suo*.

Egli sostiene di nuovo la stessa cosa, 1 perchè le funzioni del Ministro sono un beneficio, 2 perchè egli è povero di sua condizione, 3 perchè il fedele dispone del tempo e dell'incomodo del Ministro Evangelico. Egli conchiude, che v'ha tra loro una specie di convenzione, *facio ut des*; e per l'altra parte *do ut facias*.

Ella non è nè una ricompensa, nè una limosina.

Senza esaminare, se tutte queste espressioni siano esatte abbastanza, noi domandiamo, come possa questo Autore sostenere in tutto il suo Libro, che l'usufrutto dei fondi accordati ai Ministri della Chiesa per la loro sussistenza è una *vera limosina*, che ella non può essere oggetto della coazione, che la legge non può costringere a pagare o a dare a colui, col quale *non si contratta*?

Secondo lui la legge Evangelica vi si oppone, perciocchè Gesù Cristo disse ai suoi Discepoli: *Se non si vuole ricevervi, scuotete la polvere dei vostri calzari, e ritiratevi*. Ma ricusar di ricevere i Ministri dell'Evangelio, e ricusare di somministrare ad essi la sussistenza, quando si sono ricevuti, e che si ha profittato del loro ministero, non è già la cosa medesima. Gesù Cristo colle mentovate parole non ha contradetto a quelle, che l'autor più sopra ha citate: *L'operario è degno d'essere mantenuto*; egli non ha annullata la legge naturale e convenzionale, la quale esige, che gli sia accordato il mantenimento.

Indipendentemente da questa contraddizione si manifesta la maggior parte delle asserzioni dell'Autore sono evidentemente false.

I. Gesù Cristo vieta al Ministro di vende-

prædicant, ab hisque verbis patro- cinium quærunt „ Venit hora, & nunc

dere le sue funzioni, di metterle a prezzo, di farne pagar il valore, perciocchè doni sopranaturali non possono senza profanazione esser messi in compenso coi beni temporali. Perciò S. Pietro fu messo ad indegnazione contro Simone il Mago, il quale voleva comperare a prezzo di denaro il potere di dare lo Spirito Santo. Ma un soldo, un onorario, una sussistenza non furono risguardati come un prezzo, nè come un compenso del servigio renduto. Un militare che riceve degli stipendj, un Magistrato, un Avvocato, che accettano i loro onorarj, son forse negozianti, che traffichino delle loro funzioni, avvegnachè il loro merito personale, i loro talenti, i loro servigi siano molto ineguali? Tutte queste son cose senza dubbio non apprezzabili; a più forte ragione le facoltà sopranaturali e le funzioni dei Ministri di Gesù Cristo.

L' ignoranza e la malignità possono tutto avvilire dando alla più onesta condotta un odioso aspetto. Si dirà, che un Militare mette la sua vita ed il suo sangue a prezzo, che un Magistrato vende la giustizia, che un Avvocato fa traffico dei suoi talenti, come si dice, che un Prete fa mestier delle sue funzioni, che tutto è venale in cotesto Mondo, che tutto si fa per denaro ec. Queste massime risuonano nella bocca degl' ignoranti, e talvolta impongano a quei, che non credono d' esser tali.

II. E' cosa ridicola il dire, che la sussistenza è dovuta ad un Ministro dell' Evangelio, e che egli non ha diritto di esigerla, che essa lega sia il fedele, sia lo Stato a titolo di legge naturale o convenzionale, e che questa legge non può costringere a soddisfarvi, che c' è una convenzione scambievole, e che tutta volta non si contrae in verun modo coi Ministri della Religione. Queste sono altrettante contraddizioni evidenti.

III. E' falso, che il primo ricever non possa la sua sussistenza, che come povero di sua condizione, e come inabile a procurarsi per altra parte. Che egli sia ricco o povero, proveduto o no, di talenti opportuni al guadagno, è la stessa cosa. Il suo servigio è il suo titolo, la legge naturale il suo garante, la sua qualità di Operajo evangelico costituisce il suo diritto. Abbenchè S. Paolo guadagnasse il suo vitto col lavoro delle mani, non pretende già meno per tutto ciò d' aver diritto di vivere dell' Evangelio.

IV. E' falso, che il Ministro della Chiesa sia nello stesso caso che i poveri, alla cui sussistenza i beneficj sono destinati; che il fedele povero abbia il diritto medesimo al beneficio, che hanno i Vescovi, il Prete, ed il Cherico. La limosina data ai poveri è un atto di carità, che non gli impegna a nessuna cosa; dove la sussistenza ovver l' onorario accordato al Ministro della Chiesa è un atto di giustizia, il quale suppone un servigio dalla sua parte, e gli addossa l' obbligo di soddisfarvi. L' Autore medesimo ha fatta questa distinzione, e basta intendere i termini per rilevarne la differenza.

Differenti maniere, colle quali vi si è provveduto.

Dacchè è provato, che in virtù della legge naturale i Ministri della Chiesa hanno diritto di ricevere un soldo, un' onorario, una sussistenza, la maniera di assicurarli ad essi è un affare di polizia e di disciplina relativa alle circostanze. Le differenti rivoluzioni, alle quali erano stati esposti la Religione e l' Impero nei primi tre secoli della Chiesa, fecero comprendere, che la sussistenza dei Ministri, le spese del divin culto, le limosine destinate ai poveri sarebbero male assicurate, se consistessero unicamente in obblazioni

nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

At Christus dum ad interiorem cultum discipulos suos excitat, ab exteriore eos minime revocat. Pharisæos hic notat, qui in ceremoniarum apparatu omnem suam Religionem ponebant, nihil de intimo animi sensu solliciti, de quibus Propheta: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*. Cæterum Christum Dominum non satis esse putasse illum cultum, qui in pectore clausus latet, sed illum etiam po-

---

zioni giornaliere o distribuzioni manuali. Perciò Costantino ed i suoi successori permisero, che si lasciasse dei fondi in terre alle Chiese, e loro ne diedero essi medesimi. Parve dicevol cosa il destinare a questo uso gli stessi fondi, che avevano già servito al mantenimento dei Tempj e dei Ministri del Gentilesimo, e in mancanza di questi l'alienare una parte dei beni domaniali del Sovrano. Veduto abbiamo per le leggi medesime di Costantino, che di già le Chiese Cristiane possedutі ne avevano sotto i regni precedenti.

L'Autore, di cui confutiamo i principj, produce un'altra ragione, ed è, che atteso il fasto e l'ambizione dei Ministri le limosine spesso trovansi estorte e dissipate, ed i poveri privi di soccorso. La traslazione dei fondi, dice egli, a titolo d'usufrutto dava motivo di limitare la dissipazione dei Ministri, perciocchè non potevano essi disporre dei fondi. Poco c'importa, che cotesta ragione sia vera o falsa, mentre ve n'ha una più probabile. A noi sembra, che l'erezione dei Beneficj Ecclesiastici abbia avuto gli stessi motivi, che l'istituzione dei Beneficj militari ovvero dei Feudi. I Re ben spesso ridotti a critiche estremità non erano in istato di dar soldo alle truppe, e di loro somministrare giornalmente la sussistenza. Per poter calcolare più sicuramente sul servigio dei Vassalli, essi abbandonarono loro dei fondi in vece di soldo con l'obbligo di dover marciare, qualora il Rè lo esigesse. Si è fatto il medesimo per rapporto ai Ministri della Chiesa.

La questione consiste in sapere, se i Sovrani abbiano potuto accordare, è data abbiano in effetto alla Chiesa la proprietà di codesti beni, e se la Chiesa sia capace o incapace di aver alcuna proprietà. Su questo punto come su tutti gli altri il nostro Autore si è lasciato trasportare dalle sue idee, nè non ha risparmiate le contraddizioni. Come il suo oggetto era d'annichilare le possessioni della Chiesa, egli ha costantemente disposto, che, quando trattasi di spogliarla, l'autorità dei Sovrani sia assoluta, e che, quando essi vogliono farle del bene, abbiano sempre le mani legate.

Di chi sia la proprietà dei Beni Ecclesiastici.

Egli attribuisce al Sovrano la proprietà diretta su tutti i beni de'suoi sudditi, ovvero il diritto di far delle Leggi sulla maniera, con cui si deve disporne, e di esigere una parte della rendita per sovvenire ai bisogni dello Stato. Questo è quello, che comunemente dicesi *l'alto dominio*, appannaggio essenziale della sovranità, poichè egli è relativo all'obbligazione di provvedere alla difesa, alla sicurezza, al ben'essere dei sudditi.

postulasse, qui in lingua promptus atque extrinsecus & manifeste omnibus pateret, declarant & Sacramenta ab eo instituta, quæ absque fa-

L' Autor dice, che la *proprietà di fondo*, che ha il Cittadino sui proprj beni, è il diritto di godere e di disporre a talento di tutto ciò, che gli appartiene conforme alla Legge; per *disporre* egli intende vendere, cambiare, alienare, ipotecare, disnaturare, abbandonare, deteriorare.

Secondo lui il Sovrano non ha proprietà di fondo sopra nessuna specie di beni, nè sopra i suoi domanj, nè sulle terre date alla Chiesa, nè su i fondi applicati a qualche altro oggetto di utilità comune. Questa proprietà di fondo, dice egli, resta sempre alla Nazione, la quale non può, nè deve giammai spogliarsene. Eppure in virtù del privilegio, che ha cotesto Scrittore di sostenere il *pro* ed il *contra*, egli dice, che in varj casi la proprietà di fondo si unisce alla *proprietà diretta*, come quando il Cittadino applica i suoi beni o per vendita o per donazione alla Chiesa. Egli suppone eziandio in altro luogo, per quanto sembra, che il Sovrano sia il proprietario capitale di tutti i beni del regno.

Checchè sia di ciò, ammettiamo per un momento nel Sovrano questa proprietà dei beni Ecclesiastici. 1. E' difficile cosa il comprendere, perchè egli sia piuttosto proprietario capitale di questi beni, che del suo domanio e dei fendi ossiano beneficj militari ec. in che sia utile al bene comune, che il Sovrano possa piuttosto alienare, permutare, deteriorare gli uni, che gli altri; poichè tutti sono applicati ad un oggetto di utilità comune, ed a compiere una obbligazione; che è alla Nazione di aggravio. 2. Se la proprietà di fondo dà il diritto di trasportare, e di abbandonare, noi non vediamo, perchè il Sovrano proprietario capitale dei beni della Chiesa non abbia potuto abbandonarli al Clero.

Allorchè un privato in virtù del suo diritto di proprietà ha dato qualche fondo alla Chiesa, noi domandiamo, chi ne sia allora il proprietario? Non lo è più il Cittadino, poichè egli se n' è spogliato secondo le Leggi. Non lo è altrimenti la Chiesa, poichè secondo il nostro Autore ciò le è vietato in vigor delle Leggi della sua instituzione. Il proprietario n' è dunque o il corpo della Nazione, o il Sovrano, o tutti due insieme. In tal caso allorchè il Sovrano e la Nazione si sono uniti per investire la Chiesa del possesso dei beni fondi per soddisfare all' obbligazione naturale di mantenere i Ministri, di provvedere al culto divino, di sostentare i poveri; a noi sembra, che nulla manchi a questa donazione, almeno quanto si è al diritto ed alla facoltà di quelli, che l' hanno fatta, perchè il possesso ovvero proprietà della Chiesa sia giusta, valida, e legittima.

La Chiesa è capace di possedere.

Rimane dunque a sapersi, se la Chiesa sia incapace per se medesima di acquistare, di possedere, o d' avere una proprietà di fondo; l' Autore il pretende per più ragioni.

La prima è, che G. C. l' ha vietato, *nolite possidere*. Veduto abbiamo, che un tal divieto è immaginario; la Chiesa ha deciso formalmente il contrario in due Concilj generali; ed in questo medesimo passo G. C. soggiunge, che l' Operajo è degno di essere *mantenuto*.

La seconda è, che la Chiesa è un Corpo straniero allo Stato. Ma è cosa assurda, che un corpo di Cittadini intesi a servire lo Stato sia un corpo straniero. E quan-

sacrarum ceremoniarum rituumque apparatu administrari non possunt, & preces ab ipso conceptis ver- (Matth. VI, 9) nobis indictæ, & suæ Passionis memoria statis sacris recolenda ab eo nobis præscri- pta

E, quando anche il fosse, per qual principio si proverà, che stranieri applicati nel Regno al servigio della società siano inabili a possedervi dei fondi, abbenchè il Sovrano e la Nazione gli abbiano dati ad essi per soddisfare all' obbligazione naturale di sostentarli?

La terza è, che cotesto corpo potrebbe invadere a poco a poco tutti i beni dello Stato. Quand' anche un tal timore fosse così reale, come egli è frivolo, sol proverebbe, che il Governo deve impedire al Clero d' acquistare più che non bisogna, che è d' uopo moderare e limitare le sue possessioni, e non che egli è inabile a possedere.

La quarta è, che per confessione di tutti gli uomini la Chiesa non può alienare i suoi fondi. Supposto questo principio assolutamente vero, ne segue soltanto, che la proprietà della Chiesa non è punto arbitraria indipendente dalle Leggi e dall' interesse generale. Sarebbe cosa assurda il lasciare al Clero una libertà, che fosse direttamente contraria al fine, per cui le sono stati dati i suoi beni, poichè le sono stati dati, onde sovvenire ad un bisogno perpetuo. Ma noi sosteniamo, che se potesse succedere un caso, in cui fosse interesse della Religione e della Società, che una parte dei beni del Clero fosse alienata, allora la podestà Ecclesiastica e la Secolare unirebbonsi per ordinare questa alienazione, e che questa alienazione sarebbe validissima.

La quinta è, che la proprietà è inutile alla Chiesa. Questo è falso. Ella soddisfa ad una obbligazione di diritto naturale, e salva i Ministri della Chiesa dal pericolo di restar privi di sussistenza in tempi calamitosi; questo è un motivo per essi di migliorare dei fondi, dei quali sanno che non verrà loro tolto il possesso. Allorchè i beni della Chiesa depredati furono dai Signori nella decadenza della schiatta Carlovingia, il Clero fu ridotto a nulla.

In parecchi luoghi della sua opera l' Autore avea attribuito alla Chiesa per lo meno l' *usufrutto* dei fondi, che ella possiede; ma egli se n' è di nuovo pentito, e cerca di provare altrove, che ella è incapace anche di usufrutto. Secondo lui l' usufrutto non può essere giammai perpetuo, perciocchè altrimente il diritto di proprietà di fondo diverebbe inutile.

Ciò per appunto prova contro di lui, che la possession della Chiesa non è un semplice usufrutto, ma una vera proprietà. Qualor si tratta di beni, dei quali un privato conserva la proprietà, chiara cosa è, che cotesti beni non possono essere aggravati d' un usufrutto perpetuo in favore d' un altro, perciocchè anche il diritto del preteso proprietario sarebbe assolutamente nullo, nè gli lascierebbe veruna delle facoltà, che la vera proprietà suol dare. Ma cotesta ragione non è applicabile al caso presente. Quand' anche si supponesse col nostro Autore, che il Sovrano e la Nazione conservino la proprietà di fondo dei beni della Chiesa, l' usufrutto perpetuo accordato al Clero non renderebbe nulla la proprietà della Nazione: soddisfa egli all' obbligazione naturale e perpetua, in cui ella è di sostentare gli Operaj applicati al di lei servigio.

Egli è adunque evidente, che il nostro Canonista abusa dei termini, non istabilisce che dei principj chimerici, nè non deduce che conseguenze false. Che il possesso della Chiesa sia detto *usufrutto perpetuo* ed immobile, ovvero proprietà di fondo inalienabile, è l' istessa cosa. A noi basta l' aver provato mercè le confessioni medesime dell' Autore, 1. che cotesto pos- Q q 2 sesso

pta (*b*). Quod quidem optime intellexisse videntur S. Ignatius Martyr, cum Ep. 13 ad Hieronem Diaconum Antiochenum ita scripsit: *Synaxim ne negligas, omnes nominatim inquire*, cumque Polycarpum Ep. 2 hisce verbis admonuit: *Crebrius celebrentur conventus, omnes nominatim inquire*, & S. Martyres, cum Diocletiano rerum potiente, responderunt Proconsuli: *Dominicum cum Fratribus congrua devotione celebravimus, quia non potest intermitti Dominicum*. Vid. Act. SS. Martyr. S. Saturnini Presbyt. Dativi &c. apud Balutium Tom. I Miscell. pag. 14, Edit. Luc.

§. III. Hisce testimoniis ad incitas redacti, atque exterioris cultus necessitatem fateri coacti, stilum vertunt, chartisque suis ea illinunt, quæ divi-

fesso è legittimo quanto il può essere, poichè è fondato sul diritto naturale, 2, che in virtù della sua destinazione egli deve essere perpetuo, quando pur fosse vero che il Sovrano e la Nazione ritengono la proprietà di fondo, 3. che egli è antico quanto la Chiesa, poichè ha preceduto il regno di Costantino, 4. che se accaduti ne sono degli abusi, questa è una disavventura inseparabile dalle cose umane. Vedremo, che tutte le volte, che si ha voluto riformarli, accaduti ne sono degli abusi più grandi ancora.

(b) De tout temps, & *culte* a été une profession solemnele des dogmes les plus essentiels, de la creation, de l' unitè de Dieu, de la providence, de la chute de l' homme, de la venue d' un Rémpteur, de la vie future. Les peuples qui n' ont pas été fideles a pratiquer le cérémonial tel que Dieu l' avoit prescrit, n' ont pas tardè de méconnoitre ces mèmes vérites.

Le *culte* extérieur du Christianisme est une profession tres- claere des dogmes de nôtre croyance, de tout temps on s' en servi pour montrer aux hérètiques la vraie doctrine de Jesus-Christ & des Apôtres, & pour éclaircir au besoin les sons des passages de l'Ecriture. Ainsi l'on a opposè aux Atiens les cantiques des fideles qui attribuoient a Jesus-Christ la divinitè; aux Pelagiens les prieres par lesquelles l' Eglise implore continuélement le secours de la grâce divine; & le Pape Celestin I. tenvoioit a ces mêmes prieres pour discerner la croyance anciene de l' Eglise. On a fait de même pour montrer aux Protestans qu' ils se sont écartès de la foi primitive & universele, & l' on a tirè des ancienes Liturgies un argument contr' eux auquel ils ne peuvent rien répliquer de solide. Nous ne devons pas étre etones de ce qu'il ils ont supprime chez eux toute cet appareil extérieur de *culte* qui les condamnoite.

Cest, une leçon de morale, qui rapéle continnèlement aux hommes leurs devoirs envers Dieu, anvers leurs semblables, envers eux mèmes, devoirs quis' ensuivent naturélement des dogmes dont nous venons de parler. En effet, si Dieu est le seul distributeur des biens de ce monde, il faut nous contenter de ce qu' il nous donne, ne pas invahir ce qu' il a daignè acorder aux autres, lorsqu' il nous les prodigue au delà de nous besoins, il est juste d' en faire part a ceux qui en sont prives. Puisqu' il est le seul arbitre de la vie & de la mort, il n' est pas permis d' attenter à la vie de persone. Il a béni & sanctifiè le mariage, la feconditè est un don de sa puissance, *Gen.* c. 1, v. 18, c. 4, v. 1. & 25: c'est donc un crime de souiller le lit d' autrui, ec. La conduite des anciens justes demontre qu'ils ont tirè toutes ces consequences, ou plutôt que Dieu les leur a fait apercevoir. Il ne seroit pas difficile de faire voir que les

cé-

divini cultus pompam ac magnificentiam allatrant (c), simplicitati ac nuditati plaudunt; ut, si ab omnibus impensis pro divino cultu alendo se liberare nequeunt, saltem quam minimo se se absolvant.

At palam est, divini cultus magnificentiam in populorum mentibus magnam gignere atque alere opinionem divinitatis; &, quo major illa est, eo amplius hæc augetur, quo minor illa est, eo magis hæc

---

cérémonies du Christianisme sont une leçon de morale encore plus énergique & plus éloquente que toutes les cérémonies anciennes. *Voyez Christianisme*.

Le *culte* exterieur est un lien de societè qui reunit les hommes aux piedes des autels, leur inspire les sentimens de fraternitè, maintient parmi eux l'ordre & la paix, contribue à la civilisation; le *culte* primitif a formè la societè domestique, le *culte* mosaïque, la societè nationale, le *culte* chrétien, le societè universele de tous les peuples.

Cèst un monument des faits qui, dans la suite des siecles, ont provè la revelation; ainsi la Pâque & l'offrande des premiers nes rapeloient aux Juifs leur sortie miraculeuse de l'Egypte; la Pentecôte, la publication de la loi sur le mont Sinaï, ec. Le Dimanche nous atteste la resurrection de Jésus-Christ, nos Fêtes celebrent les principaux evénémens de sa vie ec.

(c) Dans un siecle où le luxe est portè a son comble & ruine tous les états, ou a jugé que l'économie ne seroit nulle part plus necessaire que dans le culte divin: on en a calculè exactement le dépense; onbait ce qu'il en coûte pour le luminaure, pour le pain béni, pour les funèrailles, pour l'entretien de la Fabrique. Voilà sûrement che qui ruine le peuple, il faut absolument retrancher le superflu. Il nous semble voir les Athenlens qui avoient condamnè à mort tout citoyien, qui voudroit faire employer à d'autres usages l'argent destinè pour les spectacles.

Nos sages Economistes, animès du même sprit, trouvent trebon que les richesses prodiguées pour les fêtes publiques, pour les theatres qui corrompent les mœurs, pour les amusemens de toute espece; ils deplorent la dépense qui se fait pour les spectacles de religion, parce qu'ils instruisent les hommes, les exciteot à la vertù, les consolent par l'esperance d'un bonheur à venir. Ils affectent de la compassion pour la misere de peuple; non seulement ils ne veudroient rien retrancher sur leurs plaisirs pour la soulager, mais ils veulent ôter a peuple le seul moyen qui lui reste de se consoler & de encourager dans les Temples de Seigneur, par des motif de religion. Sans doute il vaut mieux, suivant leur opinion, qu'il aille s'en distraire dans les lienz de dèbauche & dans les écoles du vice; aussi les a-t-on multipliès pour sa commoditè. Mais où iront ceux qui craignent l'infection de ces lieux empestés & qui ne veulent pas se pervertir? Laissons dèraisoner les insensès; consultons la simple lumiere naturele & l'expérience de toutes les nations.

Il est nécessaire de donner aux hommes une haute idée de le majestè divine & de rendre son *culte* respectable; on n'y parviendra pas sans le secours d'une pompe exterieure. L'homme ne peut être pris que par les sens; voilà le principe duquel il faut partir; on ne reupira point a captiver son imagination, si l'on ne met sous ses jeux les objets auxquels il atache un grand prix. A moins que le pauple ne trouve dans la religion la même magnificence qu'il aperco it dant les cérémonies civiles, à moins qu'il ne voie rendre à Dieu des hommages aussi pompeux

hæc etiam minuitur ac refrigescit. Moventur enim homines iis rebus, quæ sensus tangunt; cumque videant principum virorum ædes majore pompa fulgere, quam templa, de Divinitate aliter existimant, quam par est, ac de Religione minus alte sentiunt. Nihil dico, quod experientia non confirmet. Quamdiu apud Anglos suus Templis, suus Clericorum ordini, suus sacræ Liturgiæ stetit honos; tamdiu & Religio viguit, pietas floruit, Fides enituit: sed postquam templa nudata, Clerici spoliati, Liturgia honore ac dignitate privata; tunc magna illa Hæreticorum, Physiotheorum, Atheorum colluvies in Regnum illud exundavit. Quod sane fatum longe admodum gravius instat modo Galliarum Regno, aliis etiam Regnis instaturum, si divinum cultum suo spoliabunt honore.

§. IV. Quod primævorum Christianorum Ecclesiæ non ostro, non purpura, non auro renidebant, temporum ea culpa fuit, non Christianorum. (*d*); queis cæteroquin res, vestis, atque supellex Ecclesiarum longe mundior, lautior, atque ornatior erat, quam domestica. Vid. sup. Lib. VI. Qu. VII.

---

peux que ceux que l'on rend aux Puissances de la terre, quelle idée se formera-t-il de la grandeur du Maître qu'il adore? C'est la reflexion de S. Thomas. Les Protestans sentent aujourd'hui les suites funestes de la nudité à laquelle ils ont réduit le *culte* divin: un incredule même est convenu que le retranchement du *culte* en Angleterre en a bani la piété, y a fait éclôre l'atheisme & l'irréligion, le mépris de ce *culte* a produit le même parmi nous.

(d) Il est faux que les primiers Chrétiens aient pensé comme nos Philosophes. Ils ne pouvoient avoir des Temples, lors qu'ils étoient forcés de se cacher pour celebrer les saints mysteres; mais ils bâtirent des Eglises, dès que cela leur fut permis, & elles furent démolies pendant la persecution de Diocletian. Il y en avoit certainement du temps d'Origene. *Voyez* la *Note des Editeurs*, *l.* 8 *contra Celsum. n.* 17.

NOI



NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. *Gio: Tommaso Mascheroni* Inquisitor Generale del Santo Offizio di Venezia nel Libro intitolato: *Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ Universæ Libri IX. Tomus Nonus Complectens Jus Laicorum in Ecclesia &c. MS.* non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni Costumi, concediamo Licenza a *Simon Occhi* Stampator di Venezia, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28 Febraro 1793.

(PAOLO BEMBO RIF.
(PIERO ZEN RIF.
(FRANCESCO VENDRAMIN RIF.

Registrata in Libro a Carte 193, al Num. 23.

Marcantonio Sanfermo Segret.

Adì 15 Marzo 1794.

Registrato a Carte 181 nel Libro esistente nel Magistrato degl'Illustriss. ed Eccellentiss. Signori Esecutori contro la Bestemmia.

Giannantonio Maria Cossali Nod.



INDEX

QUÆSTIONUM.

QU. XII.

QU. XIII.

QU. XIV.

QU. XV.

QU. XVI.

QU. XVII.

QU. XVIII.

QU. XIX.

QU. XX.

QU. XXI.

QU. XXII.

QU. XXIII.

QU. XXIV.

QU. XXV.

QU. XXVI.

QU. XXVII.

F I N I S.

R E R

ERRATA.	CORRIGE.
TOM. I.	
Tom. I. pag. 22 col. 2 lin. 7 *etiam*	*præcipue*
pag. 29 col. 2 lin. 1 Quæ omnia ſane declarant, legem Chriſti non eſſe legem ſcriptam, uti Moyſis, cujus leges, antequam ulla promulgatione latæ eſſent, in lapideas tabulas inſitæ fuerunt, ſed eſſe legem traditam.	Quæ omnia ſane declarant, legem Chriſti non eſſe legem ſcriptam, ſed eſſe legem traditam.
pag. 30 col. 1 lin. 6 numquam non ceſſat	nunquam conceſſat
pag. 47 col. 1 lin. 4 genuinam	genuinum
pag. 47 col. 2 lin. 3 cui titulus Pſeudo-Iſidorus, & Iumianus Vapulantes	cui titulus Pſeudo-Iſidorus, & Jurrianus Vapulantes.
pag. 51 col. 2 lin. 2 Et bonarum literarum, & Criticæ.	At bonarum literarum, & Criticæ.
pag. 53 col. 2 lin. 28 Rhemenſis. Sed	Rhemenſis, ſed
pag. 58 col. 2 lin. 34 Antiochenam (Provincialem) qui a	Antiochenam, quia
pag. 60 col. 1 lin. 2 tum	tam
pag. 62 col. 1 lin. 2 & diſcipulorum	Apoſtolorumque virorum
pag. 67 col. 2 lin. 5 qui ſcire poteſt	Qui ſcire potes
pag. 77 col. 2 lin. 28 ſi	ii
pag. 99 col. 1 lin. 13 eſt diſſeminata	diſperſa eſt
pag. 99 col. 2 lin. 29 minima	minime
pag. 113 col. 1 lin. 3 jubeat	jubet
pag. 137 col. 1 lin. 4 ἀωοριθμὸν	ἀφορισμὸν.
pag. 165 col. 1 lin. 28 accenſione	aſcenſione
pag. 166 col. 1 lin. 5 in Sacramentalis	ope Sacramentalis
pag. 166 col. 1 lin. 6 ope foro interno	in foro interno
pag. 168 col. 2 lin. 6 externo	interno
pag. 175 col. 1 lin. 2 ſuperioribus	ſequioribus
pag. 181 col. 2 lin. 4 Ergo	Ego
pag. 211 col. 2 lin. 4 profectos	profectas
pag. 243 col. 2 Scriptores (o) diffitentur	Scriptores diffitentur (e)
pag. 255 col. 2 lin. 7 facere	fecere
pag. 266 col. 2 lin. 1 Germanicis Anglicis	Germanicis, Anglicis

ER-

ERRATA.	CORRIGE.
pag. 284 col. 1 lin. 22 ſpæ	ſæpe
pag. 305 col. 2 lin. 43 cura	curas
pag. 332 col. 1 lin. 3 declaravit	declaraverit
pag. 334 col. 2 lin. 10 imbuerant	imbuerent
pag. 347 col. 2 lin. 20 D. Laurentius	D. Laurentium
pag. 385 col. 2 lin. 4 irruerit	irruit
pag. 448 col. 2 lin. 23 Eccleſiaſtici clavum.	Eccleſiaſtici Imperii clavum.

TOM. II.

pag. 1 lin. 1 cum nimis ſancta	dum nimis ſancta
pag. 3 col. 2 lin. 11 ſui muneris parte	ſui muneris partem
pag. 48 col. 1 lin. 10 Scytarum	Scytharum
pag. 174 col. 1 lin. 2 Matricibus	Matribus
pag. 175 col. 1 lin. 10 eis	cis
pag. 177 col. 1 lin. 5 certe	certæ
pag. 200 col. 2 lin. 1 vetuſtiſſima	vetuſtatis monumenta
pag. 206 col. 1 lin. 13 diximus	diſcimus
pag. 342 col. 1 lin. 19 antecellebat	antecedebat

TOM. III.

pag. 18 col. 2 lin. 33 Epiſcopo	Epiſcopos
pag. 19 col. 1 lin. 10 ut	ne
pag. 20 col. 1 lin. 10 cenſerunt	cenſuerunt
pag. 20 col. 1 lin. 30 diverſis	diverſi
pag. 47 col. 1 lin. 9 Diæceſeos	Diœceſes
pag. 47 col. 2 lin. 6 iſta	ita
pag. 49 col. 1 lin. 3 Corepiſcopos, ac Vicarios	Vicarios
pag. 65 col. 1 lin. 2 Velitis	vetitis
pag. 89 col. 1 lin. 6 Illa	Illa, illa
pag. 99 col. 2 lin. 34 Simoniatæ	Simoniacæ
pag. 101 col. 1 lin. 3 largitationibus	largitionibus
pag. 181 col. 1 lin. 16 gravibus	gruibus
pag. 187 col. 2 lin. 8 obgarrientes	obgannientes
pag. 188 col. 1 lin. 10 eorum	earum
pag. 196 col. 2 lin. 28 immutabiles	immemorabiles
pag. 198 col. 1 lin. 29 in ejuſque verbis verbum	in ejuſque verbum
pag. 225 col. 1 lin. 3 Epiſcopus	Epiſcopi
pag. 257 col. 2 lin. 12 ſtirpis	ſtirps

ER·

ERRATA.	CORRIGE.

TOM. IV.

pag. 1 col. 1 lin. 7 turba	turbam
pag. 5 col. 2 lin. 30 In	En
pag. 8 col. 2 lin. 5 orationis	orationi
pag. 22 col. 1 lin. 27 his.	iis
pag. 22 col. 2 lin. 9 presbyteriis.	presbyteris.
pag. 26 col. 1 lin. 1 prebyterii	presbyteri
pag. 32 col. 1 lin. 3 gubernatos	gubernatas
pag. 73 col. 2 lin. 10 Chiroteciam.	Chirotesiam.
pag. 85 col. 2 lin. 1 Atque	Atqui
pag. 104 col. 2 lin. 19 Suffragiis	suffragii
pag. 144 col. 1 lin. 2 Opinionen	opinionem.
pag. 147 col. 2 lin. 9 Ritualibus	ritualibus
pag. 185 col. 2 lin. 18 vicariorum.	Vicanorum.
pag. 206 col. 2 lin. 5 Mistono.	Miltono.
pag. 230 col. 2 lin. 32 esset	essent.
pag. 300 col. 1 lin. 9 quia.	qui.

TOM. V.

pag. 97 col. 2 lin. 14 heretum	herctum.
pag. 123 col. 1 lin. 16 dissenriorumque	dissensionumque.
pag. 154 col. 2 lin. 10 Maniminus.	Maximinus
pag. 157 col. 2 lin. 3 huic	huî
pag. 158 col. 2 lin. 8 cohibebant	adhibebant.

TOM. VI.

pag. 3 col. 1 lin. 1 Actor. VI. Diaconorum.	Actor. V. Diaconorum.
pag. 21 col. 1 lin. 12 dissimus	discimus.
pag. 50 col. 1 lin. 16 sint,	sunt,
pag. 59 col. 2 lin. 15 fuerant	fuerunt.
pag. 66 col. 1 lin. 25 memoria.	memoriam

TOM. VII.

pag. 1 lin. 6 conati	conati
pag. 1 col. 2 lin. 23 extudi	extuli
pag. 80 col. 1 lin. 1 animas	animos.
pag. 80 col. 2 lin. 5 hanc	hunc.

ERRATA.	CORRIGE.
TOM. VIII.	
pag. 28 col. 1 lin. 5 præſidiis	inſtitutis
pag. 76 col. 1 lin. 8 indiguerit	indigent
pag. 77 col. 1 lin. 1 priorum	piorum
pag. 80 col. 2 lin. 22 eo	eos
pag. 105 col. 2 lin. 7 ut	&
pag. 140 col. 2 lin. 3 his	iis
pag. 214 col. 2 lin. 8 Cænobititicam	Cænobiticam
pag. 240 col. 2 lin. 5 Virginium	Virginum
TOM. IX.	
pag. 7 col. 2 lin. 1 -rent	-runt
pag. 8 col. 1 lin. 1 inducunt.	inducuntur.
pag. 138 col. 1 lin. 27 coram Ecclesia, ſeſe	, coram Eccleſia ſeſe
pag. 178 col. 1 lin. 18 Cæremonias in celebrandis	Judæorum Cæremonias in celebrandis.
pag. 185 col. 1 lin. 1 poſſunt,	poſſent
pag. 210 col. 1 lin. 20 Qu. I)	Qu. V.)
pag. 210 col. 1 lin. 32 Part. II. Lib. V.	Part. II. Qu. V.
pag. 210 col. 2 lin. 3 amoliendarum	molliendarum
pag. 229 col. 1 lin. 11 amoliendi	molliendi
pag. 240 col. 2 lin. 8 ſic	hic
pa. 241 col. 1 lin. 7 Greco	Græco
pag. 241 col. 1 lin. 10 Siriaco	Syriaco
pag. 305 col. 1 lin. 2 Tatrem	Patrem
pag. 307 col. 1 lin. 3 conceptis verb.	conceptis verbis
pag. 310. col. 2 lin. 7 Quod primævorum	Quod ſi primævorum
pag. 310 col. 2 lin. 12 ſepellex	ſupellex,

NOVEM hoſce, quos de Eccleſiaſtico jure compoſui atque edidi, Libros Eccleſiæ ſubjicio, quæ Romæ diverſatur, utpote Eccleſiarum omnium, quotquot ſub Sole ſunt, Principi, Matri, atque Magiſtræ, in ejuſque ſolio ſedenti Pio VI Pontifici Optimo Maximo, Univerſæ Eccleſiæ Capiti, cunctarumque Chriſtianarum gentium Præſidi atque Paſtori. Quidquid *Ille* mutandum, corrigendum, delendum edixerit, mutatum, correctum, deletum volo, omnemque obedientiam promitto, ſpondeo, ac juro.



Ego Joannes Politi Juris Utriuſque Doctor, Eccleſiæ Montis-Aſii Archipresbyter.



